2 tratados

Hec sunt opera Boetii. que in hoc uolumine cõtinentur.

Tabula

Incipit Tabula sup Isagoges a victorino & Boetio translatas. In cathegorias quoq; Aristotelis Et librum eiusdem de interpretatiõe. Ac demũ super omnia opera in presenti volumine cõtenta per libros & capitula ad numeruz vsq; carthaꝛuz exactissime annotata.

Tabula

¶ Anitij Manlij Seuerini Boetij viri clarissimi in Porphyrii pheniceis Isagogen a Victorino translataz commentariorum editio prima.

HYemãtis animi tempore in aurelie montibus concesseram* atqz ibi tunc cũ violentior auster eiecisset noctis placidã atqz exturbasset quietẽ. recẽsere libitũ est ea que doctissimi viri ad illuminandas quodãmodo acies intellectus densitate caliginantissimas quibusdaz quasi introductorijs commentatus ediderunt: eiusdem rei fabius initiũ fecit. Qui cum me lectulo recumbentem: & quedam super eisdem rebus cogitantem meditantẽqz vidisset; hortatus est: vt qđ sepe eram pollicitus: aliquã illi eius rei traderem disciplinam. Cõplacitũ est igit̃: qũ tũc familiariũ salutationes: & domestica negocia cessabãt. Interrogat* ergo a me super quibus vellet rebus enodare atqz expediri: tũc fabius. Quoniam inquit tempus ad studia vacat: & hoc ocium in honestuz negocium cõuerti licet; rogo ut mihi explices id quod Victorinus orator sui tẽporis ferme doctissimus porphyrium. per Isagogen. i. per introductionẽ in Aristotelis categorias dicitur transtulisse. Et primum didascalicis quibusdam me imbue: quib* expositores vel etiã cõmentatores: vt discipulorũ animos docilitate quadam assuescant: vtuntur. Tum ego. Sex oĩno inquam magistri in omni expositione prelibant. Predocent enim que sit cuiusqz operis intẽtio: quod apud illos σκοπὸς vocat̃. Que vtilitas qđ a grecis χρήσιμον appellatur. Qui ordo qđ greci vocant τάξιν. Si eius cuius esse opus dicit̃: germanus propriusqz liber est: qđ γνήσιον interpretari solet. Que sit eius operis inscriptio: qđ ἐπιγραφὴν greci nominant. In hoc qđ intẽtionẽ cuiusqz libri insolerter interp̃tarentur: de inscriptione quoqz operis apud quosdam minus callentes hesitatum est. Sextum est id dicere ad quam partem philosophie cuiuscunqz libri ducatur intentio: qđ greca oratione dicitur εἰς ποῖον μέρος φιλοσοφίας ἀνάγεται. Hec ergo oĩa in quolibet philosophie libro queri cõueniunt: atqz expediri. Tunc fabi* que esset introductionis intentio interrogauit. Et ego inquaz Aristotelis: q factus est introductionis porphyrii: non aliter intelligi potest: nisi ipsas res de quibus disputaturus est: ad intelligentiam prepararemus. Videns enim porphyrius qđ in rebus oĩbus essent quedam prima natura: ex quibus oĩa velut ex aliquo fonte manarent: & illa que prima essent: & subsistẽtia esse: & generis vocabulo nũcupari. pono autem nũqz genus vni speciei genus esse posset: sed pluribus. Plures autem species non posse esse multiplices: nisi eas aliqua differentia separet. Si enim nihil sibi dissimiles forent: vna species non multiplices viderentur. Illa igitur diuisio & dissimilitudo specierum differẽtie noĩe vocat̃: Omnia vero que aliqua re differunt: fieri aliter non potest: nisi quibusdam propriis solitariisqz naturis insignita sint. Atqz hec hactenus. Videns ergo q̃ oĩbus disparilitas in generum rerũ principia fecerit: subsistẽtias atqz accidẽtia. ita vt neqz accñs sine substantia: neqz sine accidẽte substãtia esse possit. Accidẽs. n. quippe sine aliquo substãtie fundamẽto esse nõ potest. Substantia vero ipsa sine superiecto accidente nullo modo potest. Vt enim color sit quod est accidens: in corpore erit: quod est substantia. Porro autem cũ corpus. i. substantiam videris: insignitam eam accidente. i. aliquo colore respicies. Itaqz fit: vt neqz substãtia preter accidens sit: neqz accidens a substantia relinquatur. Vbi enim substantia fuit: mox accidens cõsecutum est. Speculatus igitur porphyri* in his duabus rebus idest accidente & substantia: genera: species: propria. differentiasqz versari: quod ipsa per se sint genera subiectis: & subiacentibus speciebus: que differentiis & propriis insignite sunt: statuit principaliter de genere: specie: differẽtia: propriisqz tractare. Et quoniam tractatus hic in diffinitionibus: vt post docebimus proderit. Si quis autem in diffinitiõe generali ponat accidens: cum non recte diffinire manifestuz est: quod suo loco tractabitur: statuit pauca de accidentibus prelibare. Ita enim nos prudentissim* doctor instituit: vt tunc in diffinitionibus quibuslibet plenam scientiam quearmus accipere: cuz quod prosit dictum sit: & quod non sit vtile: segregetur. Hec igitur huius operis intentio est de genere: specie: differentiis: propriis accidentibusqz tractare. Hic fabius: Expedisti inquit de intentione. nunc vtilitatem explica. Varia inquã & multiplex in hoc opere commoditas vtilitasqz versatur. Primum enim in Aristotelis categorias per quã vberrime prodest. Quod autẽ ꝑ sit dicemus: cum de eius libri inscriptione tractabimus. Sed in quibus aliis prosit paucis philosophie ipsius diuisione facta perstringam. Et primo quid sit ipsa philosophia considerandum est. Est enim philosophia amor: & studium & amicitia quodammodo sapientie vero non huius que in artibus quibusdam & in aliqua fabrili scientia notitiaqz versatur: sed illius sapientie: que nullius indigens: viuax mens: & sola rerum primeua ratio est. Est autẽ hic amor sapientie intelligentis animi ab illa pura sapientia illuminatio & quodammodo ad seipsam retractio: atqz aduocatio vt videatur studium sapientie esse studiuz diuinitatis & pure mentis illius amicitia. Hec igitur sapientia cuncto equidem animarum generi meritũ sue diuinitatis imponit: & ad propriam nature vim puritatemqz reducit. Hinc nascitur speculationum cogitationumqz veritas: & sancta puraqz actuum castimonia. Que res in ipsius philosophie diuisionem sectionemqz conuertitur. Est enim philosophia genus: species vero due vna que theoretice dicitur: altera que practica. i. speculatiua & actiua. Erunt autẽ & tot speculatiue philosophie species: quot sunt res in quibus iuste speculatio consideratiõis habetur: quotqz actuũ diuersitates: tot species varietatisqz virtutum. Est igitur theoretices. i. contẽplatiue vel speculatiue triplex diuersitas. atqz ipsa pars philosophie in tres species diuiditur. Est enim theoretices pars vna de intellectibilibus. alia de intelligibilibus. alia de naturalibus. Tunc interpellauit fabius: miratusqz est qđ hoc noui sermonis esset: quod vnam speculatiue partem intellectibilem nominassem. Nota inquã quoniam latino sermone nũqz dictuz reperi: intellectibilia egomet mea verbi compositione vocaui. Est enim intellectibile qđ vnum atqz idem per se in propria semp̃

diuinitate cōsistens: nullis vnq; sensibus sed sola mēte intellectuq; capitur. Que ī coad speculationez dei atq; ad animi incorporalitatem considerationemq; vere philosophie indagatione compōitur. Quaz partem greci theologiam nominant. Secunda vo pars est intelligibilis: que primam intellectibilē cogitatione atq; intelligentia comprehendit: que sunt omniū celestium superne diuinitatis operā: ⁊ quicquid sub lunari globo beatiore animo atq; puriore substantia valet: ⁊ postremo humanarum animarum: que oīa cum prioris illius intellectibilis substātie fuissent: corporum tactu ab intellectibilibus ad intelligibilia degenerarunt vt non magis ipsa intelligantur: quam intelligant: ⁊ intelligentie puritate tunc beatiora sunt: quotiens sese intellectibilibus applicauerint. Tertia theoretice species est: que circa corpora atq; corū scientiam cognitionemq; versatur: que est physiologia. que naturas corporum passionesq; declarat: Secunda vero intelligibilium substantia merito in medio collocata est: quod habeat ⁊ corporuz animationem: ⁊ quodammodo viuificationem: ⁊ intellectibilium considerationem cogitationemq;: vt dictum est. Practice vero philosophie: quam actiuam superius dici demonstratum est. huius quoq; triplex est diuisio. Est enim prima que sui curam gerens cunctis sese erigit exornat augetq; virtutibus. Nihil in vita admittens: quo non gaudeat: nihil faciens penitendum Secunda vero est que reipublice curaz suscipiens cunctorum saluti sue prouidentie sollertia ⁊ iustitie libra: ⁊ fortitudinis stabilitate: ⁊ temperātie patientia medetur. Tertia vo que familiaris officium mediocri componens dispositione distribuit. Sunt harum etiam alie subdiuisiones: qs nunc pse qui supersedendum est. Ad hec igitur vt fieri possint ⁊ vt superiora intelligi queant: necessarius maxime vberi minusq; fructus est artis cuiusquaz greci λογικην: nos rationalez possumus dicere: qd recta oratio uis ratione quid verum. quidq; decens sit: nullo erroris fluxu diuerticulo ue fallatur Quam quidem artem quidam partem philosophie: quidā non partez sed ferramentum ⁊ quodammodo supellectilez: indicarunt. Qua autem id vtriq; impulsi ratione crediderint: alio erit in opere commemorandum. hec autem generis: speciei: differentie: proprii: atq; accidentis disputatio in omni nobis philosophie cognitiōe quasi quandam viam parat. Nam cum quid genus sit docemur: quid species intelligimus genus esse philosophiam: species vero indubitanter theoreticē ⁊ practicem .i. speculatiuaz ⁊ actiuam: de logica vero vtrum sit species: eadem hac possimus ratione perpendere. Prodest nobis differentie cognitio ad ipsarum philosophie specierum differentias cognoscēdas. Prodest proprii scientia ad cognoscendum quid vniciuq; philosophie speciei solitaria natura videatur ac substantie innatum. Prodest accidentis cognitio . quid principaliter in rebus sit cernere: ⁊ quid secundo proximo contingentiq; loco conueniat discernere. Ita nobis harum quinq; rerum scientia : ramosa quadam ⁊ multifida vi in omnes sese philosophie partes infundit. Ad grammaticam vero non minor huius rei vsus est: quando per orationem genus: octo vero partes orationis per genera: species: differentias: propriaq; metimur. Est vero huius rei perquam Rhetoricce amica coniunctaq; cognitio. Ita enim rhetoricaz in tribus causarum possimus separare generibus: ⁊ eas in subiectis constitutionibus dissecare. Definitionum quoq; que ad logicam pertinēt magna atq; vtilis vberrimaq; cognitio est. Quas definitiones: nisi per genera: proprietatesq; tractaueris. nullus vnq; definitionibus terminus imponetur. Naz si quid definis: ex quo sit genere primum tibi dicendum est: atq; in hoc genus species que cōsumata sit. Nā cum scū q; rei genus dixeris: ad quā rem illud dixeris: spēm facis. Ut si qd sit hō definias: dicas hominē eē anīal. Igitur quoniam ad hominem aptasti animal: genus eē aial ⁊ hoiez spēz: a te declaratū ē. sz nō sufficit sola generis in definitione monstratio. Si enim soluz animal hominem esse dixeris: non potius hominem quam bouem asinumq; aut equum definitione depīxeris. Prodest igitur etiam differentias adhibere: per quas id quod definies a speciebus aliis seiungatur: vt dicas hominem esse animal rationale. Et quoniam sub eadem differentia plures frequenter species inueniuntur: vt sub rationale deus atq; homo est: vtilissimus proprietatis vsus est vt id dicas: quod sola quam definis species suum propriumq; retineat. Fit ergo huiusmodi hominis definitio. Homo ē animal: id est genus homo vo species rationale quod differentia est. risus capax quod proprium est. Accidentiū vo in definitionibus nullus vsus est. Prodest ergo in deffinitionibus harum quinq; rerum cognitio: vt nec ea que sunt vtilia pretermittas: nec ea que nihil prestant cōmoditatis adiungas. In diuisione vo tantum prodest: vt nisi per horum scientiam nulla res recte distribui secariq; possit. Nam que generum vel specierum recta distributio diuisione erit: vbi ipsarū per quas diuiditur rerum nulla scientie cognitione dirigimur. Probationum vero veritas in his maxime constituta ē: quod per ea q̄ diuidis: id quod diuidis: vel quid illud probas. Naz marcus tullius in Rhetoricorum primo: quoniam diuisionem generum causarumq; recte atq; ordinate faciebat: eius rei probationem ita ee debere per species genera q; disponit cum ait easdem res aliis superponi: aliis supponi posse: easdem subiectas ⁊ superpositas eē nō posse. Hec fere de vtilitate ad tempus dicenda credidimus. Tūc fabius demiror inquit cur incohanti mihi tam subtilius inuētas exercitatasq; res edideris. Sz dic queso: quod nam hoc tuum sit consilium. Ego inquā tibi quod assuescendus animus auditoris ex mediocri subtilitate imbuendus est: vt cuz se se hic primū exercuerit: palestra ingenii quodammodo prius luctatus ea que sequentur: quasi sine vllo labore conficiat. Sz quid restat dicas licebit ⁊ fabius. ordinē igit restare arbitror: si bene cōmemini. At q; fiat. Hic ordo valde scriptiōe cōiūctus. Si .n. alterutrū nouisse uo noueris. ordo tamen est quod omnes post porphyrium ingredientes ad logicā hius primum libelli tractatores fuerūt quod primus hic ad simplicitatem tenuitatis vsq; progressus: quo procedentibus viandum sit preparat. Aristoteles enim quoniam dialetice atq; apodictice discipline volebat posteris ordinez scientiamq; contradere. vidit apodicticam dialecticamq; vim vno syllogismi ordine contineri. Scribit itaq; primos resolutorios: quos greci analiticos vocant: qui legendi essent antequam aliquid dialectice vel apodictice artis attingerent. In primis enim resolutoriis de syllogismorum ordine complexioneq; ⁊ figuris tractatur Et quoniaz syllogismus genus est apodictici ⁊ dialectici syllogismi: dialecticaz vo in topicis suis exercuit

apodicticam

apodicticam in secundis resolutoriis ordinauit: bonū disciplina: quam ille in monstrandis syllogismis ante collegerat: prius etiā in studiis lectitatur. Itaq3 priori priꝰ resolutorii q3 qui de apodictico syllogismo vel topica que de dialectico syllogismo sunt accipiuntur. Tractat igitur aristoteles dialecticam atq3 apodicticam scientiam: adiuuatq3 in syllogismorum resolutoria disputatione. Sed quoniā syllogismum ex ꝓpositionibus constare necesse est. librum periherminias qui inscribitur de propositionibus annotauit. Omnes vero propositiones ex sermonibus aliquid significantibus componuntur. Itaq3 liber quem de decem predicamentis scripsit: que apud grecos categorie dicuntur. de primis rerum nominibus significantibusq3 est. vidit enim aristoteles infinitam inuellā q3 esse rerum omnium verborumq3 disparilitatem. Et vt eorum ordinem reperiret in decem primis sermonibus prima rerum genera significantibus omne quicquid illud vel rerum. vel sermonum poterit esse collegit. Sed aristoteles hactenus. Speculatus autē porphirius si categorie genera sunt rerum: rerum vero sermonumq3 diuersitas speciebus: differentijs: ꝓprijsq3 insigniretur: videns etiam quod accidentium in cathegoriis magna vis esset. Oēs enī res aristoteles in duas primum partes diuidit. in accidens atq3 substantiam. ⁊ accidens in nouem membra dispersit. dicens. aut substantiam esse quamcunq3 illam rem aut si accidens esset: quoniam aut qualitas aut quantitas: aut ad aliquid aut vbi: aut quando: aut iacere aut habere. aut facere eēt aut pati. Prelibat igitur nos porphyrius ad horum verissimam cognitionem hoc de generibus. speciebus: differentijs proprijs: ac accidentibusq3 tractatu. Sic igitur cum ante apodicticam dialecticamq3 rem syllogistica prelegantur: ante syllogistica in propositiōibus primus labor sit: ante propositiones in categorijs pauci desudent: ante cathegorias in isagogis plurimum laborent: que generibus: speciebus: differentijs: proprijs accidentibusq3: censentur: ordo est de his ipsis rebus pauca prelibare. Recte igitur ⁊ filo hunc quodam hic porphirii liber primus legentibus studiorū pregustator: ⁊ quodammodo initiator occurrit. Quod si in hoc q̄ dictū est sat est: rem etiam de inscriptione cōsecum. Quoniam ⁊ alio meliꝰ quā introductiōis noīe nūcupetur hic liber. Est nāq3 ad cathegorias aristotelis introitus: ⁊ quedā quasi ianua venientes admittit. Tunc fabius. Perge queso te ⁊ si eius hoc proprium germanum q3 opus est collige. Hoc inquā indubitatū est. omnibus enim porphyrii libris stilus hic conuenit. Et mos hic porphyrio est: vt in his rebus que sunt obscurissime: introducenda quedam ⁊ pregustāda precurrat vt alio quodam libro de cathegoricis syllogismis fecit: ⁊ de multis item alijs que in philosophia grauius illustriusq3 versantur. Et hoc apud superiores indubitatum est: quibus nos nolle credere inscitia est. Tūc fabius. Restat inquit vt ad quā partē philosophie ducatur intentio edisseras. Et ego dicam tibi. Quoniā categorie ad propositiones aptantur. syllogismi de propositionibus componuntur: apodicticus vero vel dialecticꝰ syllogismi in logice artis disciplina versantur. Constat quoq3 categorias que ad ꝓpositiōes syllogismosq3 pertinent: logice scientie esse cōnexas. Quare introductio quoq3 in categorias ad logicā sciētiam conuenienter aptabitur. Quoniam ea que predicuntur explicui: nunc textus ipsius ratio atq3 ordo videatur. Tunc fabius. Priusq3 explanatio sensus ꝓcedat id scire desidero: cur cum posset dicere. cur necessarium sit. preposterato ordine cum sit necessarium dixit. Et ego. Quoniam inquam nullum accidens est quod non substantie fundamento nitatur. Porro autem quicquid ad cuiuslibet superiecti firmitatē est: id antequam ipsum esset fuisse necesse est: vt enim in domibus nisi prius fundamēta subiecias: nulla est vnquam fabrica: sic nisi prius substantie fundamenta sint. nulla vnquam accidentia superponentur. oportet enim prius esse aliquid: vt formam qualitatis accipiat. nam necessarium qualitas est. non absurde igitur prius esse posuit: post etiam necessarium idest post substantiam qualitatis nomen aptauit. Hic fabius. Subtilissime inquit ⁊ lucide. sed nunc ordo ipse operis textusq3 videatur.

Cum sit necessarium: chrisaori: tum ad aristotelis categorias: tum ad definitionis disciplinam nosse: quid genus sit: quid ue species: quid differentia: quid proprium: quid accidens: ⁊ omnino ea que sunt diuisionis: vel que probationis: quorum vtilitas est ⁊ magna cognitio: breuiter tibi explicare tentabo. Que apud antiquos quidem alte ⁊ magnifice questionū genera proposita sunt: ego simplici sermone cum quadam coniectura in res alias ista explicabo mediocriter.

¶ Tunc ego. Prediximus quidem pauca superius: sed vel his quedam addere: vel hec eadem rursus commemorare absurdum esse non arbitror. Totius autem sensus talis est. Scribens ad menantium de vtilitate libri: summatim pauca predixit: quo lubricatior animus auditoris exercitatiorq3 ad hec capienda perueniat. Prodesse autem ad aristotelis categorias dicit: quod cum diuinitus sermonem significantium varietatem diuersa rerum summa diuideret: ⁊ in substantiā atq3 accidens omnes res secaret atq3 dispergeret: accidens in nouem secuit partes: quod superiꝰ demōstrauimus ⁊ hec genera generalissima nominauit idest [illegible] quod super ista alia genera inueniri non possint. Itaq3 si sunt genera: sine speciebꝰ esse non possunt. Si sub his species supponuntur: differentijs non vacabunt. Quod si differentias retinēt proprijs indigebunt. Accidentis vero nouē predicamēta sunt. Quocirca non absurdū fuit hunc introductionem in predicamenta componi: vt de generibus: speciebus: differentijs: ꝓprijsq3 tractaret: que in ipsis ꝓdicamentis inseparabiliter videntur inserta. Ampliꝰ Quod aristotelica subtilitas priꝰ q̄3 ad predicamentorum ordinem veniretur: de equiuocis vniuocisq3 tractauit: definit vero equiuoca sic. Equiuoca sunt quorum nomen solum cōmune est. Secundum vero nomen substantie alia ratio est: vt si qua sunt que nomine tantū cōmunicent: substantia vero dissimulent. Uniuoca vero que sub eodem nomine ⁊ sub eadem substantia continentur. Omne igitur genus ad species que sunt sub ipso posite: vniuoce ꝑdicari potest. Porro autem quicquid ad quaslibet res predicatur equiuoce: in his sola differentia est: genus vero speciesq3 conuertitur. Animal enim ⁊ homo vniuocum est. Animal enī animalis nomine dicitur. Porro autem hominis nomen etiam conuenit animalis: vt dicatur animal. equo ergo nomine animalis homo ⁊ animal

mal appellatur. Animalis vero definitio est substan-
tia animata sensibilis. Sed animal genus: homo vo
species vniuoce igitur genus & species predicantur
equiuoca vero que fuerint: quoniam definitionibus
differunt: & eorum quorum definitiones alie sunt:
alia est etiam substantia quorum alia substantia est:
alia sunt etiam omnino genera: in his iisdem equi-
uocis constat: quod neq; genus neq; species possit
aptari: vt enim si quis hominem marmoreum & homi
nem viuum hominis nomine appellet: idem nomen
fecerit substantie differentia vo diffinitioq; est dis
similis. Porro autem hominis & statue non genus
est: sed statue inanimatum: hominis animatum.
Quare constat quoniam nunq; sub eisdem generi-
bus continentur quecunq; equiuoce predicantur.
Quam vim nisi prius de generibus: speciebus: pro-
priis & differentiis noticiam scientiamq; perceperis:
nullo vnq; tempore disceremus. Idem aristoteles ait.
quod sint prime substantie: quod secunde: & primas
substantias dicit esse indiuiduorum corporum & singu
lorum: vt est cicero aut plato aut socrates. Secun-
das vero substantias species appellauit: vt est homo
vel genera in quibus ipse species continentur. vt est
animal. Hec igitur nisi prelibata generis specieiq;
cognitione sciri non possunt. Idem ait substantiam
ab alia substantia: eo quod substantia sit nulla diffe
rentia disgregari. Idem substantie proprietates re
quirit: vt quasi impresso aliquo signo sic proprietate
nota: facilius quod substantia sit inuenire atq; expe
dire possimus. Atq; hoc idem in accidentibus fecit.
Nam & qualitatis & quantitatis & ad aliquid relatio
nis proprietatem collegit. & idem magna apud Ari-
stotelem cura diligentiaq; conspicitur. Vides ne vt
sese quinq; harum rerum vis in categorias interse-
rat: & predicamentorum virtutibus inseparabiliter
colliget. Non mendax igitur porphyrius de hac qu
q; harum rerum nobis in categorias vtilitate promi
sit. Definitionis vo disciplinam superius omnimo p
ter genera: species: differentias: & propria non posse
tractari. Sed quoniam sunt quedam genera que ge
nus habere non possunt: vt est substantia & alia que
aristoteles in predicamentis constituit. dicat quis ad
hec horum cognitionem nihil omnino prodesse: quod
non sit in his a genere trahenda definitio in quibus
genus inueniri non possit. quod si qua res genus non
haberet: species non esset. Hoc ita posito ad genera
lissimorum generum definitionem nihil genera &
species vtilitatis habere. Ridicula mehercle atq; ab
surda propositio est. Preter scientiam enim generis
speciei atq; magis genera illa generalissima cogno
scere qui potis est: cum hec sola generum specierum
q; cognitio si amissa sit: nihil de generibus specie-
busq; cognoscatur. In illis igitur in quibus genus
aliud superius inueniri non potest nullus vnq; termi
nus definitionis aptabitur. & in ipsa definitione gene
ra speciesq; cessabunt & sole differentie propriaq; il-
lius terminum definitionis informant. Cum enim id
quod dicis ab aliis rebus omnibus adiunctis diffe-
rentiis segregaueris: & propriis impressis formam eius
figuramq; monstraueris: genus quod inuenire non po-
teris: perquirere non labores. Sed in his species &
genera non requiruntur: in quibus quod ipsa genera
lissima sint genera: genus inueniri non queat. Por
ro autem in his quorum genus est aliquid nisi a ge-
nere definitio ducatur: finis eius definitionis vitio-
sa conclusione colligitur. Accidens vero ad definitio
nes nihil prodesse non dubium est. Definitio enim
substantiam informare desiderat. Accidens vero sub
stantiam non designat. Accidens igitur in definitio-
ne nihil prodest. Est itaq; necessaria generis speciei
q; cognitio: vt si generalissima non sint que quisq;
definiturus est: a genere definitionem trahat. Sin
vero generalissima sint: genus querere: quod inuenire
non potest: non laboret. eque enim vitiosum est vel
in generalissimis genera querere: vel in subalternis
generibus a generibus definitionem ducere superse
dere. Differentie vero & propria vel si magis genera
sint: vel si subalterna: maximam retinent vtilitatem.
& quoniam ad definitiones que pertinent quedam di
cta sint: pauca etiam de his ipsis rationabilius subti
liusq; colligemus. Sit genus animal. sit species homo
sit differentia rationale vel mortale. sit proprium risi
bile. Accidens vero quoniam ad definitiones incom-
modum est pretermittamus. Quisquis ergo speciem
definit: ita genere ab aliis eam generibus separat vt
si quis dicat quid est homo: animal dicat eum. Dicens
enim animal separauit hominem ab omnibus gene
ribus quecunq; animalia non sunt. Si quis vero differentiam
dicat: & eam ad speciem accommodat. res sub eisdem ge
neribus per differentias disgregauit. Nam cum di-
cis hominem esse animal rationale: cum etiam & bos
& equus species animalis sint: additum tamen ratio
nale huiusmodi: ab aliis sub eodem genere speciebus
hominis speciem segregauit atq; distinxit. Propria
vero cum dederis: res que sunt sub eisdem differen
tiis segregabis. Nam cum dixeris hinnibile vel risi
bile. Illud est equi proprium: illud hominis. Et cum
equus cum boue atq; cane sub eadem differentia sit
quod irrationabilia sunt omnia: adiectum hinnibile
a ceteris equum sub eadem differentia speciebus di
uidit. homo vero & deus sub eadem differentia: id est
rationali: quod vtriq; rationales sunt: quamuis homo
& deus adiuncta mortali differentia separentur: pro
prio tamen risibili quod solus habet homo: naturalibus
substantialibusq; distinguitur: quod in aliis rebus in q
bus nulla species talis differentia separat: melius co
gnosci potest. Nam cum sub eadem differentia sint
irrationabilia: equus: bos: canis. Nec est vlla alia que
eos separet differentia substantialis: possunt enim ac
cidentis differentie esse: que eos separent quales sunt
formarum. additum proprium hinnibile: equum ab aliis
sub eadem differentia speciebus proprietatis ipsius se
paratione distinxit. Repetendum est igitur a priore
dic: quod genera in definitionibus ab aliis generibus
aliquid separant: differentie ab ipsis speciebus que sub
eisdem generibus posite sunt. Propria a speciebus:
que sub eisdem differentiis supponuntur. Sed quo-
niam plene de definitione tractatum est: probationis
vel diuisionis vim subtilitatemq; tractemus. Sed
omnis diuisio duplex est: aut cum totum corpus in
diuersa distinguis: aut cum genera per species distri
buis. Si quis igitur harum quinq; rerum minus so-
lers. diuisiones rerum facere voluerit: non est dubium
quin eas per inscientiam sepe a speciebus in genera
soluat. quod est factum sedissimum: quod hermago-
re in prima rhetoricorum disputatione vsu venit. In ta
les enim errores nebulas incidit: vt duo genera sub
equalis generis parte supponeret. Quod si diuisionis
vim veritatemq; vidisset: & disciplinas generum spe
cierumq; propriorum & differentiarum suscepisset: nun

cū tam insulse divisionis errore tā vivacissime a marco tullio culparetur. In probationibus vero tantus ē huius operis fructus: vt preter hoc nullius vnq̄z rei possit provenire probatio. Quid enim monstrare digne queas: cuz eius defferentias nescias: idipsum q̄ de sit scire non possis. Quid autem digne exequeris: cuius si genus nescias: et quod id ipsum fonte manet ignores. Vel quid in probationibus ratione possis ostendere: cuius speciem si nescias: idipsum de quo aliquid probare vis, quid sit non possis agnoscere. Quid si propria pretermittas: nullas vnq̄z res valebis proprie termino probationis includere. At vero si non vim accidentium naturamq̄z perspicias: cum cuiusq̄z substantiam tractes: inane accidentis nomē eque in definitionib⁹ probationibusq̄z miscebis. Ita his rebus cognitis: integra stabilisq̄z divisio ⁊ definitio permanebit. incognitis debilis lababit ⁊ trunca ꝓbatio. Hec se igitur porphyrius (non. n. victorinus) breviter molliterq̄z promittit exponere. Nec enim vice introductionis fingeretur: si ea nobis a primordio fundaret: ad que nobis hec tam clara introductio preparatur. Servat igitur introductionis modū doctissima parcitas disputandi, ut ingredientium viam ad obscurissimas rerum caligines aliquo quasi doctrine sue lumine temperaret. Dicit enim apud antiquos alta ⁊ magnifica questione diserta. que ipse nunc parce breviterq̄z composuit. Quid autē de his a priscis philosophie disertum sit: breviter ipse tangit ⁊ preterit. Tum fabius Quid illud inquit est. Et ego. Hoc inquam quod ait se omnino pretermittere genera ipsa ⁊ species: vtrum vere subsistant: an intellectu solo ⁊ mente teneantur: an corporalia ista sint an incorporalia. Et vtrum separata an in ipsis sensibilibus iuncta. De his sese quoniam esset disputatio: tacere promisit. Nos autem adhibito moderationis freno: mediocriter vnumquodq̄z tangamus. Eorum ergo que se transire ⁊ pretermittere pollicetur: prima est questio: vtrum genera ipsa ⁊ species vere sint an in solis intellectibus nuda inaniaq̄z fingantur. Que questio huiusmodi est: Quoniam hominum multiformis est animus per sensuū qualitatem res sensib⁹ subiectas intelligit: ⁊ ex his quadam speculatione cōcepta: viam sibi ad incorporalia intelligenda premunit. Ut cum singulos homines videaz eos quoq̄z me vidisse cognoscam: ⁊ quia homines sunt: me intellexisse profitear. Hinc igitur ducta intelligentia: velut iam sensibilium cognitione roborata sublimiori sese intellectu considerationis extollit: ⁊ iam speciem ipsā hominis que sub animali est posita: ⁊ singulos homines continet suspicatur: ⁊ illud incorporeum intelligit cuius ante particulas corporales i singulis hominib⁹ sciendis ⁊ intelligendis assumpserat. Nam hominem quidem illum specialem: qui nos omnes intra sui nominis ambitum coercet non est dicere corporale. q̄p pe quem sola mente intelligentiaq̄z concipimus: Hic ergo animo non solum per sensibilia res incorporales itelligēdi ē artifex: sz ēt fingēdi sibi atq̄z ēt mētiēdi. Inde enī ex forma eq̄ vel hominis falsaz centaurorum speciem sibi ipsa intelligentia comparavit. Has igitur mentis considerationes que a rerum sensu ad itelligētiā ꝑfecte: vl'itelligūtur vel arte finguntur fantasias greci dicunt: a nobis visa poterunt nolari. Ita ergo nunc de generibus: speciebus: ⁊ ceteris querūt vtrum hec vere subsistentia ⁊ quodammodo essentia constantiaq̄z intelligantur: vt a corporibus singulis vere atq̄z integre. ductam hominis speciem intelligamus: an certe quadam animi imaginatione fingantur: vt ille horatij versus est. Humano capiti ceruicem pictor equinam: iungere si velit. quod neq̄z est neq̄z esse poterit: sed sola falsa mentis consideratione pingitur. Huius acute subtilis inquisitio: atq̄z ad rē maxime profutura. Sciendū enim sunt vtrum vere sint: necesse de his disputationem cōsiderationemq̄z si non sint. Sed si rerum veritatem atq̄z integritatē perpendas: non est dubium quin vere sint. Nam cuz res omnes que vere sunt: sine his quinq̄z ēē non possint. has ipsas quinq̄z res vere intellectas esse non dubites. Sunt autē in rebus omnibus cōglutinate ⁊ quodammodo coniuncte atq̄z compacte. Cur enim Aristoteles de primis decem sermonibus genera rerum significantibus disputaret: vel eorum differentias propriaq̄z colligeret: ⁊ principaliter de accidentibus dissereret: nisi hec in rebus intimata ⁊ quodammodo adunata vidisset. Quod si ita est non est dubiū quin vere sint. ⁊ certa animi consideratione teneantur: quod ipsius quoq̄z porphyrij probatur assensu. nam quasi iam probato ⁊ scito quod ista vere subsistant: aliā qōnez īferre nō dubitat cuz dicit an corporalia ista sint an īcorpalia. Que nimis cēt friuola atq̄z absurda qō vtr̄ cēnt corpalia: nisi primo cē cōstaret. Hec quoq̄z nō mediocriter viuis īqsitio ita resolui͠t. Incorporalia esse que ipsa quidem nullis sensibus capiantur animi tn̄ qualia sint consideratione clarescūt. Nā q̄ incorporeorum prima natura est: pōt res incorporeā parens esse quodammodo corporee. Corporea vo incorporea pesse nō poterit. Qꝺ qm̄ subā gen⁹ē corporale vo ⁊ incorpale spēs subē: corpale non gen⁹ esse hec res declarat: quod substantie idest generi incorporale supponitur. Qꝺ si corporale esset genus: nunq̄z sub eo spēs īcorporea poneret. Animaduerte igit vehementissime: quam nūq̄z quicq̄z a te animaduersum fuit: genus ipsum qm̄ spēs habet: species vo differentijs disiunguntur. ⁊ ꝓprietatibus informātur: quoniaz quedam spēs reperiuntur q̄ in cōtraria sub generis divisione contrarias obtinent vices: vt sub animali mortale atq̄z immortale. ⁊ hec quoq̄z contraria. Queritur animal solitario intellectu neq̄z rōnale neq̄z irrationale sit: vnde he differentie in specie bus nate sint: que in genere ante non fuerant. Quod si genus. i. aīal vtrasq̄z res in se habet: vt ⁊ rationale ⁊ irrationale sit: ⁊ in vno eodemq̄z duo cōtraria cueniunt; quod est impossibile. Atringam igitur breviter qōnē: ⁊ dicā qꝺ nō gen⁹ vtrūq̄z sit. i. rōale vel irrōnale vel quicqd aliud īter se spēs p ꝯrietates dividūt sz vi sua ⁊ potestate gen⁹ hoc cōtinet: ipz vo nihil horū. Ita ergo gen⁹ tale ē: vt ipz neq̄z īcorpale neq̄z corpale sit: vtrūq̄z tn̄ ex se possit efficere: qꝺ scꝺo libro mel⁹ liq̄bit. Spēs vo alias corpalis: alias incorpalis est. Nam si hoiem sub subā ponas: corporalem spēm posuisti. Sin deum incorporalem. Eodem modo etiā differentie. Nam si corporales vel īcorporales spēs dividunt: erunt alias incorporales: alio tempore corporales. Ut si dicas quadrupes ad bipedem: corporalis differentie est. Sz rōnalis ad irrationalem incorporalis est differentie. Et ꝓpria nihilominus eodē modo. Nam quale speciei ꝓprium fuerit: si corporalis corporali erit ꝓprium: si incorporalis incorporali vendicabit. Et accidens eodē modo. Nam si incorporalibus qdem accidit: corporale esse manifestuz est: ut in alio accidens est; scientia incorporalis. s. Corporalib⁹

vo q̃ accidunt: corporalia esse manifestu3 est: vt si q̃s dicat accñs me habere capillū crispū. Sic igitur genus neutrum per seipsu3 est: sed vtrasq3 res ex seipso efficere potest differentia: propria: ⁊ accidentia: vt accepta in contrarias spēs fuerunt: pṗīde vel corporalia vel īcorpalia vocabuñt. Sz sūt quibus hoc ip̄z integru videri possit: ⁊ hec solu3 incorporalia diffiniunt: qui sic dicunt non considerari genus in eo q̃d que res sic apte natura constat: sed in eo q̃d genus sit. Itaq3 si substā genus est: non consideratur in eo quod substantia est: sed in eo q̃d sub se spēs habet. Itē si spēs corporeum ⁊ incorporeum est: non in eo quod deus vel homo dr̄ considerantur. Eodem mō etiā differentie non considerātur in eo q̃d bipes vel quadrupes sit: sz in eo quod est differētia. Nam quadrupes hoc ipsu3 nulla differentia est nisi sit bipes a quo differat. Ita q3 non quadrupes vel bipes respicitur: sed id q̃d medium est in bipede ⁊ quadrupede .i. differētia. Et de proprio idem. Nam q̃d cuiuscunq3 est ꝓprium: in eo ꝓpriū considerat: q̃d eius cui⁹ dr̄ esse proprium. speciei solius est. Nam risibilis non in eo ꝓprium homi nis q̃d risus est: sed in eo quod solus hō potest ridere. Que manifeste incorporalia esse indubitatū est. Deinde accidentia ꝓinde sunt: qualia fuerunt ea quib⁹ accidunt: vt superius dictum est. sed hi ꝓbare videntur hoc ipsius porphirii sentētia: que veluti iam probato q̃d incorporea sint ita ait. Et vtrum separata an ipsis sensibilibus iuncta: cū sensibilia aliqsi corpalia extitissent: absurdum esset querere vtrū incorporalia seiuncta eēnt a sēsibilib⁹ an iūcta: cū sēsibilia ipsa sint corpea. Talis aūt ē q̃d vt qui q̃dā incorpales sūt res: que oīno corpora non patiunt: vt anima deus. Quedam vo que sine corporibus esse nō possunt: vt prima post terminos incorporalitas: quedam autem que in corporibus sunt: ⁊ preter corpora sese esse patiuntur: vt aīa. Querit ergo he quo3 res ex quo incorporalitatis sint genere: vtru3 cor̄ que oīno separantur a corpore: an que a corporibus separari non possunt: an que iungant aliquotiens aliquotiens segregant. Videt autem q̃d ⁊ segregari: ⁊ iungi possunt. Nam qñ corporaliū diuisio ꝑ genera in spēs fit ⁊ eorū ꝓpria ⁊ differētie nomināt: hec scire sensibilia .i. corporalia esse non dubiū est. Cū vo de incorporalibus rebus tractatus habet: ⁊ p ea ipsa diuidūtur: que corpore carent: eū ea incorporalia versantur: Quod si hoc est: non est dubium quinq3 hec ex eodem esse genere: quod ⁊ p̄ter corpora separata esse possint: ⁊ corporibus iungi patiant: sed ita ut si corporibus iuncta fuerint inseparabilia a corporib⁹ sint. Si vo incorporalib⁹: nūq̃3 ab incorporalibus separentur: ⁊ vtrasq3 in se contineant potestates. Nam si corporalibus iungunt: talia sunt: qualis illa post terminos incorporalitas: que nūq̃3 discedit a corpore. Si vo incorporalibus talia sunt: qualis est anim⁹: qui nūq̃3 corpori copulatur. Hec sese igit tacere porphyrius pollicet⁹: breuiter mediocriterq3 super his rebus tractare promittit: habita in res alias consideratione aut coniectura: quod simile: est ac si diceret. Qm̄ hec ad predicamenta: ⁊ ad definitiones ⁊ diuisiones: ⁊ ad probationes ptinent: ideo hec tracturus affirmo: ⁊ catenus de his ipsis generibus quatenus in supradictis rebus proficiunt. Non quatenus de his ipsis generibus speciebusq3 ⁊ ceteris quenus tractari possint. Sūt .n. alias vt ip̄e ait ꝓgrauioris tractat⁹: quā doctrinā a peripateticis acceptam: idest ab aristotelicis secq confessus est. Nam stoici qui de his quoq3 rebus tractare voluerūt: non omnino a porphyrio dissentiuntur: atq3 ideo ait se a peripateticis rationez disputationis accipere. Tunc me fabius it ap?nunctatus qd est inquit q̃d dudum dixeras: cum a te de incorporalibus tractaretur: esse quasdā incorporalitates que circa corpus semp consisterent: vt sunt prime incorporalitates post terminos que est hec incorporalitas: aut quos terminos dicit. Non enim intelligo. Et ego. longus inquam tractatus est: ⁊ nihil nobis ad hanc rem quam querimus profuturus. Sed dicam breuiter terminos me dixisse extremitates earum que ī geometria sunt figuratum. De incorporalitate vo que circa terminos cōstat si macrobij teodosij doctissimi viri primum librum quē de somnio scipionis cōposuit in manibus sumpseris: plen⁹ vberiusq3 cognosces. Sed nunc ad sequētia transeamus. Tunc fabius vt placet inquit simulq3 incipit.

¶De genere.

Videtur enim neq3 genus neq3 species simpliciter appellari .i. vno modo. Genus namq3 dicitur quorundā ad aliquid quodammodo se habentium collectio: per quā dardanidu3 dicitur genus. Dicit rursus genus vniuscuiusq3 natiuitatis principium: aut a generante: aut ab eo in quo genitus est.

¶Cetera inquit fere nota sunt. Tūc ego. Si vim pri⁹ aspicias: diuisionē generis diligēter agnosces. Placet enim generis nomē cū sibi subiectis equiuoca nominare. Equiuoca vo sunt: que cū noīe vna sint: longe diuersa substantie rōe ⁊ diffinitionis discreta sūt vt si quis hāc verbi gratia statuam veneris appellet. Congruunt igit venus ipsa ⁊ statua veneris vnius nuncupatione vocabuli: quod vtrisq3 veneris nomen est. Si q̃s vo quid sit vtrūq3 definiat: longe aliā veneris. aliā lapidis ratiōe3 definitionēq3 cōstituet. Speciebus igit illa esse equiuoca: que vno vocabulo appellant. definitionibus vo diuersis cōstituant clareret (vt opinor) participatione generis quā porphirius fecit premissa. Oē enī q̃cq̃d a genere ī species deducit: vniuocū non equiuocū est. Vniuocu3 est q̃d ⁊ eodē noīe vocari ⁊ eadem definitione constitui pōt vt est aīal gen⁹. hō vero species. sed idē hō aīal est. Genus igit ⁊ species .i. aīal atq3 hō possunt vnius aīalis nomine nuncupari: vt vtrūq3 aīal vocetur. sed eadem definitionibus non discrepent. Nam si definitionem reddas aīalis: dicas id eē aīal q̃d est substantia aīata sensibilis. Quā si definitionē ad hoīe3 versas: nō erit absurdū dicere hoīem substātiā esse aīatā atq3 sensibilē sicut aīal: sicut iam superi⁹ dictū est. Si .n. vniuoca sunt: que vno noīe atq3 eadem definitiōe cōstituūt. equiuoca vero que vno nomine sunt: ⁊ nō sunt vna definitione substātie: q̃cq̃d vniuocū ē: vt aīal: gen⁹ ad suas spēs est: ī his genera spēsq3 versant: q̃cq̃d equiocū ē: vt aries (nāq3 plura significans equiuocū est: sed nō censet participatione generis ⁊ speciei: nō ē ī eis talis ꝑticipatio: vt spēbus ⁊ generibus censeātur. Que .n. erit ī his generis speciei3 cognitio: in quib⁹ substātie definitio atq3 integerrima rō disgregatur. Ita ergo porphyrius nomē generis in tres diuidit formas: sed vt equoca: non vt vniuoca .i. vt he forme vno q̃dem generis nomine cōtineātur. sui autem ꝓprietate disgregata dissentiant. Sz

porphyrius

porphyrius nomen generis hoc modo in tres diuidit
ptes: vt dicat vocari semel genus eorum inter se plu-
rimorumq; collectionē: qui ab vno quocūq; nomē ge-
neris trahūt: vt romani a romulo trahentes genus:
ex eodem genere eē dicuntur. Secundo vero loco di
ci genus affirmat: vt cuiuscūq; rōmis principiū aut a
generāte aut a loco i quo qs gēit' ē: ut eneā ab anchi
se. ꝛ genere dicimus esse troianū. Tertium vo gen⁹
dicit illud cui supponitur spēs. Uictorinus vo duo su
periora in vnū genus redigit: Nā ꝛ multitudinis cō
gruentiam inter se per eandē generis nūcupationē
ꝛ quorūcūq; a genere lineam ꝛ locū in quo quis nat⁹
est: vno generis vocabulo ꝛ designatione esse decla
rat: Addit autem ipse qd soli latine lingue cōgruere
possit. dicit enī secundo mō genus dici: vt est gen⁹
cause honestū. Que genera causaꝝ greci in rhetori-
ca arte genera esse non putant: sed schemata vocant
ꝛ figuras. Genera aūt sola principalia accipiunt: de
monstratiuū: deliberatiuum. s. ꝛ iudiciale. Que ipsa
etiā rhetorices vocant. i. species rethorice: genera
vo causarum nos dicim⁹ Tertiū vo genus. i. qd por
phyrius ponit. i. sub quo differentijs distribute spe-
cies supponunt. Sed qm̄ de tertio genere tractatu-
rus est: victorini culpā. vel si ita cōtigit emendationē
equi bonique faciamus. Nunc ergo ad priorem apud vi
ctorinū generis significationē reuertamur ꝛ eius ut
sunt vba enodāda atq; expediēda sumamus. Genus
namq; inquit eē quorūdā ad aliqd quodāmō se habētiū
collectio. Hic ergo nimiq; monstrant ꝛ cognationem
inter se multitudinis ꝛ linee ductū: Nā cū dicit gen⁹
esse quorūdā collectionē ad se inuicē quodāmō habē
tiū. i. aliq̄ inter se cognatione iunctorū: ꝛ qd addidit:
ad aliqd generis lineā significat; quā singuli cōtingē-
tes ꝛ ad vnā sese ipsius generationis applicātes mā
gentes: plures ex eadem linea iūcti atq; cognati sūt:
ut sit hic ordo. Genus dr̄ quorundā collectio quodā
mō ad aliquē habētiū. i. ad alicuius lineā p genus cō
tingentiā; vt p collectionē cognationē demōstret: vt
p habitudinē quodāmō ad aliquē colligatā: lineā ge
neris ductumq; designet. Seqtur ergo ꝛ ad id pla-
nius lucidiusq; significat: cū dicit. Di rursus genus
cuiuscūq; natiuitatis principiū: aut a generāte: aut
ab eo loco in quo qs genitus est. Idipsum latius ex
pedit qd supius stricto ꝛ sententioso breuitatis vinculo
colligauerat. Dicit. n. rursus genus dici: aut a gene-
rante: aut ab eo loco in quo qs genit⁹ est. Sz rursus
p ticula si ad hoc conectat qd ait aut ab eo in quo qs
genitus est. intellectus non titubat: ut sit ordo. Dr̄ ge
nus vniuscuiusq; natiuitatis pricipiū: aut a generāte
aut rursus ab eo loco in quo qs genitus est: vel etī te
erit simplicior expositio si priorē generis significatio-
nem. i. quorūdā ad aliquē quodāmō habētium colle-
ctionē. Ad solius cognationē multitudinis accipiam⁹
Linee vo ductū ꝛ loci cognationē in inferiori significa
tione distribuit. Ita tn̄ ut vnam quodāmō generis
significationem: ꝛ multitudinis cognationē: aut a
generāte lineā ꝛ loci natiuitatē significet. Hec enī
oīa de sola cuiuslibet natōe tractantur. Quare non
absurdū est oīa que ad ortum genitalē cuiuslibet per
tinent: vna significatione generis cōtineri. Proprie
tn̄ ꝛ simplicissime expositionis est quatuor significa-
tiones generis cōstituisse victorinū: ut ad tres por
phyrii vnā ipse addiderit generis causaꝝ: ut sint he
quatuor significationes multitudinis cognatio. linee
ductus. genus cause. genus specierū. Seqnt̄ secūda

generis diuisio apud victorinū: vt ē genus cause que
greci (vt dictū est). nō genera: sed schemata vocant.
Tertie vo significationis generis hic mod⁹ est: gen⁹
dici cui supponitur spēs. i. genus illud a quo species
deriuant: quod ait ad superioꝝ fortasse similitudinem
equitatē dispositū. Sic enī genus speciebus suis prin
cipium est. vt romulus iis q ab eo cognati sūt iuncti
qz romani. Itē eodē mō nomē romuli romanos oēs
cōtinet: quēadmodū nole generis spēs cōtinent. Nā
sicut a dardano dardanide priores nomen dardani
in sese ipsos posteriores acceperunt. Ita ꝛ aīalis. enim
verbi gratia species habeat hoīes atq; equū. Equus
. s. atq; hō aīalis in se vocabulu capere: vt dicāt ipsa
aīalia non recusant. Eodē igitur mō species sub ge
neribus cōtinent quēadmodū cognati hoīes sub illo
a quo illaꝝ cognationē forte traxerunt. Nā ꝛ gen⁹ spe
ciebus principium est ꝛ plurimarū in se specieꝝ colle
ctiuum est. Rursus primū cognationis nomē ꝛ ipsius
generationis est principium: ꝛ in illius solius vocabu
lo diuersitas hōmū vocabuli ꝛ generis participatiōe
colligit: atq; hoc est qd ait his vbis Aliter dr̄ genus
cui supponit species: iuxta similitudinē forte superio
rum appellatū: etenī principiū quoddā est gen⁹ his q
sub ipso sūt: ꝛ videt multitudinē cōtinere oīum que
sub se sūt. Sz cautissime additū eē videt. Si enī ni-
hil hec oīa distarent: vna significatio generis esset ꝛ
ea qua species fundit: ꝛ ea que in cognatione diuidit
Sed est inter hec genera talis diuersitas: ꝛ q gene-
ra eaꝝ specieꝝ que sub se habent alias spēs: equeius
speciebus eqliter sunt genera. Hoīeꝫ enī ꝛ equū: qui
sub aīali sūt: neutꝝ neutro possum⁹ dicere pri⁹: quā
tn̄ ptinet ad tempus inchoationēq; nascendi. Nā si
q̄ res vna sit prior: altera posterior: ꝛ eas sub vniuscu
iusq; generis nole qs velit aptare: non poterit. Ge-
nus enī speciebus suis eqliter genus est. Qd si gen⁹
speciebus suis eqliter genus est: species ipe ei⁹ oēs
inter se equali tpe ortuq; censent. At vo in generib⁹
q̄ cognatōes efficiūt nō ita est: Quisq; enī fuit ca-
pis pater: q capuam condidit: si solum filiū capiꝫ p
genuit: ꝛ ab vno capuanorū cognatio vel cūcta ma
nant⁹ distat. a genere enī species supponuntur: q ge
nus vni speciei genus nunq; esse pōt nisi plurib⁹: qd
qm̄ est idoneū genus illud. i. principiū cognationum
etiā ab vno filio colligere ꝛ cōgregare cognationem
qd gen⁹ p spēs dictū facere non pōt. nisi plures spēs
supponant. Cōstat in hoc distare gen⁹ qd cognatio-
nē colligit: ꝛ a quo species diuidūt. Pōt aūt distare
ī hoc etiā q genus. i. principiū cognationis pōt ha-
bere sub se duos ex se nō equali tēporis conditione p
genitos: sz aliū posterioris ortus: aliū vero senioris
quod in generib⁹ spēbusq; nō cōuenit. Nā vt supius
dictū ē spēs nisi sibi eqles fuerint nō merito: sed na
tura: sub gnē poni nō possūt. his igit̄ expeditis seqt̄.

Totiens igitur de genere dicto postrema signi-
ficatione inter philosophos disputatio ē. quod de
finientes ita declarant.

Qd dicit totiens: tertio demōstrare vult: atq; hoc
pp lucidā operis seriē admissū ē. ut qm̄ genus pluri
moꝝ nomē est: oīs ei⁹ primū significatio diceret: vt
de q̄ disputādū eēt aliis i electio eligeret. Qd ait hoc
mō. enī totiēs hoc. i. tertio genus dicat' apud philoso
phos: vnde ipse tracturus est de postrema generis si
gnificatiōe quā dixit. i. de illo genere qd sub se spēs
hꝫ disputatio cōsideratioq; vertit. At vo de superiori.

¶ Et ego. Hoc inquam est qᵭ cum artes vel discipline: que in sua specie vna aũ collecta fuerint: in indiuidua venerint. i. per singulos hoïes: in infinitam multitudinem innumerabilẽqꝫ sese dispertiunt. hoc aũt idcirco euenit. quod hec eadem ratio est: quam porphirius ipse dirigere non neglexit. Genus enim cuꝫ vnũ sit plurimaruꝫ specierum progenitiuuꝫ est. Nã qꝫ sub vno genere plures species inueniuntur. Idcirco quoniam species genus illud vnde profluunt: in plurima segregant atqꝫ dispertiunt. Genus autem plurimas colligit res: sicut ipsum a plurimis iterum speciebus diuidit. Namqꝫ homo coruus ⁊ equus: que sunt species: quantuꝫ ad animal: equaliter animalia sunt. Ita enim nomen animalis omnes suas species intra se continet. Quod si ⁊ in homine animalis nomen est: ⁊ in coruo: ⁊ in equo: non est dubiuꝫ quoniã illud genus. quod sub se ipsum ea continet species diuise inter se diuidant multiplicentqꝫ. Colligit igitur genus species in se: species vero genus ipsum suapte natura dispertiunt. Est igitur genus collectiuum specierum suarum. ⁊ quodammodo adunatiuũ Species vero diuisiue generis quodammodo multiplicatiue. Igitur qcũqꝫ ad magis genera ascẽdit noẽꝫ specierum multitudinem per genera colligit adunatqꝫ. Cum vero a magis generibus vsqꝫ ad magis species occurritur. omnis vnitas generum superiorũ in multifidas ramosasqꝫ species segregabitur. Quod autem ait multitudo capienda. perinde est ac si diceret: multitudo facienda est. nam cum diuidis genus in spẽs: easdem species multas esse accipis. quas tu idem fecisti. Species quoqꝫ ab hac generis adũatione ac quodammodo collectione non discrepant: Namqꝫ ⁊ ipse infinitatem indiuiduorum ad vnaꝫ reuocant formã. Singulorum enim hominum species que est homo: collectiua est: hoc modo. Ad hominis enim speciẽ cũcti singuli homines vnus homo sunt. i. prima species que nos continet coercetqꝫ. Porro autem ipsa spẽs in nos multos scissa diuiditur. Omne enim quod singulum est atqꝫ indiuiduum: illud vnde nascitur diuidit. Omne quod non est singulum atqꝫ non iđiuiduũ sed diuidi potest: non per seipsum magis diuidit subteriora. quã colligit. His igitur expeditis: constat genus plurimarum specierum esse genus: ⁊ specieꝫ plurima sub se indiuidua coercere: Nam si qua sunt subteriora illa que sunt superiora dispertiunt: ⁊ in multitudinem dissipant diuiduntqꝫ: Quare non est dubiũ quin superiora semper inferiorib⁹ pauciora sint. Predicamenta vero aliud de alio: vel ad se inuicem que torquentur: hoc modo sunt. omnis eniꝫ res aut maior erit: aut minor: aut equa: omne quod est maius: de minore poterit predicari. Min⁹ vero de maiore nõ dicitur. Nam quoniam animal est ⁊ homo ⁊ equus: ad animal hominem si predicare volueris: tantũ hec conuenit predicatio: quantum conuenit animal esse hominem. Age enim: conuerte ⁊ dic hoc esse animal quod hominem. Quantum igitur pars est animalis: que hominis speciem cõtineat: tantuꝫ animal homo est In illis autem aliis partibus animalis que aliud cõtinẽt quã est species hominis: appellatio non conuenit. Nam si dicas animal homo est: quod homo in illa parte in qua equus est animal ⁊ coruus: ista talis predicatio non aptatur. Atqꝫ ideo vniuersaliter non conuertuntur. Nã si dicis omnis homo animal verũ est. Si dixeris omne animal homo est: falsum est. qᵭ si maiora de minoribus predicantur: quia omne minus in se continent: ⁊ minora de maioribus idcirco non predicantur: quia maiora minoris diffinitionem superuadunt: ⁊ quodãmodo exuperant: non est dubium quin illa que sunt equalia sibi: possint ipsa conuerti: Equalia autẽ sunt illa que neqꝫ minora neqꝫ maiora sunt. i. vt si in quamlibet speciem opponantur: ⁊ omni illi speciei adsint: nulli alij: nam omnis homo risibile est: ⁊ nulla alia species risibili: potest proprio nuncupari. Atqꝫ ideo quoniam equalia sũt: cõuertuntur. Dicis enim quid est homo. Risibile: quid est risibile. homo. ⁊ item. quid est hinnibile: equus. quid est equus hinnibile. Quod si semper maiora de minoribus predicantur: superiora necesse est genera essẽ: ⁊ omnia subalterna minora fiunt. Quod si subalterna omnia minora sunt: non est dubium: quin si quis per subdiuisionem descendat ad vltimam speciem: quodcunqꝫ genus de vicinis sibi predicabit etiã de subalternis. namqꝫ substantia habet sibi vicinuꝫ ad subteriora genus. Ad se vero speciem: quod est corpus. De hoc igitur substantia predicatur. Si quis enim interroget: quid est corpus: dicitur substantia. sub corpore vero est animatum corpus: ⁊ sub eo animal. Ergo quoniã substantia idcirco predicatur de corpore: qꝛ illi ẽ superior: necesse est quibus corp⁹ superius fuerit: eisdẽ etiã sit substãtia superior. Nam si corp⁹ p̃dicatur de animato corpore ⁊ de animali: predicabitur ẽt substãtia de aĩato corpore. ⁊ de animali. Sic igitur quecũqꝫ supiora fuerit de subterioribus nõ solũ sibi vicinis: sed etiam lõge subteriorib⁹ p̃dicantur. Nam si maiora sunt his que sibi vicine sunt speciebus: multo maiora erunt etiam illis quibus vicine species fuerint ampliores: ergo de quibuscũqꝫ species predicatur de ipsis predicabitur ⁊ illius speciei genus. Nam si species aliqua alicui maior est: multo genus speciei ipsius illa re qua species maior est: maius erit. Atqꝫ ita ad id predicabitur quemadmodum ipsa species antea predicata est. Quod si ita est: non est dubium quod genus quoqꝫ generis illius quod ad illud ad qᵭ species p̃dicabatur: poterat predicari etiã id quoqꝫ de eo de quo species ⁊ genus speciei predicabatur: predicari posse. Nam si quis dicat ciceronem esse hominem cum animal hominis genus sit: non erit absurdum ciceronem animal predicari. ⁊ cuꝫ animalis ipsius substantia genus sit non erit inconueniens ciceronem substantiam predicari: quoniaꝫ que superSũt de subterioribus predicantur: ⁊ que subteriora sunt si qua alia sibi subteriora habeãt: illud primum gen⁹. habebunt etiam ista subteriora: ⁊ de his conuenienter predicabitur. Igitur spẽs de indiuiduo predicatur vt maius: magis genus vero de oĩbus subalternis: ⁊ de magis specie predicatur. equo enim modo dicitur ⁊ corpus substantia: ⁊ animatũ corpus substantia: ⁊ sensibile

sensibile corpus substantia: & ratiōale animal substātia: & mortale substantia: & hō substantia: & de ipsis etiam magis genus indiuiduis predicatur: vt dictum est: potest enī cicero dici substātia. Species vo sola de nullis alijs nisi de indiuiduis predicatur: vt predictum est. Indiuidua autem ipsa de nullo alio predicātur nisi de ipsis. i. singulis. Natura autē indiuiduoꝝ hec est: quod proprietates indiuiduorū in solis singulis indiuiduis constant: & in nullis alijs transferuntur atqꝫ ideo de nullis alijs predicantur. Ciceronis enī proprietas cuiuslibet modi fuerit: neqꝫ in catone ꝫ neqꝫ in brutum neqꝫ in catullam aliquando conueniet. At vo proprietates hominis que sunt: id quod rationale: mortale: risibile. pluribus & omnibus indiuiduis possunt & singulis conuenire. Omnis enim homo & singillatim indiuiduus & rationalis est: & mortalis: & sensibilis: & risibilis. Atqꝫ ideo illa quorum proprietates possunt alijs cōuenire: possunt de alijs predicari. Horum āt quoruꝫ proprietas in alijs non cōuenit: in ipsis tantum indiuiduis singulariter: de aliquibus alijs preter se singulariter predicari nō possunt. Repetendum est igitur: quod omne indiuiduum specie cōtinetur. Species vo ipsa coercet a genere: & vnū quasi omnium corpus magis genus est & nunquam ē pars. indiuiduum vo pars semper est nunqꝫ est totū. Species autem & pars & totum merito nūcupatur. nam ad genus pars est: ad indiuidua totum: diuidit enim genus (ut dictuꝫ est) & indiuidua colligit. Sed species pars est alteriꝰ. i. generis. Totum vo non est partis sed partium. Namqꝫ genus & vnum est: & plures spēs vnius rei. i. vnīꝰ gnīs species pars ē. Et qm̄ indiuidua plura sunt & infinita sub vna specie qua illa indiuidua colligit. Species illa non est vnius totū idest non est partis totum: sed plurimorum idest partium: plures enim partes sub ea indiuiduorum sunt quarum totum species. i. homo appellatur. Sed de genere & specie sufficienter dictum est. Et quoniā matutine salutationes vocant. in futuras noctis vigilias quod est reliquum transferamus.

Explicit editionis prime liber primus. Incipit Secūdus de Differentia.

Ulta nobis a parente natura excelsius qꝫ ceteris animantibus grauia illustria qꝫ concessa sunt. Que nos ita quasi quedam benigna artifex humanitatis excoluit: ut primum nobis reputandi considerandiqꝫ animos rationemqꝫ concederet. post vo rōne reperta proloquendi conferret vsus Sed qꝫ natura nos nō corporis sensibus a beluis sed mentis diuinitate distare concessit: cum sibi adiunxerit & a sue viuacitate nature non discesserit tunc sicut ipsa est eterni generis: ita quoqꝫ famam in posteros vitamqꝫ glorie infinitissimis temporibus coeq̄t. Sin vo se prauis libidinibus corporis obnoxiā mēs perdendam corrumpendamqꝫ permiserit: naturam corporis sequitur. Naꝫ nihil eius viuacitatis post corpora remanet: cum omnis labor & studium ꝺ rebus corporis atqꝫ in corpus impensum est. Quare aduertendum est: vt nos meliores accuratioresqꝫ reddamus: non ea re qua pecudibus nihil distare possimus. Sed quo celestiuꝫ virtutuꝫ similitudine eternitatis gloriā factis egregijs dictisqꝫ mereamur. Sed de his alias nunc ad propositum reuertar. Cuꝫ igitur alterius noctis cōsueta lucubratio vigilieqꝫ venissent; credo hesterne rōnis subtilitate captus vel qua ipse est cupiditate discendi audiēdiqꝫ studio vigilantius: quāꝫ nūqꝫ surrexerat: fabius ad me pꝛ eut. Qui postqꝫ consalutatus: sequentis a me operis promissaꝫ continuationem reposceret. Faciam inquaꝫ non inuitus: quippe cum nec mihi sit in vita quicqꝫ melius agere: & tu hanc mihi iocunditatem studio tuo augeas: quod mihi perquam gratissimum est. Placuit igitur ut quoniam hesterna dissertio speciem explicuerat: alterius expositionis pꝛincipium de sequenti differentia sumeretur. Hic fabius. Uberrime inquit a te hesternis vigilijs de generibus & speciebus expositum ē. Sꝫ (ut dici audio) subtilior differentijs terminoꝝqꝫ tractatus est non inquam immerito: Nam varie accepte differentie varias habebunt etiam potestates. Erunt nāqꝫ alias genera: alias species: alias vo differentie. ꝭ hoc postea demonstrabitur. Nunc vero ita (vt arbitror) textus est:

Omnis differentia & communiter & proprie & magis proprie dicitur

Differentiā quoqꝫ multis appellari modis designat Dicit autem tribus his modis fieri differentiam: cū aut cōmunes sunt: aut proprie: aut magis proprie. cōmunes sunt: quibus omnes aut ab alijs differimus. aut a nobisipsis. nam sedere vel ambulare vel stare differentia ē. nam si tu ambules: ego vero sedeam: in situ ipso atqꝫ ambulatione differimus. Et item ego cum nunc sedeo: postea vo si ambuleꝫ: cōmunī a me ipso differentia discrepabo Proprie vo sunt que vniuscuiusqꝫ indiuidui formam aliqua naturali proprietate depingunt: vt si quis sit cesijs oculis: vel crispo capillo. Et enim propria vniuscuiusqꝫ singuli hois sunt quoquomodo ista nascuntur. Magis proprie sunt: qꝫ in substantia ipsa permanent: & totam speciem differentie descriptione permutant: vt est rationalis vel mortalis hominis differentia. Horum autem communes & proprie differentie sub eadem specie singulos a se faciunt discrepare: illa proprijs differentijs: illa communibus. Magis proprie vo totam naturam cuiuslibet speciei substantiamqꝫ pmutant: & ab alijs speciebus segregant atqꝫ dispergunt. Harum ergo cōmunes & proprie differentie quoniam speciem non permutant: sed formam quodammodo & habitudinē solam faciunt discrepare: alteratum facere dicuntur. i. non integrum alterum facere. i. nō integre permutare: Sed quodammodo discrepantiam distantiam qꝫ ideo non vocantur alterum facientes. i. permutantes. Sed magis alteratum. i. non integrum alterum facientes. Illa vo tertia. i. magis propria. quoniam substantialis est: & ipsius speciei inserta nature: alterum facit. Nam quoniam homo atqꝫ equus quantū ad id quod aīalia erant: vna illis erat substantia: veniens rationale discregauit omnino speciem: & funditus alteram fecit. Ergo cōmunes & proprie differentie alteratuꝫ facientes vocantur. Magis proprie autem alterum facientes. Constant igitur differentiarum alias facere alterum alias alteratum. ille que faciunt alterum: substātiales sunt: & omnes naturam speciemqꝫ permutant: & specificales predicantur: valet enim qualibet speciem constituere: & ab alijs omnibus segregare: & eius formam naturamqꝫ componere. Nam si dicas mortale & rationale differentias & eas animali supponas: non est dubium quin cum hominis speciem facias: speciei huius sint perfectrices. atqꝫ ideo specifice nominantur: quod & permutant naturam. & ipsam substantiam cuiuslibet illius

speciei constituunt. Ille vero alie nihil aliud efficiunt nisi alteratum quippe enim aut proprietate quadam forme alius differt ab alio: aut aliqua habitudine ⁊ dispositione aliquid facienti. Illa igitur magis propria differentia: quam specificam nominamus: sola poterit in generis diuisione congruere. Et enim cetere nihil ad substantiam: sed ad quandam quodammodo eiusdem similitudinis discrepantiam distantiamqꝫ ponuntur. Nihil enim in aliis preter alteritatez solaz reperire queas quippe que non constituunt species sed constitutas etiam ⁊ effectas magis proprijs suis qualitatibus ipse discriminant. Quod autem dicit.

¶ Repetenti. nunc a superioribus dicendum est. Differentiarum alias esse separabiles: alias esse inseparabiles.

¶ Hoc est quod hic nunc diuisio alia rursus assumit. Nam cum prius differẽtiam in tribus partibus separaret: ⁊ postea tres illas in duarũ tantum numerum quantitatemqꝫ colligeret: vt alias alteruz facientes esse diceret: alias alterantes: ipsarum rursus trium tertia sumitur facienda diuisio: Dicit enim alias esse separabiles alias inseparabiles: ⁊ sicut in priore diuisione alteratũ facientes due fuerunt cõmunes ⁊ proprie. sola vero magis ꝓpria remanserat que alterũ faciebat eodem nunc etiam modo inseparabilibus ⁊ in inseparabilibus cõmunis tantum separabilis. Alie vero differentie vtreqꝫ vt cecitas oculorum vel simia cesaries: vel corporis proprietas: que sunt proprie differẽtie: vel certe rationabilitas vel mortalitas: que sunt magis proprie differentie: possunt nunqꝫ ab hominis specie segregari. Sedere vero vel currere: que cõmunes sunt separantur a singulis: ⁊ item rursus adduntur. Earum vero que sunt inseparabiles: alie per se veniunt: alie vero per accidens. Et ille vero que per se veniunt a magis proprijs manant. Ille que per accidens: a solis proprijs effunduntur. Et inseparabile accidens est: quicquid per inseparabilem propriam differentiam vnicuiqꝫ speciei contigerit. Sed quanquam propria ⁊ magis propria inseparabiles differentie sint: nunqꝫ tamen illam superiorem formam naturamqꝫ commutant. Nam magis propria semper alterum: propria vero solum semper efficit alteratum: Huc accedit quod inseparabiles proprie possunt alicui plus minusue cõtingere. Inseparabiles magis proprie nec cumulis intentionis augentur: nec diminutione decrescunt. Potest enim alius procerior alius fuscior: deductionib⁹ alius capillis: alius flauioribus nasci: q̃ sunt inseparabiles proprie differentie. At vero magis propria. i. ratiõale: neqꝫ plus neqꝫ min⁹ admittit. Oẽs enim hoẽs in eo quod homines sunt: equaliter sunt rationales atqꝫ mortales: Nã si genus plus minusue esse possit genus: possunt etiam differẽtie vel intentione crescere. vel remissione decrescere Nam quoniam animal nõ est plus homini quã equo neqꝫ equo plusqꝫ ceteris: equaliter subiectis omnib⁹ genus est. Sic specierꝫ differentie quas specificas appellamus: magis minusue non capiunt. Nã si animal rõnale mortale huius hominis diffinitio est: ⁊ hominum nihilominus singulorum: non est dubium quin hec diffinitio ad oẽs hoĩes singulos equaliter semper aptetur: ⁊ nulli neqꝫ plus neqꝫ minus cõueniat: Qđ si ita est: ꝑtes quoqꝫ totius diffinitiõis q̃ sũt differentie tales erunt: vt nulli neqꝫ plus neqꝫ minus sed equaliter semper ⁊ cõuenienter aptent. Partes autem huius definitionis sunt ratiõale ⁊ mortale. Rationale igitur ⁊ mortale: que sunt magis ꝓprie differentie plus minusue nõ capiunt. Ab hac igitur. i. separabiliũ inseparabiliumqꝫ differentiarum diuisione. tribus modis differentias speculamur. Nam aut separabiles sunt: aut iseparabiles. Inseparabiliuz vero aut per se veniunt aut per accidẽs. Que per se veniunt alie sunt que genus diuidunt: alie que speciem informant atqꝫ constituunt. Sed de superioribus prius dictum est. Nunc autem de his que genus diuidunt: ⁊ speciẽ constituunt disseramus: Omnis quecunqꝫ fit generuz diuisio in species: si earum specierum alia subdiuisio fiat: ⁊ a magis generib⁹ per subalterna genera vsqꝫ ad magis species deculratur: gemina in his erit duplexqꝫ diuisio. Namqꝫ si contrarias specierum differentias respicias: generum est diuisio. Si subalternorum generum: fit specierum constitutio: Si eniz genus diuidamus. i. substantiam. vt iam speciei disputatione diuisa est: ⁊ fit substantia: post substantiam animatum corpus ⁊ inanimatum. Sub animato corpore sensibile ⁊ isensibile. Sub sensibili. i. animali rationale ⁊ irrationale. Sub ratiõali mortale ⁊ immortale. He igitur differentie eedem species sunt: si contra seipsas in diuisione respiciãtur: diuidunt genus hoc modo. Nam quũ sub substantia animatum corp⁹ ⁊ inanimatũ posuimus. si animatuz corpus contra inanimatũ respicias: substantiaz diuisisti. Si vero subalterna genera in ipsis differentijs aspicias: speciez cõstituisti. Nã si animatuz corpus ⁊ qđ sub ipso est sensibile corpus aspexeris: animal respexisti. Item si rationalem differentiam contra irrationalem differentiam acceperis: genus quod est vtrorumqꝫ. i. animal diuisisti: Si vero sub eodem ordine rationalem differentiam ⁊ mortalem accipias: hominis sine dubio speciem demonstrasti. Item he differentie alio mõ accepte sunt generis diuisibiles: idest genera diuidẽtes. Alio vero mõ sunt constitutiue specierũ: idest que species declarent atqꝫ constituant. Nam si contrarias differẽtias respexeris: diuides genus. Si vero subalternas: speciem constitues. Differentiarũ igitur vis ⁊ separabilium ⁊ inseparabilium ceteras tres res. i. gen⁹ speciẽ accidẽsqꝫ sic retinet: vt permutata comparatiõe p hec eadẽ ipsa ẽt permutẽtur. Nã rationale ⁊ mortale differentias si contra irrationale ⁊ imortale respexeris: diuisibiles sunt generis differẽtie. Si vero idẽ ipꝫ rationale ⁊ mortale ad superiora comparaueris: spẽs erũt eius quod eas continet animalis. Si vero rationale atqꝫ mortale ad subiectum hominẽ consideres: genera eius constitutiuasqꝫ differentias contemplabere. At vero de illis alijs inseparabilib⁹. i. proprijs cadunt differentie inseparabilis accidentis Inseparabile namqꝫ est accidens: cecitas oculoruz: ⁊ nasi curuitas: ⁊ alia huiusmodi. Et idem sit de separabilibus accidentibus: idest de cõmunibus. Separabile namqꝫ est accidens: vigilare: dormire: ⁊ currere: vel sedere: Qđ autem dicit sic igitur composita sit super omnia substantia: ⁊ sunt eius differentie diuisibiles animatum ⁊ inanimatum. Contrarias differentias in species monstrat. Quod autez dicit hec differentia animata atqꝫ sensibilis sociata substantie perficiet: animal. Constitutiuas specieruz differẽtias monstrat. Sic igitur varijs modis accepte varias varietates formasqꝫ sortite sunt. Sed ⁊ diuisibiles ⁊ constitutiue vtreqꝫ specifice nominantur: ⁊ in diuisionibus generum diffinitionibusqꝫ sole sunt vtiles. Cetere vero inseparabiles per accidens inutiles:

⁊ multo

et multo magis ille sunt inutiles: que separabili differentia discretioneque formate sunt. Has autem specificas differentias: qui de differentiarum diffinitione tractaverunt: tales esse declarant quibus species a genere abundant: Quid autem sit: breviter explanandum est. Controversia est utrum genus differentias specierum suarum in se habeat: an minime: ut puta. Animal sub se habet species rationale: et irrationale. i. hominem: verbi gratia et equum: Rationabilitatem igitur et irrationabilitatem. i. hominis vel equi differentias: quibus a se species sub animali posite differunt: utrum habeant utrasque animal an non. Nam si animal quod genus: est neque rationale est: neque irrationale: species que sub ipso sunt posite istas differentias non habebunt. Nam si genus istas differentias non habebit: unde erunt speciebus differentie: quibus a seipsis differunt. Sed si quis dicat esse in genere istas differentias (non tantum haberent differentias species nisi prius genus habuisset) aliud maius continet incommodum. Nam quoniam eque sunt species que sub aliquo genere supponuntur: et equaliter homo atque equus sub animali genere ponuntur: neque homo prius est: neque equus: sed uterque equaliter animalis species nominantur. Igitur si rationale atque irrationale equaliter sub eodem genere sunt: erunt etiam uno tempore. Quod si uno tempore et genus istas differentias habet: ut genus suapte natura. i. animal rationale sit et irrationale: non est dubium quod eadem res uno tempore duas contrarietates in sese substantialiter retineat: quod fieri nequit. Quid igitur? Dicendum est quoniam genus actu quidem ipso quod greci energiam vocant. istas differentias non habet. At vero potestate ab his ipsis differentiis. quas in suas species fundit non vacat. Quid autem sit actus et potestas: castigatius explicandum est. Tantum interest actus a potestate: quantum homo ridens ab eo qui ridere possit non tamen rideat. Ille enim agit ipsam rem: ille tantum potest: non etiam agit. Sic igitur et animal. Namque homo actu ipso rationalis est Semper enim homo rationalis: et nihil aliud est: et equus semper irrationalis: et eius irrationabilitas in actu posita est. At vero ipsum animal rationale vel irrationale non ipsum agit neque est in eorum actu positum: sed in potestate. Potest enim ex se rationale atque irrationale profundere. Quare quoniam species actu differentias continent genus vero potestate: species a genere merito differentiis abundare dicuntur. Quoniam quod genus potest. i. differentias facere: species non solum possunt: sed etiam agunt. In ipsis enim speciebus posite informateque sunt. Est autem alia differentie diffinitio talis: que dicat differentiam esse que ad plurimas species in eo quod quale sit predicatur. Differentia ad res plurimas dici potest: ut rationale dicitur ad hominem homo enim est rationalis: dicitur ad deum. Deus enim rationalis dicitur: sed non in eo quod quid sit: sed in eo quod quale sit. Nam si qualis homo sit interrogetur rationalis continuo respondetur. Qualis deus sit si interroges: rationale non absurde dixeris. Eodem modo etiam irrationabilitas. Dicitur enim et ad equum: et ad bovem et ad piscem: et ad avem: que omnium si qualia sint interrogaveris: irrationabilia predicantur. Bona igitur et recta hec diffinitio. i. differentia est quod ad plurimas res specie distantes in eo quod quale predicatur. Et de mortali vero et de aliis differentiis: eadem est ratio. Sequitur locus perdifficilis: sed transferentis obscuritate victorini magis quam porphirij proponentis: qui huiusmodi est. Dicit enim omnem rem quecunque est corporea ex materia vel forma constare. Nam si statuam dicas: constat statua ex ere: verbi gratia: et figura illa quam ei suus fictor imposuit: et est materia: ex quo facta est eris. Figura vero idest forma qua es ipsum formatum est. Nam si hominem formabis ex ere: erit hominis forma: es vero materia. Eodem modo etiam genus: Namque genus in modo materie accipitur. Differentia vero in modo forme. Et enim quemadmodum quecunque illa res ex materia et forma consistit: sic etiam omnis species ex genere et differentia. Namque genus ita est hominis: ut est statue es. Differentia vero sic est hominis: ut est forma illa ex qua es effictum est. Nam quod sicut ex aliqua figura: que ex eris materia efficta est. cuiuscunque illius species statue fit: sic etiam cum in genus. i. in animal venerit differentia. i. rationale: hominis species fingitur. Ista igitur sibi proportionaliter sunt. Proportio autem est cuiuscunque illius rei similis ad aliquam rem cognatam comparatio. ut puta si duo compares ad quattuor: dupla proportio est. Si vero. xx. ad. xl. eadem dupla. Sub eadem ergo proportione sunt. iiii. ad duo: sub quali. xl. ad. xx. quod utraque duplex est numerorum comparatio. Sic igitur qualis proportio est: idest comparatio materie et figure: talis est proportio generis et differentie: et ista quattuor sibi proportionaliter sunt. Eodem enim modo ex materia et figura species uniuscuiusque illius animantia inanimanti sive formatur: quod victorinus. f. intellexisse minus videtur. Nam quod porphyrius analogon dixit. i. proportionaliter: ille sic accepit quasi analogon diceret. i. irrationale Atque ideo in loco ubi habetur scriptum hoc modo: omnes namque res ex forma et materia consistunt: ipsa autem forma irrationabilis est. tollendum est irrationabilis. Et subterius paululum ubi habetur: iam omne genus simile materie est. et consistit irrationabile: tollendum est irrationabile: et ponendum est proportionabile: ut sit et consistat proportionabiliter. Nam que proportio est figure ad materiam in efficienda cuiuslibet corporis animati atque inanimati Sequitur item alia diffinitio: que est huiusmodi. Dicunt enim esse differentiam: quod possit seperare ge- quod sub eodem genere est: et recte dicunt. Nam dum sub eodem genere sit homo atque equus: quia utrumque est animal: cum venerit rationale vel irrationale: equum atque hominem que sub eodem genere sunt: dividunt atque discernunt. Sunt igitur ille differentie que possunt res sub eodem genere separare. Est autem alia diffinitio. Differentie sunt quibus quodque ab alio distat. Nam homo atque equus rationali atque irrationali differentia discrepant: cum unum sint quantum ad genus et hoc est quod dicit.

¶ Differentia est qua differunt singula: quia per seipsum genus est: et illa que rationabilia sunt nos scilicet: et illa que irrationabilia sunt. Namque et homo et equus et avis: hec omnia genus unum sunt idest animal. Namque animal horum omnium genus est.

¶ Sed si de hoc loco in quo positum est: quia per seipsum genus est: mutes et facias: quia per seipsa animalia sunt planior sensus erit. Generis enim hic nomine pro animalis abusus est: et erit huiusmodi ordo. Differentia est qua differunt singula: que per seipsa animalia sunt et illa que rationabilia sunt animalia nos scilicet: et illa que irrationabilia sunt. Quod si sic esset: nullus esset error

omnino. Nūc vero genus quod ait: pro animalis nomine intelligendum est. Item dii atque homines cum vtrique rationales sint: mortalis tamen nomine adiecto differunt discrepantque. Sic igitur differentia est qua singula differunt: sed non simpliciter: sed illas tantum differentias huiusmodi esse putandum ē: que substantiam prosint ⁊ que ad id qđ est cuiuscunque speciei possit esse aliqua pars quod huiusmodi ē. Si equus atque hō quorum vtrorumque vnum gen⁹ est animal: a se differunt rationali atque irrationali qualitate: attamen ista rationabilitas ⁊ irrationabilitas ē ī substantia ipsarum specierum hoc modo. Nā neque equ⁹ potest esse sine irrationabilitate: neque homo sine rationabilitate: Atque ideo iste differentie prosunt ad aliquid esse speciei acomodate: ⁊ substantie ipsius partes sunt. Nam cum homo ex his differentiis cōstet. i. rationali ⁊ mortali: rationale ⁊ mortale solum positum pars est substantie hominis. Nam si vtraque simul vnum hominem faciunt. non est dubium quin ad substantiam hominis efficiendam vnaquaque earum res pars esse videatur: Quare ille differētie quecunque nō prosunt ad esse: neque partes substātie cuiuslibet speciei sunt specifice dici non habēt quāuis sola hoc vna species habeat. Nam si homo nauigat potest dici animal nauigabile. Sed nauigare in substantia hominis non vertitur. Neque enim homo inde subsistit quia nauigat. quāuis hoc nullum aliud animal habere possit. i. nullum possit animal nauigare. Eodem modo ⁊ esse rhetorem vel grammaticum. Has igitur differētias que ad esse non prosunt sed tātum artem aliquā scientiamque cōmemorant: non ponimus specificas eē quamuis vna quelibet animalis id species habeat. Ergo considerandū est: vt quotiens dicimus diffinitionem differentie illam differentiam esse: qua differant singula: illam significari differentiam intelligam⁹: que ad aliquid esse prodest. ⁊ que est alicui⁹ pars substantie speciei. Illa vero que ad esse non prosunt in hoc genere differentiarum quāuis singule cuiusque sint non ponamus. Sed quoniam de differentia dictum est: de proprio explicemus. Tunc fabius vt arbitror consequens est.

¶ De proprio.

Proprium quattuor dicitur modis. Dicitur namque proprium quod vni speciei accidit. etiam si non omnibus.

¶ Et ego. Quattuor ergo modis propria diuiduntur. Est enim proprium quod vni accidit: ⁊ si non omnib⁹ vt est rethor vel geometer: vel grammaticus: Hec vero omnia vni soli speciei. idest homini accidunt: non tamen omnibus. Neque enim omnes homines grammatici vel rhetores vel geometre sunt: atque ideo vocabitur hoc proprium quod vni sit: ⁊ si non omnibus. Est item alia proprietas que est omnibus etiam si non soli. Nam bipes omni homini accidit. Omnis enim homo bipes est: non soli hominum speciei accidit: sed etiam auibus. Est item tertium proprium quod omni ⁊ soli ⁊ aliquo tempore accidit: idest in pubertate pubescere: ⁊ in senectute canescere. Namque ⁊ omnibus hominibus euenit: ⁊ nulli alii speciei nisi soli hominum: ⁊ aliquo tempore. constitutum enim tempus ēst vel adolescentibus pubescēdi: vel senescentibus canescendi. Neque enim a. vi. anno vel septimo aliquis pubescit: aut a vicesimo cāescit nisi forte aliquid accidit noui. Quartum proprium est: quod vni speciei accidit: ⁊ omnibus sub eadem specie indiuiduis: ⁊ omni tempore. Nam risibilem esse hominem: ⁊ vni speciei soli. i. homini contingit: ⁊ omnibus sub eadem specie indiuiduis. Omnes enim singuli homines rident: ⁊ omni tempore. Nunquam enim tempus sint vt quiuis ridere non possit. Sed risibile dico potestate non actu. Namque ⁊ si non rideat homo tamen quia ridere potest: risibilis appellatur: Et sunt integre ⁊ vere propria ista que ⁊ vni ⁊ omnibus ⁊ omni tempore insunt. Namque hec speciebus suis cōuerti possunt Si enim dicas quid est homo. Risibile. Si quid est risibile interroges homo predicabis. Illa vero alia bipes: vel grammaticus propria quidem sunt sed conuerti non possunt. Nam grammaticus semper homo: homo vero non semper grāmaticus. Et ecōtrario homo semper bipes est: nō econtra bipes semper homo est: Et hinnibile similiter magis proprium equi est. Nam eodem modo hec proprietas ad suam speciē conuerti potest. Nam si dicas: quid est equus: hinnibilem respondebis. Si quid est hinnibile equus predicabitur. Sed qm̄ de propriis dictum est de accidentibus sequens tractatus habeatur.

¶ De accidenti.

¶ Desinit porphyrius accidens sic. Accidens est quod infertur ⁊ aufertur sine eius in quo est interitu.

¶ Hoc autem dicere videtur: illud esse accidens sine quo potest constare illud cui accidit: vt puta si forte casu aliquo cuiquam facies irrubuerit: abscedente rubore illesa facies permanebit: sicut euenente non lesa est. Diuidit ergo accidēs in separabile ⁊ in inseparabile. Namque separabile accidens est: vt puta si quis sedeat vel ambulet: inseparabile est: vt si dicas coruū nigrum: cignum album. A quibus hec accidentia separari non possunt. Nascit autem huiusmodi dubietas: vtrum superior diffinitio vera sit ⁊ omnium accidētium nomen includat. Nam quoniam sunt quedā (vt ipse ait) accidētia inseparabilia: in his talis desinitio videtur cōuenire non posse. Nā si separari non possunt: nō ī illis ē vera diffinitio: que dicit accidēs esse: qđ īferri. ⁊ auferri pōt sine ei⁹ ī quo ē īteritu. Nā cū īseparabilia sunt: auferri non possunt. Sed hec tā vehemēs questio soluitur sic: quod hec ipsa diffinitio de accidētibus facta ē ptāte non actu: ⁊ intelligētia nō veritate: Nō qz ethiops ⁊ coruus colorem amittunt: sed sine isto colore ad intelligentiam nostram possūt subsistere. Nam verū est: quoniam ethiopem aut coruum color niger nunquā deserit. Sed si quis intelligat colorem istum ethiopē vel coruum posse amittere: plumarum tantum color in coruo mutabitur: ⁊ erit auis alba specie ⁊ forma corui: si quis hoc intelligat. At vero hominis idest ethiopis amisso nigro colore erit eius species candida: sicut etiam aliorum hominum. Ergo hoc non ideo: quia fiat dicitur: sed ideo quia si posset fieri huius accidentis susceptrix substātia non periret. Quod ipse hoc mō demonstrat. Potest autem subintelligi ⁊ coruus albus: ⁊ ethiops colorem suū perditurus sine interitu suo quo color sunt Nihil ad speciem impedit si ethiops vel coruus amisso colore in proprie substantie natura permaneat. est autem alia diffinitio: que est huiusmodi. Accidens ē quod contingit alicui ⁊ inesse ⁊ non inesse. Nam qđ in substantiam non uertitur: id accidens esse dicitur idest non in substantiam insitum: sed extrinsecus veniens. Ergo ea que contingunt ⁊ esse ⁊ non eē iđ accidentia

dentia

dētia vocata sunt: quoniam in substantie ratione nō accipiuntur. Si enim in substātie ratione ponerent̄: nunq; non essent: nunquā non esse possent. Nam quoniam verbi gratia ratio in substantia hominis est: nunquam homo esse poterit irrationabilis: quoniam irrationabilitas in substātia hominis nō est. Ex hoc ergo venit etiam alia diffinitio: accidens esse illud: quod neq; gen⁹ sit: neq; species: neq; differētia: neq; proprium. Nam quoniam genus: species: differentia ⁊ propriū: in substātia sunt ⁊ cuiuscunq; illius rei substantiam monstrant: idcirco quicquid horum aliquid non fuerit id accidēs merito predicabitur. Explicitis igitur atq; expeditis his que proposuit. idest genere specie: proprijs differentijs: accidentibusq; tractare: nunc exequitur illa que inter hec communia omnia vel que differentie sunt.

¶ De communibus generis: differentie: speciei: proprij: accidentisq;.

Et primo oīum simul inter se cōmuniones explicat. Post etiam singulorum proprietates. Et dicit omnium esse cōmune de pluribus predicari. Namq; genus predicatur de speciebus ⁊ de indiuiduis eodē modo predicatur ⁊ differētia de speciebus ⁊ de indiuiduis. Etiam proprium ⁊ de specie ⁊ de indiuiduis predicatur. At vero species de solis tantum indiuiduis appellatur. Genus enim animal predicatur de equis hominibus: bobus: ⁊ canibus: idest spēb⁹. p̄dicatur itē ⁊ de his q̄ sub ipsis speciebus indiuidua continentur. Naz sicut ipse species canis vel equi vel hominis animalia sunt: sic ⁊ vnusquisq; equus vel homo animalia predicantur. Differentie vero predicātur de speciebus ⁊ de indiuiduis hoc modo. Namq; hō ⁊ equus species sunt. Sz rationalis dicitur ad speciem hominis. differentia. Predicatur eodem modo ⁊ ad ciceronem. Nam cuz i hominis specie indiuiduum sit: ⁊ ipse rationalis appellat̄. Proprium autem de specie predicatur: cum dicitur species quod est homo risibilis: ⁊ cum dicitur cicero risibilis: quod est indiuiduum: monstratur proprium de indiuiduis predicari. Species vero de suis tantū solis indiuiduis predicatur. Interrogatur quid est cicero. Et homo respondetur. Accidens vero ante predicatur de indiuiduis: ⁊ postea de speciebus. Nam si quis dicat homo sedet quod est accidens separabile: cum quicunq; singuluz hominem idest indiuiduū sedere viderit: tūc id ⁊ de specie predicatur. vt dicat quoniam cicero sedet: cicero autem homo est: homo sedet: Eodem modo inseparabile de specieb⁹ ⁊ de indiuiduis predicatur. Expeditis ergo omnium communibus generis ⁊ differentie primum communiones differentiasq; declarat.

¶ De communibus generis ⁊ differentie.

Et primum dicit generi cuz differentia esse commune: quod ab vtrisq; species continentur. Nam genus quod est animal: continet speciem hominis atq; eq. Porro autem rationale quod est differentia continet hominem ⁊ deum. Et irrationale qđ est differentia: continet equum: ⁊ bouem: atq; auez. Sed ita continet. vt genus semper plures species cō tineat q̄z continet differentia. Namq; genus ⁊ ipsas differentias cōtinet. Genus enim idest animal rationale atq; irrationale continet: illas species que sūt sub rationali: etiam eas que sunt sub irrationali continet genus: idest aīal. At v̄o differentia. i. rationale irrationale non continet: sed rationale tantum hominem atq; deum. Plus igitur genus continet quā differentia. Est autem alia communio. Sed quid enī ad quodlibet genus ita predicatur: vt eius genus sit: ⁊ de illis speciebus que sunt sub illo genere ad quod predicatur: illud genus appellatur: ⁊ de indiuiduis q̄ sub illis speciebus sunt. Namq; animal genus est hominis ⁊ de animali predicatur: vt genus substantia. Genus enim substantia animalis est. Ergo illa substantia que ad hominis genus idest animal ita predicatur vt genus predicatur etiam ⁊ ad ipsum hominē Dicitur enim homo substantia. Predicatur item illud generis genus etiam de his que sunt sub specie indiuiduis. Dicitur enim cicero: quod est sub hominis specie indiuiduum substantia. Differentia eodez modo. Naz si qua differentia dicta fuerit de alia differentia: vt differentia intelligatur: predicabit̄ ⁊ ad speciē que sub illa differentia est ad quā p̄dicat̄: ⁊ de illis indiuiduis que sub eadē specie sunt. Naz rationi vti ad rationalē differentiam veluti cognata differētia predicatur. Rationabile autem predicatur ad hominem. Idem etiam ratione vti predicatur ad ciceronem: quod est indiuiduum sub illa specie: ad quam speciem illa differentia. idest rationalis predicatur: de qua predicabitur vt cognata illa differentia idest ratione vti. Igitur est ista generis differentieq; cōmunitas: quod ea que de genere speciei predicantur vt genus: ⁊ de sub eodem genere specie predicant̄: ⁊ de indiuiduis: ⁊ illa q̄ de differentia predicatur vt differentia: ⁊ de sub eadem differentia specie ⁊ de indiuiduis. Est autem alia communio: quod quemadmodum interempto genere species interimuntur: ⁊ sic interempta differentia species sub eadem differentia interimuntur. Nam si interierit animal: homo atq; equus continuo periturus est. Sin v̄o differentia idest rationale: dij atq; homines interibunt: ⁊ nihil eorum erit quod vti ratione possit.

¶ De proprijs generis ⁊ differentie.

Post demonstrationez igitur communionum proprietates eorum differentiasq; designat: ⁊ dicit differentiam primam eam: quia genus non solum a differentijs: sed etiam speciebus vel proprijs vel accidentib⁹ differat. Nā q; dicit genus multo de pluribus predicari: quam p̄dicatur differentia vel species vel accidens vel proprium. Namq; genus dicitur: idest animal de quadrupede: de bipede: reptili: idest de serpēte: vel natatili: idest de pisce. Quadrupes autem quod est a bipede differentia: de solis illis dicitur que quatuor pedes habent: idest equus vel bos. De ceteris autez alijs idest bipede vel reptili vel natatili: vnde genus equaliter predicatur appellari non potest. Plus autem genus a speciebus predicatur: quod cum hōs species sit ⁊ de solis indiuiduis predicetur: idem tamen homo de equo vel boue vl' cane non predicatur At v̄o animal quod est genus: de pluribus speciebus predicatur idest de homine: ⁊ de equo: ⁊ cane: ⁊ boue: ⁊ de omnibus que sunt sub ipsis posita indiuiduis. Genus autem a proprio predicationibus habūdat quod proprium vnius speciei semper est de ⁊ sub eisdem indiuiduis. Genus v̄o de multis speciebus ⁊ p̄prijs predicatur: ⁊ de sub eisdem indiuiduis. Ab accidentibus vero genus magis de plurimis predicat̄:

quod cum vnius cigni inseparabile fortasse accidens sit album: animal non solum de cigno predicatur sed etiam de albis omnibus ⁊ non albis animalibus. At vo accidens de solis tantum illis quibus inseparabiliter continetur: vel quibus separabiliter. Nam principaliter de indiuiduis dicitur. Quare constat multo de pluribus predicari genus quam accidentia predicantur: quod accidentia principaliter de indiuiduis. Genera vero de indiuiduis ⁊ de speciebus ⁊ de differentijs predicantur. Sed nunc illas differentias accipiamus quibus genus diuiditur: non quibus species informantur. Hoc autez est. Quoniam duas diximꝰ differentiarum formas: vt alie sint diuisibiles: alie cōstitutiue. Constitutiuas illas diximus: que sub codez filo posite ⁊ sub alterius generibꝰ descēdentes speciē quandam reformant atq; efficiunt: vt est rationale vel mortale que hominis speciem constituunt. Alias vero diuisibiles; que genus diuidunt non speciem informant: idest rationale ⁊ irrationale: mortale ⁊ immortale. Nunc de illis differentijs iste tractatus habetur: que genus diuidunt: non que speciem constituunt. Nam ille que genus diuidunt: in differentiarum integro loco accipiuntur. Namq; rationale mortalis genus est. Porro mortale hominis genus est: ⁊ iste constituunt speciem. At vero rationale irrationalia species nō est: neq; genus. Nec mortale immortalis neq; genus neq; species ē. Atq; ideo quoniam propriaz vim differentiarum ista retinent: que neq; genera neq; species sibi inuicez esse possunt. Ipsas nūc differentias accipiamus: i quibus nulla quantuz ad genus est speciemq; communitas. Est autem generis differentia. Namq; genus a proprijs differentijs prius est. Nāq; si abstuleris genus: omnes simul differentias abstulisti. Naz si abstuleris animal: rationale atq; irrationale non remanent. Porro autem si rationale abstuleris: remanet animal. Sed si vtrasq; intermeris differentias. i. rationale vel irrationale. potest tamen quoddaz intelligi: quod sit substantia animata sensibilis. i. animal. Ita genus sublatuz omnes secum auferet differentias. Sublate differentie genus secum non interimunt. quod intelligentia genꝰ remanet idest quoniaz potest animal intelligi preter differentias substantiam animatam atq; sensibilem vt eius tantū diffinitionez animo capias ⁊ esse dicas Que autem talia sunt: vt ipsa interempta interimant: non simul alijs interemptis ipsa interimantur priora sunt illis que possunt interimere. Est etiam alia differentia: quod genus semper in eo quod quid sit predicatur: vt dictum est: differentia vero in eo quod quale sit. Sed hoc frequentius inculcatum est: atq; ideo id a nobis pretermittendum est. Est autē alia differentia: quod ad omnem speciem vnum semper genus aptatur. Homo enim vnum tantum genus habet; vt animal appelletur. In vnaz autem speciem plurime differentie poterunt commodari. Nā q; homo ⁊ rationale est: que differentia est: ⁊ mortale: que eadem differentia est: ⁊ sensibile quibus scilicet omnibus ab alijs differt. Differt enim his omnibus quod sensibilis est ab insensibilibus: quod rationalis: ab irrationabilibus: quod mortalis ab immortalibus. Est etiam alia differentia que superius dicta est. Nam genus speciei ita est ut materies: differentia vo vt figura. Nā sicut in eris materiem veniēs figura statuam efficit: ita animali idest generi veniēs differentia idest rationale vel irrationale facit hominis vel pecudis speciem. Hec autem communitates vel proprietates generis fuerunt: hactenꝰ dixit ⁊ fortasse erunt etiam alie; que propter breuitatem supersedende atq; omittende sunt.

¶ De communibus generis ⁊ speciei.

Nunc autem de generis vel speciei cōmunitatibus proprietatibusq; tractatur: ⁊ dicit genus ⁊ species commune habere de pluribus predicari: sicut dictum est. Nam genus ⁊ de speciebus pluribus predicatur ⁊ earum indiuiduis. Et item species de sub se plurimis indiuiduis appellatur: ⁊ hic quoq; ille species accipiuntur: que genera non sunt. Nam si subalterne accipiuntur: non magis species quam genera videbuntur. Nam q̄ subalterne species sunt: etiam genera sunt: ⁊ erit absurdum ⁊ huic propositioni inconueniens de generum inter se differentijs communibusq; tractare. Accipiuntur igitur ille tantuz species que vere species ⁊ magis species appellantur. Est ēt alia eorum communio: quod sicut genus a specie primum est: sic species ab indiuiduis prime sunt. Nam si genus auferas: species abstulisti. Si species abstuleris: genera non peribunt. Porro si species abstuleris: indiuidua mouentur Si indiuidua interierunt: species manent. Est etiam his alia communio: quod quemadmodum genus quid sit tantum declarat: sic etiam species. Nam totum quod est rationale atq; irrationale: a genere declaratuz est. Dicitur enīz quicquid fuerit ratiōale vel irrationale: id esse animal. sic igitur totum quid sit a genere declaratum. Porro autem quid sit tota hominum diuersitas idest indiuiduorum: a sola specie declaratur: cum dicitur homo. Nam ⁊ scyta ⁊ indus ⁊ totū quicquid i indiuiduis est: vno solo hominis idest specie nomine continetur

¶ De proprijs generis ⁊ speciei.

Dissei tis igitur generis speciciq; communionibus ad proprietates eorum vel differentias transitum fecit dicens: differre inter se genus ⁊ species quod genera species continent nunquaz rursus genera ab speciebus proprijs continentur. Oportet autem (vt dictum est) in hoc tractatu non subalternas sed magis species considerari. Genus enim plurimarum specierum ē continens: ⁊ vnum omnium: ⁊ totum omnibus ⁊ singulis Quod si ita est: ⁊ genus a suis speciebus singulis maius est atq; ideo eas dicitur continere non est dubium quin ea ipsa genera que continēt species: ab his ipsis contineri non possint. Insuper omnia genera preiacent: hoc videtur dicere: quod omnia genera prius sint ab his speciebus: que sub ipsis posite continentur. Nam sicuti materies prima est ab illa re: que veniens in materiam formam constituerit atq; figurauerit: sic etiam prius est genus ab illa specie: quam veniens differentia formabit atq; cōstituet. Nisi enī in generibus differentia venerit: species nunq̄ constituētur. Quare preiacent idest presūt: ⁊ āti(q)ora sunt genera specieбꝰ suis. Atq; ideo si genera interimantur: species quoq; peribunt Nam si animal sustuleris: hominem pecudemq; sustulisti. Si vero species interimantur: non continuo genus interibit. Nā si homo interierit: animal continuo non interemptū est: alia enim remanebit species: de qua ipsū animal idest genus predicetur. Atq; ideo genera ab speciebꝰ suis priora dicuntur: ⁊ quod omnia genera vniuoce de speciebus predicentur: spēs ipse de generibus

nunq̄z

nunq̄. Hoc (ut arbitror) in hesterna lucubratione iam dictum est. Nam genera semper de speciebus vniuoce predicantur. Homo enim ⁊ homo est ⁊ animal. Porro autem animal genus est hominis: ⁊ predicatur animal de homine. Quoniam ergo animal de homine predicatur: ⁊ dicitur homo animal: ⁊ animal ⁊ homo: vno animalis nomine nuncupātur. Sz his ipsis diffinitio vna conuenit. Est enim animal substantia animata sensibilis: quod non absurdum est in homine dici. Nam si homo animal dicatur: non erit absurdum dici de homine substantia animata sensibilis. Igitur genus de speciebus suis vniuoce predicatur: quod eodez nomine: ⁊ eadez diffinitio ne conuenit. At vero species non modo vniuoce nō predicantur de generibus suis: sed nec omnino predicantur. Nulla enim res minor de maiore poterit predicari. Atq̄z ideo qm̄ species minores sunt suis gn̄ibus, neq̄z vniuoce neq̄z aliquo mō poterūt appellari.

Amplius omnia genera abundant complexione sub se positarum specierum: ipse species abundant generum suorum proprijs differentijs.

Quod dicit perinde est: ac si diceret. Omne quod genus est: plures sub se species continet: multas sub se species habet. Omnis quidez species plures in se differentias habet: Genus enim idest animal in hoc homine specie superabundat ⁊ superest: quod homo solum homo est. Animal v̄o non solum homo. sed etiaz bos vel auis vel alia huiusmodi. Species vero in eo superant genera sua: quod eas differentias quas species in actu habent: eas genera non habent. Nam sicut superius dictum est: genera differentias illas q̄s habent sub se species posite; potestate continent. Nō etiaz re. Atq̄z ideo species que est homo: vel alia species: sicut est equ⁹: a genere suo animali in hoc habundant ⁊ supersunt: quod animal ipsum pro se neq̄z rationale: neq̄z irrationale est. At vero homo vel equ⁹ hoc rationale. Illud v̄o rationis expers. Illud etiam quod species nunq̄z magis genus fiet: rursus ⁊ genus nunq̄z magis species fit: ⁊ vt sciremus hic non de subalternis speciebus; sed de illis magis speciebus specialissimisq̄z tractari. Quid ait. Quod ea que sunt genera magis species fieri nunq̄z possunt neq̄z magis species aliquando fieri magis genus. Nam species nunq̄z genus est. Quicquid enim fuerit species genus non erit: neq̄z quicquid fuerit gen⁹ species erit. Quare constat in his cū tractatibus de speciebus solis. non etiam de subalternis differere: Subalterne enim possunt esse etiaz ⁊ genera. Magis species vero (vt ipse ait) nunq̄z genera esse possūt. Sed postq̄z de generum specierumq̄z cōmunitatibus differentijsq̄z tractatus est habitus: ad genera propria q̄z transgressas est sermo.

De communibus generis ⁊ proprij.

Generis ⁊ proprij commune hoc est adherere speciebus ⁊ amplectari.

Dicit genera ⁊ propria in hoc sibi esse consimilia: quod omne genus a suis speciebus nunq̄z recedit. Eodem modo ⁊ propria. Nam si dixeris homo: cum ipso homine continuo animal nominasti. quod ipsius hominis: idest speciei genus est At vero etiam si hominem dixeris: eius etiam proprium continuo cum homine nominasti. Omnis enim homo risibilis est. Ita semper genus ⁊ propria suis speciebus inserta ⁊ quodammodo conglutinata sunt. Similiter ⁊ genus predicatur de speciebus: ⁊ proprium de his que sui participantia sunt: ⁊ equaliter inquit omnes species eidem generi supponūtur: ⁊ ad eas genus illud appellatur. Sic propria ad ea predicantur: que sui participari possunt. Namq̄z equaliter genus de homine dicitur: ⁊ equo: ⁊ boue: ⁊ ceteris animantibus: quemadmodum ⁊ risibile .i. proprium de hortensio dicitur: ⁊ cicerone: ⁊ de singulis indiuiduis que sub eadem specie continentur: ad quam speciem proprium .i. risibile poterit predicari. Namq̄z genus de suis speciebus (vt dictum est) vniuoce predicatur: Ita ⁊ proprium de ea specie cuius est propriuz vniuoce predicatur. Nāq̄z ⁊ homo ē et risibile. Porro autem si quis dicat hominem esse animal rationale ⁊ mortale: ⁊ dixerit risibile esse animal rationale ⁊ mortale: non errabit. Equaliter igitur ⁊ genus de speciebus suis: ⁊ propria de ea specie cuius sunt propria vniuoce predicantur.

De proprijs generis ⁊ proprij.

Differt autem vtrumq̄z quod genus primū ⁊ secundum est proprium. Genus enim si ab specie primum est: proprium autem vni tantuz speciei adheret: ⁊ eidem equale est: non est dubiuz quin genus quod specie maius sit: in proprio etiam speciei maius sit. Namq̄z vt sit risibile: animal prius est. Namq̄z vt aliqua species informetur proprijs ⁊ differentijs primo erit genus: vbi illa conueniant: sicut frequentius inculcatum est: Accedit etiam quod genus de pluribus speciebus predicatur. Namq̄z genus idest animal de pluribus: at v̄o proprium .i. risibile de sola tantum hominis specie predicatur. Unde fit: vt semper propria de speciebus suis conuersiz predicari possint: species autem de genere nūq̄z. Neq̄z enim quod animal est: homo est; neq̄z omne quod animal est: risibile est. Potest enim esse ⁊ equus ⁊ hinnibile id quod animal nominatur. Porro autem omne quod est homo: id risibile est: ⁊ omne quod risibile ē: id homo est. Possūt antez propria ⁊ species sibiipsa conuerti; ⁊ conuersim ad se inuicez p̄dicari: Preterea omni speciei quicquid fuerit proprium: ⁊ omni ⁊ soli est. Namq̄z risibile ⁊ omnibus hominibus est: ⁊ solius hominis speciei euenit. At vero animal quod genus est. ⁊ si vni speciei inest: non tamen soli. Namq̄z animal omni homini inest: si soli tamen homini: quia inest etiam pecudi: ⁊ ceteris animantibus. Oportet autem hic illa propria intelligere: que magis propria sūt: idest que itegre propria nominantur: que sunt huiusmodi: vt ⁊ vni speciei ⁊ omnibus insunt. Differunt ergo in hoc quoq̄z genera ⁊ propria: quod propria ⁊ vni speciei ⁊ omnibus indiuiduis in eadem specie sunt. Genera vero omnib⁹ quidem indiuiduis in eadem specie sunt sub eodez genere. Non tamen vni soli speciei; quoniam genus semper de pluribus predicatur. Unde fit: vt sublata propria non auferant genus. Sublatis vero generibus ipsa quoq̄z propria auferantur. Nam si sustuleris risibile proprium: remāet hinnibile: remanet natatile Si vero genus sustuleris: simul quoq̄z species sustulisti. Si species sustuleris: propria etiam que sunt speciebus simul iteribunt. Itaq̄z si sublatis generib⁹ propria sustuleris: sublatis proprijs: sit gn̄a nō auferūt.

De cōmunibus generis ⁊ accidentis

Peractis igitur generum propriorumq̄z differentijs: ad generum accidentiumq̄z cōmunitates vel proprietates transitum fe-

cit: ⁊ vnam eorum predicat communitatem que est: quod de pluribus predicantur. Namq; sicut genus de pluribus speciebus predicatur. ita etiam accidens separabile vel inseparabile de pluribus speciebus ꝑdicatur. Dicitur enim ⁊ de coruo ⁊ de homine ethiope nigrum: ⁊ de equo ⁊ homine moueri: quod illud inseparabile accidens: illud vero separabile: Et quoniã longius a se distant: idcirco vnam eorum solam communionẽ dixit: ⁊ alias si q̃ forte eẽnt q̃rere supsedit.

Quid inter genus ⁊ accidens sit.

Differt autem genus ab accidenti: quod genus ante species est. Accidentia vero speciebus inferiora sunt.

Semper genera super species: ⁊ his ꝑre iacere ⁊ esse maiora superius demonstratum est. Nã q; prius est animal ab homine: atq; ideo consumptũ animal: species quoq; consumit. Consumpte species non interimunt genera. At vero accidens postea necesse est ut sit: q̃z sunt ipse species: Erit enim prius aliquid: cui possit accidere. Omne enim accidens preter illud cui accidit esse non potest. Atq; iõ prius erit aliqua res vbi accidat: quam est ipsum accidens. Necesse est igitur ut omne accidẽs post spẽs inueniatur: ⁊ magis post indiuidua q̃bus principaliter possit accidere. Hinc accedit qđ generis participãtia equaliter participant: sicut oẽ genus spẽbus suis equaliter genus est: ut sepius dictum est: ⁊ spẽs omnes equaliter suo generi participant. Nãq; equus ⁊ hõ equaliter animalia sunt: neq; equus homine plus: neq; homo plus equo. At vero accidẽtia nõ equaliter participant. Nam cũ seperabile accidens sit moueri: possunt alie inter se spẽs eidem accidenti eodez mõ. Est enim vt aliquis nigrioribus oculis sit: ⁊ alius quãuis nigris tñ purpureis: atq; ideo ⁊ intentionem ⁊ remissionem recipit accidens. Nam ⁊ candidus qđ dicitur: ⁊ magis ⁊ minus dicitur ⁊ alia huiusmodi. Quare distãt hec duo: qđ genere q̃ participant: equaliter participãt: accidentia fortasse non equaliter. Hinc accidit quod genera non mõ ante indiuidua: sed ante species sunt Accidentia vero non modo post species: sed etiam post indiuidua sunt. Ipsis enĩz principaliter accidunt: vt dictum est. Est etiaz differentia: que iaz superius dicta est. nam genus in eo quod quid sit predicatur. Accidẽs vero in eo quod quale sit: aut quomodo se habeat nã si qđ sit socrates interroges: hõ atq; aĩal respõdetur. si vero qualis sit: fortasse caluus: aut simus: q̃ accidẽtia sunt iseparabilia. Sin vero quomodo se habeat: aut iacet respondetur: aut sedet aut quid aliud faciẽs contigerit. Ergo quoniam ad speciem generis ⁊ differentiam ad proprium ⁊ accidens diuisa substantia est. Nunc vero posteriora persequitur. Sunt autem omnes differentie viginti. Nam cum quinq; res sint: ⁊ vnaqueq; ipsarum ab aliis quattuor distet: ⁊ item quattuor differentias habeat: quinquies quaterni viginti differentie efficiuntur: nam si genus differt ab specie: proprio: differentia: accidenti: quatuor differẽtie sunt. Sin vero species differt a genere: proprio: differentia: accidenti: item alie quatuor. Que iuncte cu superioribus. viii. sunt. Et si differentia distat ab specie: proprio: genere: accidenti: alie quatuor superexcreuerint. Que iuncte cum. viii. prioribus. xii. faciunt. At vero si proprium differt a genere: specie: differentia: ⁊ accidenti: aliis quattuor differentijs sup duodecim positis: omnes. xvi. differentie sunt. Quod si accidentis quoq; differentias ad quatuor reliqua dixeris: quatuor super. xvi crescentibus. xx. omnes differentie perficiuntur. Quarum ita. xx. sunt vt ad sufficientem doctrine cumulum. x. tantum differentie numerentur. nam quod dictum est genus differre a differentia specie: proprio: ⁊ accidenti: quatuor fuere differẽtie. Si autem differẽtiã dicamus differentia: specie: proprio: ⁊ accidenti: superuacuum est differentie cum genere differentiam cõmemorare: cũ iam prius cõmemorauerimus quando generis ad differentiam differentiã dixim⁹ hisdẽ enĩ (vt opinor) differt differentia a genere: quibus differebat genus a differentia. Ita relinquenda est hec differentia: qua distat. differentia a genere: quoniam superius iam dicta est cũ diceretur quod genus distaret a differentia. Remanent igitur tres differentie: quibus ipsa differentia ab specie: proprio: accidenti distat: ⁊ cum superiores generis ad alia quatuor differentie fuerint: nunc vero differentie ad alia: tres distantie videãtur: septez he distantie sunt. At vero species quid a genere distet iam tunc dictum est: cum dicebatur quod genus distet a specie. Quid autez differentia discreparet: tũc demonstratum est: cuz diceremus in quo differentia a specie discerneretur. Remanent igitur due differẽtie speciei. i. a proprio ⁊ accidenti differentie: que iuncte cuz superioribus. vii. viii. differentias efficiunt. Restat igitur vna proprii ⁊ accidentis differentia: q̃ dicatur. nam quid a genere distet dictum est: cum qđ gen⁹ distaret a proprio diceretur. Porro quid a specie distaret dudum dicebatur: cum quid species a ꝓprio differret enumerabatur. Porro autem quid a differentia: etiã id dictũ est: cum a ꝓprio differentia separaretur. Sed nunc queãdmodũ, differentia a specie: proprio accidentiq; discernatur: videamus.

De communibus differentie ⁊ speciei.

Est cõmunio differentie ⁊ speciei quod eq̃liter species sub se indiuidua esse permittit ⁊ eq̃liter indiuidua speciei ipsa participãt namq; oẽs homines equaliter homines sũt ⁊ hominis participatione eque participãt eodẽ modo ẽt differentia. nãq; oẽs homines eq̃liter rationales sunt: ⁊ rationabilitatem que est differentia: omnes qui ratione participant eque participant. Est etiã alia cõmunitas: qđ quemadmodũ species nũq̃ deserit ea quorum species est ⁊ quibus superest: sic ⁊ differentia nũq̃z ea deserit que distare ab alijs facit. namq; socrates quoniaz sub specie hominis est nunq̃z ab hominis specie deseritur. Semper enim socrates homo est. At vero differentia socratem: quoniam socrates rationalis est. nunq̃z deserit. Semper enim socrates rationale animal est.

De proprijs differentie ⁊ speciei.

Differũt aũt inter se species ⁊ differentia: qđ differẽtia semꝑ in eo qđ quale sit predicatur. Nã q̃le aĩal sit: vt rationale respondeatur. Naz dicitur quid sit socrates: vt homo respõdeatur. Namq; hominis qualitas rationale est: s; nõ simpliciter. Illa enĩ qualitas pro differentia accipit̃: que veniens in genere speciem constituit: ⁊ de q̃litate substantiali facta est substantialis ⁊ specifica differentia. Ista igit̃ talis q̃litas differẽtia nominat̃: ⁊ ea in eo quod quale sit ad hominẽ predicatur. hoc ẽt ẽ in eoꝝ differentijs. Namq; differentia in plurib⁹ speciebus cõsideratur. Differentia eniz quadrupes ĩ hominis: ⁊ in equi: ⁊ ĩ canis specie est. ⁊ differẽtia rationalis hoĩs

lis hominis ⁊ dei: Species vero nunq̃ alijs nisi solis sub se positis indiuiduis preest. Nunq̃ .n. alia res homo est: nisi quod est indiuiduũ: vt socrates: ⁊ plato: ⁊ cicero. Unde fit vt sublata differẽtia: species quoq̃ tollatur. Nam si sustuleris rationale: hominem sustuleris. Sin vero sustuleris spẽz: differẽtia manet. Nã si sustuleris hominẽ rationalis dei differentia remanebit. Est vero etiã hec differẽtia q̃d differẽtia cũ alia differentia iungi potest: vt aliqua ex his species informet. Nãq̃ rationalis differentia ⁊ mortalis differẽtia hoĩs iuncte vnius spẽz redidcrũt. Iũcte vero spẽs nunq̃ aliquã ex se spẽm constituent. Si enim iungas hominẽ boui: nulla ex his spẽs informabit. Sed fortasse dicat aliquis asini atq̃ equi cõiunctiõe mul⁹ nascit. sed non ita est. Nãq̃ i(n)diuidui coniunctiõe natũ ẽ aliqd indiuiduũ. Si aũt sic simpliciter spẽm ipsã asini atq̃ equi coniungas: nulla ex his vnq̃ species constituit. Neq̃ .n. sic se possunt indiuidua cõmiscere: idcirco ẽt spẽs indiuiduoꝝ in alterutrã substãtiã transeunt: atq̃ ideo constat iunctas species vnã spẽm nõ posse cõponere cũ differentie iuncte vni⁹ speciei constitutiue sint: hisq̃ transactis ad differentie ⁊ ꝓprij communia veniamus.

De cõib⁹ differentie ⁊ proprij.

Differentia ⁊ propriũ cõmune habent: q̃d quibus differentia est ⁊ a quibus ipsa differẽtia participatur: equaliter participat. nam rationalis differẽtia quoniã inest hominibus: ⁊ omnes homines rõnabili differentia participant: non est dubiũ q̃ omnes homines equaliter sint rationales: atq̃ eq̃liter ratiõabilitate participẽt. At vero ꝓpriũ quod risibile ẽ eq̃liter omnib⁹ hominib⁹ est. omnes enim homines equaliter risibiles sunt. Est etiam hec eoꝝ cõmunitas: quod sicut potestate risibile dicitur etiã si non rideat: ita etiam potestate bipes dicitur: etiam si quis vno pede minuatur: nõ .n. q̃d ẽ dicit: sed quod esse possit. nam quoniã ille ridere põt risibilis nominat: quod ille duos pedes habere possit bipes. Atq̃ ideo nunq̃ ab illis in quibus fuerint: ꝓpriũ differentiaq̃ discedũt. Semper enim homo risibilis est etiã si nõ rideat. Semꝑ bipes: etiã si vno pede minuatur. In his enim differẽtijs ⁊ ꝓprijs (vt dictũ ẽ) q̃d potestate eẽ possit: nõ q̃d vere sit cõsiderat.

De proprijs eorundez.

Differunt aũt iter se quod differẽtia de pluribus speciebus predicatur: propriũ vero de vna. Nãq̃ differẽtia que est mortalis predicat de hoĩe: ⁊ de boue: ⁊ equo ⁊ ceteris animãtib⁹. ⁊ rationale ꝑdicat ⁊ de deo: ⁊ de hoĩe. At vero risibile de sola tãtũ spẽ hoĩs ꝑdicat. Unde euenit: vt oĩs differẽtia q̃ñ plurimarũ continẽs est specierum: a suis speciebus maior sit. Atq̃ ideo ipsa de speciebus predicari potest. Porro autem de ipsa species predicari nõ possunt: neq̃ conuersiz dici potest. Nam quoniam homo dicitur rationalis non contradicitur q̃d rõnale est: id hõ est. Põt enim esse etiam non homo sed deus. At vero propriũ: quoniam equaliter ⁊ ad vnam speciẽ semꝑ aptat: equa vice atq̃ appellatione conuertitur. Quibus pertractatis ad differentiam ⁊ accñs trãsgressa disputatio est.

De cõmunibus differentie ⁊ accidentis

Differentia ⁊ accidens cõe habent de pluribus predicari. Nãq̃ differẽtia dĩ ⁊ de homine ⁊ de deo: quoniã vtriq̃ rõales sunt. Et accidens dĩ de hoĩe ⁊ de equo: vt homo ethiops niger: ⁊ equus niger. Est etiã alia communio quod inseparabile accidẽs cuicũq̃ spẽi fuerit inseparabiliter ⁊ omnibus inest vt differentia. Nam q̃s inseparabile est accidens quod est nigrum: coruo inseparabiliter accidit: ⁊ omnibus coruis. Eodem modo ẽt differentia. Nã q̃ñ accidit homini vt bipes sit semper ⁊ omnibus hominibus est esse bipes.

De proprijs eorundem.

Differunt autẽ inter se: quod omnis differẽtia species cõtinet. Non contra ipsa a speciebus cõtinet. Nã si differentia plures sub se spẽs h3: vt dictũ ẽ: maior erit sub se positis speciebus. Si maior erit: nunq̃ eã quelibet spẽs cõtinet. Maior enim a minori nunq̃ cõtinetur. Nam quod est rationale: continet hominẽ ⁊ deum. Homo vero rationale nõ cõtinet. Accidẽtia vero aliquotiẽs cõtinẽt: aliquotiẽs continentur. Nãq̃ cõtinent quoniã frequẽter vnũ accidẽs duas sub se spẽs h3: vt nigru h3 ethiopẽ: habet coruũ. Cõtinẽt vero quoniã species vna habet duo vel tria vel q̃ libet plurima accidẽtia. Si quis enĩ glaucus vel crispus vel candidus vel procerus: hec omnia accidẽtia ille vnus cui accesserunt complectitur ⁊ cõtinet. Atq̃ ideo spẽs illa que illud indiuiduũ continet: q̃d indiuiduũ plura in se accidentia suscepit: accidentis illius complexiuum est. Dehinc differentia nunq̃ intendit: neq̃ relaxat. Q̃d dicit hoc est rationale in vnaquaq̃ specie: neq̃ pl⁹ neq̃ minus est. Nullus enim hõ: alio hoĩe ad substãtiã plus rationalis est neq̃ minus. At vero accidens ⁊ intẽditur ⁊ relaxatur. Dĩ enĩ quicũq̃ procerior: dicit quicũq̃ velocior: dicit quicũq̃ crispior: que oĩa accidentia eẽ non dubiũ est. Preterea inmixte semper sũt cõtrarie differentie. Inmixte aũt .i. inmiscibiles. que misceri non possunt. Neq̃ enim rationale cũ irrationali misceri potest: neq̃ in vna specie cõuenire. At vero cõtrarijs accidẽtia manifestũ est in vna specie posse cõgruere. Potest .n. q̃cũq̃ homo cũ ipse sit candid⁹: nigros tñ capillos habere. Ergo quemadmodum species differat a genere vel differentia: dictum est: cũ de generis ad speciem; vel differentie ad speciem distantia diceremus.

De cõmunibus speciei ⁊ proprij.

Nunc dicemus id quod reliquũ est de spẽi ꝓprijq̃ cõmũib⁹. Et ẽ vna eoꝝ cõio: q̃d de se ipsa inuicẽ predicaut. Nam q̃ñ cũ sibi sunt: neq̃ spẽs hoĩs alij proprio cõueniunt nisi risibili: neq̃ risibile alij cõuenit speciei nisi homini: atq̃ ideo dicit quid ẽ homo: quod risibile. Quid risibile. Quod homo. Cõmune est etiam illud: q̃d oẽ propriũ equaliter ad sub se posita predicat. Nãq̃ oẽs homines equaliter risibiles sunt: ⁊ spẽs equaliter ad sub se posita predicatur. Nãq̃ oẽs homĩes indiuidui equaliter vno nomine homines nuncupantur.

De proprijs eorundem

Differunt a se: q̃ñ spẽs potest etiã genus alteri esse ꝓpriũ esse non potest. Sed hic illã spẽz itelligam⁹: que subalterna est: non illã que magis spẽs ẽ: ⁊ gen⁹ eẽ nunq̃ põt. Atq̃ iõ nos illã mõ solã: que subalterna species est intelligam⁹: que .s. poterit eẽ ⁊ gen⁹. Nãq̃ mortale rõnalis generis species est: hominis genus est. At vero risibile de nulla vnq̃ specie alia poterit ꝑdicari: neq̃ alij esse propriũ: sicut est hominis: Illa enim semper (vt dictum est) propria sunt que nulli alij nisi ad vnã speciem semper aptantur: Deinde species prece-

dit: ⁊ sic proprium sequitur. Quod dicit tale ē omnis spēs vt habeat propriū: primo eā esse ⁊ cōstare necesse est. Oportet enim prius hominem esse vt sit risibilis: non prius esse risibile vt sit homo. Nā quoniaꝫ ꝓprium dicit̄: per se propriū non cōstat: nisi alicui⁹ speciei sit. Atqꝫ iō pri⁹ eē necesse ē illō cui⁹ ē ꝓpriū quā sit ꝓpriū. Huc accedit qđ spēs semꝑ in opere itelligitur cuiuscūqꝫ subiecti. Spēs. n. semꝑ in actu ē: non soluꝫ ꝓpria ptāte. Hō. n. reuera ⁊ ope ⁊ actu hō est. i. nūqꝫ poterit esse non homo. At vero risibile quod ē ꝓpriū potestate tantū dicitur: etiā si actu non sit. Potest enim quilibet ille non ridere: tamen quia ridere potest: risibile nominatur. Distant igitur ī hoc quod semper spēs in actu est ⁊ in opere: proprium vero aliquotiens potestate: deinde quorum diffinitiones diuerse sunt: necessario etiam ipsa quoqꝫ diuersa sunt. Oīs diffinitio substantiam diffinit. Ergo si qua eiusdem substantie fuerit: eadē ēt diffinitione monstrātur. Si qua eiusdē diffinitionis fuerint: eadem sūa ꝑdicant̄. At vero si qua diffinitionibus differant: differunt etiam substantijs. Que substantijs differunt longe a seipsis alia sunt. Nunc igitur quoniam diffinitiones proprij ⁊ speciei differunt: species ipsa quoqꝫ ⁊ ꝓpriū a se differunt. Est autēꝫ speciei diffinitio sub genere esse ⁊ ad plurima numero differētia in eo qđ quid sit predicari. At vero ꝓprij vni tantū inesse speciei ⁊ sub ipsa de omnibus indiuiduis predicari. Sed quoniā ⁊ diffinitiōes differūt: ipsa quoqꝫ spēs a proprio distabit.

De cōiunib⁹ speciei ⁊ accidentis.

Post hec ad cōmunitatis speciei ⁊ accidentis disputatiōeꝫ transtulit: ⁊ dicit eoꝝ raras alias esse cōmūitates: nisi has solas qđ de plurib⁹ ꝑdicant̄. Longe enī a se distare videt̄: ī substātia sui ⁊ in ptāte patiēdi atqꝫ faciēdi id qđ alicui rei accidit: ⁊ id cui accidit. Nāqꝫ illud cui accidit: ꝙsi quoddā accidētis fūdamētū ē. Illō vō qđ accidit ꝑter id cui accidit: eē ī sui sūa non potest.

De proprijs eorum.

Propria vō singuloꝝ sūt hec: qđ spēs ī eo qđ qđ sit ꝑdicat̄: accñs vō ī eo qđ q̄le sit ⁊ quodāmō se hñs. Nā si qs dicat: qđ socrates ē: hō dr̄. Si quis dicat q̄lis sit: caluus vel simus appellat̄. Si qs vō quō se hñs: sedēs aut iacens appellabitur. Item in hoc differunt quod vnaqꝫqꝫ substantia vnam speciem habet. Namqꝫ hominis substantia vnam solam hominis specieꝫ habet. Substantia vō equi vnam solus equi speciem habet. At vero vna substantia plura frequenter accidentia continebit. Nam ⁊ in eodem equo quedam pars frequenter nigra quedam alba est. Et est in eo procēritas: est altitudo. est aquinū caput: ⁊ alia huiusmodi. Habet etiā nō solum inseparabile accidens eadem substātia sed etiam separabile. Nam fortasse quidam velox est ⁊ idem etiam corpore validus est. idem etiāꝫ sagitator ⁊ cetera. Huic accedit quod species prenoscuntur. i. ꝑ ītelligūt̄: hoc ē añ eē ꝑnoscūt̄ qꝫ accñtia. Et pri⁹ erit aliq̄ res vbi accidat: qꝫ illa q̄ accidit. Iōqꝫ añ spēs ītelligitur esse quā accñs. Accñā vero postea sunt a foris venientia ⁊ extranea: a qualibet illa substantia etiam si inseparabilia sunt. Hec quoqꝫ est eorum separatio: quod semper omnia que participant specie: equaliter participant. Equaliter enim ⁊ socrates ⁊ cicero ⁊ plato homines sunt. At vero illa que participant accidēti: etiam si inseparabile accidens sit: tamen non equaliter participant. Nam quāuis iseparabile sit accidēs ethiopes nigros eē: tñ ē aliqs inter ipsos nigrior: nec omnes illa nigredine equaliter participant.

De cōiunibus ꝓprij ⁊ accidentis.

Relinquit̄ igitur de cōmunibus ꝓprij accñtisqꝫ tractare. Nā ꝓpriū quid distaret vel a specie vel a genere vel a differentia: superi⁹ demōstratū ē. Propriū aūt ⁊ iseparabile accñs cōe hñt: quod sine his nūqꝫ cōsistunt: ea que eoꝝ participāt: ⁊ in qb⁹ ipsa cōsiderāt̄. Nā neqꝫ hō amittit risibile eē: nec ethiops: aut coruus nigrus. Atqꝫ iō sine his ipsis. i. ꝓprijs ⁊ accidentibus: que eorū ꝑticipant: cōstare nō possunt. Ne forte cōtra superiorē diffinitionē accñtis venire videatur ista cōmunio. Est enim ita diffinitū. Accñs ē qđ isert̄ ⁊ aufert̄ sine eius in quo ē iteritu. Quod nunc dici videt̄ sine his constare non posse: cū superius sine eoꝝ interitu posse diceretur auferri. Sed hoc modo dicitur: non quod si auferatur hoc accidens inseparabile: ītereat illud cui accidit: sed quoniam separari non potest: iccirco sine his constare non possit. Est etiam inseparabilis accidentis: ⁊ proprij alia communio: quod sicut ⁊ omni ⁊ semper inest proprium: cui inest idest hominum (semper enim ⁊ omnis homo risibilis est) Sic etiam quodlibet accidens inseparabile. ⁊ semper ⁊ oī est accidens inseparabile. Nāqꝫ ⁊ omnis coruus: ⁊ semper niger ē. Sola autem inseparabilibus accidentib⁹ illa cōio est: quod quemadmodum de multis indiuiduis proprium predicatur: ita etiam accidēs de multis indiuiduis potest predicari. Plures etiam currūt plures etiā ambulant: que. s. accidētia separabilia sūt quemadmodum plures possunt esse risibiles.

De Proprijs eorum.

Differunt aūt ista: quod ꝓpriū semper vni speciei inest: accidens vō ⁊ pluribus. Nam accñs pluribus speciebus ⁊ animatis ⁊ inanimatis euenit: vt est ebeno nigrū: coruo nigrum: homini ethiopi nigrum. Risibile vō nulli: nisi soli homini. Atqꝫ ideo conuersim propriū ꝑdicatur quia vnius speciei continens est: ⁊ illi spēi soli equalis est. At vō accidēs cōuersim predicari non potest: qꝫ plures sub se spēs habet. Nō enī pōt dicere id esse nigꝝ qđ ebenū: cuꝫ dicas hoc eē ebenū qđ nigrū. Potest enī eē nigꝝ ⁊ nō eē ebenū. Deinde oē ꝓpriū equaliter se his reb⁹ que sub se fuerit dat ⁊ ab his equalr̄ participat̄. Socrates enī ⁊ cicero ⁊ virgilius equalr̄ ⁊ risibili participant: ⁊ equaliter risibiles sunt. At vō accidens non semper equaliter est accidens. Potest enim quicūqꝫ esse procerior: ⁊ alius esse velocior. Qđ scilicet illud separabile est accidens: illud inseparabile. Et fortasse alie eoꝝ quedā proprietates vel cōmuniones esse videantur. Sed nunc quātū introductiōi sat est: ista sufficiant. Sed iam tibi mi fabi oīa quecūqꝫ ad introductionē porphyrij pertinēt: pleni⁹ vberiusqꝫ tractata sunt. Post vero siquid vnqꝫ me egueris: studijs presertim tuis: que nulla vnqꝫ honestate caruerunt: liberis animo hortatoriqꝫ ad easdē cupiditates parebo. Hic fabi⁹. Tu inquit paterno hec mihi animo pelliceris. verum ego nunqꝫ deficiā ab hijs studijs te presertim docente: a quo totam fortasse logice aristotelis. si vita suppetit capiam disciplinam. Et ego faciā inquā libentissime. Sed quoniam iā matutinus (vt ait petronius) sol tectis arrisit: surgamus ⁊ siqđ ē: illō diligētiore postea cōsideratiōe tractabit̄.

Finis.

¶ Anicij Manilij Severini Boetij viri clarissimi traductio Isagogarū Porphyrij Phenicis. & i traductionem commentarium.

Secundus hic arrepte expositionis labor nostre seriem translationis expediet: in qua quidem vereor ne subierim fidi interpretis culpam. cum verbum verbo expressum comparatumque reddiderim. Cuius incepti ratio est: ꝙ in his scriptis in quibus rerum cognitio queritur: nō luculente orationis lepos: sed incorrupta veritas exprimenda est. Quocirca multum profecisse videor: si philosophie libris latina oratione compositis per integerrime translatiōis syncerītatem nihil in grecorum litteris amplius desideretur. Et quoniam humanis animis excellentissimū bonū philosophie comparatū est: vt vie ex filo quodam procedat ratio: ex anime ipsius efficientijs ordiēdum est. ¶ Triplex anime omnino vis in vegetandis corporibus deprehenditur. Quarum vna quidem vitam corpori solum subministrat: vt nascendo crescat: alendoque subsistat. Alia vero sentiendi iudicium prebet. Tertia vi mentis & ratione subnixa est. Quarum quidē prime id officiū est: vt creādis nutriēdisque corporibus presto sit. Nullum vero ratiōis prestet sensus vel iudicium. hec autem est herbarum atque arborum: & quicquid terre radicitus affixum tenetur. Secunda vero composita atque coniuncta est: & primam sibi sumens & in parte constituens: varium de quibus capere potest: ac multiforme iudicium capit. Omne enim animal quod viget sensu: nutritur idem & nascitur & alitur. Sensus vero diversi sunt: & vsque ad quinarium numerum tendunt. Ita quicquid alitur tantum non etiam sentit: quod vero sentire potest: ei prima quoque anime vis nascendi .s. atque nutriendi probatur esse subiecta. Quibus vero animalibus sensus adest: non tā eas rerum capiunt formas: quibus sensibili corpore feriuntur presente: sed absente quoque sensibilibusque sensu sepositis aī cognitarum sensus formarū imagines tenent: memoriamque conficiunt: & prout quodque animal valet: longius breviusque custodit. Sed has imaginationes confusas atque inenudentes sumunt: sic vt nihil ex earum coniunctione ac compositione efficere possint. Atque iccirco meminisse quidem possunt nec eque omnia. Amissam vero oblivione memoriam recolligere ac revocare non possunt. Futuri vero his nulla cognitio est. Sed anime vis tertia que secum vires alendi ac sentiendi trahit: hisque velut famulis atque obedientibus vtitur eadem tota in ratione est cōstituta: eaque vel in rerum presentium firmissima contemplatione: vel in absentium intelligētia: vel ī ignotarum inquisitione atque inventione versatur: hec tā humano generi presto est: ꝙ non solum sensus imaginesque perfectas & non inconditas capit: sed & pleno actu intelligentie quod imaginatio suggessit: explicat atque confirmat. Itaque vt dictum est huic divine nature non ea tantum in cognitione sufficiunt: que subiecta sensibus comprehendit: verumetiam imaginatione concepta: & insensibilibus: & absentibus rebus nomina indere potest. & quod intelligentie ratione comprehendit: vocabulorum quoque positionibus aperit: illud quoque ei nature proprium est: vt per ea sibi ꝗ nota sunt ignota vestiget. & non solum vnumquodque an sit sed quid sit ēt: & quale sit necnon cur sit oꝫ agnoscere. Quam triplicis anime vim sola hominum (ut dictū est) natura sortita est. Cuius anime vis intelligentie motibus non caret: quia in his quattuor ꝓprie viꝫ rationis exercet. Aut enim aliquid an sit inquirit: aut si esse constiterit: qd sit id dubitat. Quod si etiā vtriusque scientiam ratione possidet: quale sit vnumquodque vestigat: atque in eo cetera accidentium momenta perquirit: quibus cognitis cur ita sit queritur: & ratione nihilominus vestigatur: cum igitur hic actus sit humani animi vt semper aut in presentium rerum comprehensione. aut in absentium intelligētia: aut ī ignotarum inquisitione atque inventiōe versetur. Duo sūt in quibus omnem operam vis anime ratiocinantis īpendit. Unum quidem vt rerum naturas certa inquisitionis ratione cognoscat. Alterum vero vt ad scientiam prius veniat ꝙ post gravitas moralis exerceat: quibus inquirendis permulta esse necesse est: que vestigantem animum a recti itineris non minimum ꝓgressione deducāt: vt in multis evenit epicuro ꝗ atthomis mundum constare putabat: & honestum corporis voluptate metiebatur. Hec autem iccirco huic atque alijs accidisse manifestum est quoniam per imperitiā disputandi quicquid ratiocinatione comprehenderāt hec in res quoque ipsas evenire arbitrabantur: hic vero magnus error est: neque enim sese res vt in numeris ita etiam in ratiocinationibus habet. In numeris enim quicquid in digitis recte computantis evenerit: id sine dubio in res quoque ipsas necesse est evenire: vt si ex calculo centum esse contigerit: centū quoque res illi numero subiectas esse necesse est: hoc vero non eque in disputatione servatur: neque enim quicqd sermonum decursio invenerit: id ī natura quoque affixum tenetur. Quare necesse erat eos falli: qui abiecta scientia disputandi de rerum natura perquirerēt. Nisi enim prius ad scientiam venerit: que ratiocinatio veram teneat disputandi semitam. que verisimilē & agnoverit que fida: que possit esse suspecta: rerum incorrupta veritas ex ratiocinatione non potest inveniri. Cū igit̄ veteres sepe multis lapsi erroribus falsa quedam & sibi contraria in disputatione colligerēt atque id fieri impossibile videretur: vt de eadem re cōtraria conclusione facta vtraque essent vera que sibi dissentiens ratiocinatio conclusisset. cuius ratiocinatione credi oporteret esset ambiguum: visum est prius disputationis ipsius veramque integram considerare naturam: qua cognita illud quoque per disputationem inveniretur: & an verum comprehensum esset: posset intelligi. Hic igit̄ perfecta est logice ꝑitia discipline: que disputandi modos atque ipsas ratiocinationes īternoscēdi vias parat: vt que ratiocinatio nūc quidē falsa nūc aūt vera sit: que vō semꝑ falsa: que nūꝗ falsa possit agnosci. Huiꝰ aūt vis duplex esse ꝓpendit̄. vna qdē ī inveniēdo: altera ī iudicādo: qđ Marcus Tulliꝰ ī eo libro cui topica titulꝰ ē: evidēter expressit dicēs. Cū ois rō diligēs disserēdi duas habeat ꝑtes: vnam inveniēdi: alterā iudicādi: vtriusque princeps (vt mihi videtur quidē) Aristoteles fuit. Stoici aūt in altera elaboraverunt. Judicandi enim vias diligenter perse

enti sunt cam scientiam quã dialecticen appellant: inueniendi vero artem que topice dicitur: queq; ad vsũ potior erat: et ordine nature certe prior: totam reliq̄runt. Nos autem quoniã in vtraq; summa vtilitas est: et vtramq; si erit ocium persequi cogitamus: ab ea que prior est: ordiemur. Cum igitur tantus huius considerationis fructus sit: danda est huic tam solertissime discipline tota mentis intentio: vt primis firmatis in disputandi veritate vestigijs: facile ad rerũ ipsarum certam comprehensionem venire possimus. Et quoniam quid sit ortus logice discipline predixim⁹ esse reliquum videtur adiungere: an omnino pars quedã sit philosophie an (vt quibusdã placet.) supellex atq; instrumentum: per quod philosophia cognitionem rerum naturamq; deprehendat. Cuius quidem rei has econtrario video esse sententias. Hi enim qui partem philosophie putant logicam considerationem: his fere argumentis vtuntur dicentes: philosophiam indubitanter habere partes: speculatiuam: atq; actiuam. De hac tertia rationali .i. logica queritur an sit in parte ponenda: sed eam quoq; partem esse philosophie non potest dubitari. Nam sicut de naturalibus ceterisq; sub speculatiua positis solius philosophie vestigatio est: itemq; de moralibus ac de reliquis que sub actiuam partẽ cadũt sola philosophia perpẽdit: ita quoq; de hac parte tractat .i. de his que logice subiecta sunt sola philosophia iudicat. Quod si speculatiua atq; actiua icirco philosophie partes sunt quia de his philosophia sola pertractat: propter eandem causam erit logica philosophie pars: quoniã philosophie soli hec disputandi materia subiecta est. Ita vero inquiunt cum in his tribus philosophia versetur. Cumq; actiuam et speculatiuam considerationem subiecta discernant: q̄ illa de rerum naturis: hec de moribus querit: dubium non est quin logica disciplina a naturali atq; morali sue materie proprietate distincta sit. Etenim logice tractatus est de propositionib⁹ atq; syllogismis et ceteris huiusmodi: quod neq; ea que non de ratione sed de rebus speculatur. Neq; actiua pars que de moribus inuigilat: eque p̄stare potest. Quod si in his tribus idest speculatiua actiua atq; rationali philosophia consistit: que proprio tripliciq; a se fine disiuncta sunt. Cumq; speculatiua et actiua philosophie partes esse videntur: non dubium est quin rationalis quoq; philosophie pars esse comunicatur. Qui vero non partem sed philosophie instrumentum putant: hec fere afferunt argumenta. Non esse inquiunt similem logice finem speculatiue atq; actiue partis extremo. vtraq; enim illarum ad suum proprium terminum spectat: vt speculatiua quidem rerum cognitionem. Actiua vero mores atq; instituta perficiat. Neq; altera refertur ad alteram. logice vero finis non potest esse absolutus: sed quodammodo cum reliquis duabus partibus colligatus: atq; constrictus est. Quid enim est in logica disciplina: quod suo merito debeat optari nisi q̄ p̄ter inuestigationem rerum huius effectio artis inuenta est. Scire enim quemadmodum argumentatio condudatur vel que vera sit que verisimilis: ad hec scilicet tendit: vt vel ad cognitionem rerum referatur hec rationum scientia: vel ad inuenienda ea que in exercitium moralitatis adducta beatitudinem pariunt. Atq; ideo quoniam speculatiue atq; actiue su⁹ certusq; finis est. Logice autem ad duas reliquas partes refertur extremum: manifestum est non eam esse philosophie partem sed potius instrumentum. Sunt vero plura que ex alterutra parte dicantur: quorum nos ea que dicta sunt strictim notasse sufficiat. Hãc litem vero tali ratione discernimus. Nihil quippe dicimus impedire vt eadem logica partis vice simul instrumentiq; fungatur officio. Quoniam enim ipsa suum retinet finem: isq; finis a sola philosophia consideratur. Pars quidẽ philosophie ponẽda ẽ eẽ: quoniam vero finis ille logice quem sola speculatur philosophia: ad alias eius partes suam operam pollicet: instrumẽtũ esse philosophie non negamus. Est autem finis logice inuentio iudiciũq; rationum. quod quidẽ scilicet non esse mirum videbitur: quod eadem pars et eadem quoddam ponitur instrumentum. Si ad partes corporis animum reducamus quibus et sit aliquid vt his quasi quibusdam instrumentis vtamur: et in toto tamen corpore partium optinent locum. Manus enim ad tractandum: oculi ad videndu; ceteraq; corporis partes proprium quoddam videntur habere officium. Quod tamen si ad totius vtilitatem corporis referantur: instrumenta quedam corporis eẽ deprehenduntur: que etiam partes esse nullus abnuerit. Itaq; logica disciplina pars quedam philosophie est quoniã eius philosophia sola magistra est. Supellex vero est. q̄ per eã inquisita philosophie veritas vestigatur. Sed quoniam quantum mihi quidem breuitas succincta largita est orsum logice et quid ipsa logica esset explicaui. Nunc de eo libro nobis pauca dicẽda sunt: quem in presens sumpsimus exponendũ. Titulo enim proponit Porphirius introductionem scilicet Aristotelis predicamenta conscribere. Quid vero valeat hec introductio vel ad quid lectoris animũ paret breuiter explicabo. Aristoteles enĩ qui de decẽ predicamentis inscribitur librum hac intentione cõposuit vt infinitas rerum diuersitates que sub scientiam cadere non possint paucitate generum comprehenderet: atq; id quod per incomprehensibilem multitudinem sub disciplinã venire non poterat: per generum (vt dictum est) paucitatem animo fieret scientieq; subiectum. Decem igitur genera rerũ esse oĩuz considerauit Aristoteles .i. vnam substantiam et accidentia nouem: que sunt qualitas: quantitas: relatio vbi quando: facere: et pati situs: habere. quoniã que genera essent suprema et quibus nullum aliud superponi posset genus. Omnem necesse est multitudinem rerum per horum decem generum species inueniri. Que quidem genera omnibus a se differentijs distributa sunt. Nec quicquã videntur habere commune: nisi tantum nomen: quoniam omnia eum esse predicantur: Quippe substantia est: qualitas est: quantitas est: et de alijs omnibus est verbum communiter predicat̃: s; nõ ẽ eoꝝ cõis vna sbã vel natura: s; tm̃ nomẽ. Itaq; decẽ gñã ab Aris. reperta oĩb⁹ a se differẽtijs distributa sũt. S; que aliqb⁹ differẽtijs distingũtur necesse ẽ vt habeat̃ propriũ qddã: qđ ea ĩ singularẽ solitariãq; vẽdicet formã: Nõ ẽ aũt idez ppriũ qđ accidẽs. Accidẽtia.n. et venire et abesse possũt: ppria vo ita sũt ĩsita: vt absq; his quoꝝ ppria sũt eẽ ñ possũt. que cũ ita sint: cũq; Aristoteles decẽ reꝝ gñã reperisset: que vel ĩtelligẽdo mẽs caperet: vel loquẽdo disputator efficeret (quicquid enĩ ĩtellectu capim⁹: id ad alteꝝ sermõe vulgamus) Euenit vt ad hoꝝ decẽ p̄dicamẽtoꝝ intelligentiã quinq; haꝝ rerũ tractat⁹ incurreret. s. generis: speciei: differẽtie: proprij accidẽtis. Generis. quidẽ quoniã oportet ãte predicere qđ sit genus

fit genus: vt decem illa que Aristoteles ceteris prepo
fuit rebus: genera esse possemus agnoscere. Speciei
vo cognitio plurimum valet: vt que cuiusqз generis
fit species possit agnosci. Si eni quid sit species igno
ramus: nihil impedit errore turbari: fieri eniз potest
vt per speciei inscientiam sepe quantitatis species in
relatione ponamus ꝛ cuiuslibet primi generis species
alteri generi subdamus: atqз ita fiet permixta reruз
atqз indiscreta confusio. qđ ne accidat que sit natura
speciei ante noscenduз est. Nec vero in hoc tm̄ ꝓdest
speciei cognoscenda natura: ne priorum generum spe
cies inuicem permutemus. Uerumetiam vt in codeз
quolibet genere proximas species generuз nouerim⁹
eligere: vt ne substantie mox animal dicamus eē spe
ciem potius q̄ȝ corpus: aut corporis hominem poti⁹
q̄ȝ animatum corpus. At vero differentiarum scīetia
in his maximum retinet locum. Quomodo enim oīo
qualitatem a substantia vel cetera a se genera dista-
re cognoscimus nisi eorum differentias viderimus.
Quomodo autem discernere eorum differentiaз pos
sumus: si quid ipsa sit differentia nesciamus. Nec hūc
solum nobis in scientia differentie effundit errorem
verumetiam specierum quicquid tollit omne iudiciū
Nam omnes species differentie informant. Ignora-
ta differentia species quoqз necesse ē ignorari. Quo
modo vero fieri potest: vt qualibet differentiam pos
simus agnoscere si omnino que sit nominis huius si-
gnificatio nesciamus. Jam vero proprij tantus vsus
est: vt Aristoteles quoqз singulorum predicamentoꝝ
propria perquisierit. que propria esse quis deprehen-
derit: anteqз quid omnino sit proprium discat. Nec ī
his tantum hec cognitio proprijs valet que singulis
nominibus efferuntur: vt in hominis risibile: verum
etiam in his que adhibentur in locum diffinitionis:
Omnia enim propria que adhibentur ad diffini-
tionem substantialem: rem subiectam quodam ter-
mino descriptionis includunt. quod suo quoqз loco
opportunius commemorabo. Accidentis quoqз cogni
tio quantum afferat: quis dubitare queat: cū videat
inter decem predicamenta nouem accidentis natu-
ras. Que quomodo accidentia esse putabim⁹: si oīno
quid sit accidens ignoramus. Cum presertim nec dif
ferentiarum nec proprij scientia cognita sit: nisi acci-
dentis naturam firmissima consideratione teneam⁹.
Fieri enim potest vt differentie loco vel proprij per in
scientiam accidens apponatur: quod esse viciosum ēt
diffinitiones probant. que cum ipse ex differētijs cō
ficiant. Et fiant vniuscuiusqз proprie: accidens tamen
non videntur admittere. cum igitur Aristoteles rex
genera collegisset que numerum diuersarū sub se spe
cierum continerent. que species nunq̄ȝ diuerse forēt
nisi differentijs segregarentur. Cumqз omnia in sub
stantiam atqз accidens: accidens vero in alia predica
menta diuisisset. Cumqз aliquorum predicamentorum
sit propria persecutus: de his ipsis quidem predicamē
tis docuit. Quid vero esset genus: ꝛ quid species: qđ
differentia quid illud accidens: de quo nunc dicendū
est: vel quid proprium velut nota preterijt. Ne igitur
ad predicamenta Aristotelis venientes: quid significa
ret vniuscuiusqз eoruз: que superius dicta sunt: igno
rarent hunc librum Porphyrius de earū quinqз re-
rum cognitione perscripsit. quo perspecto ꝛ conside-
rato quid vniuscuiusqз eorum que supra posuit: desi
gnaret: facilior intellect⁹ ea que ab Aristotele prepo-
nerentur adisceret. Hec quidem intentio est huius

libri quem Porphyrius ad introductionem predica
mentorum se conscripsisse ipsa (vt dictum est) tituli
inscriptione signauit. Sed licet ad hoc vnū hui⁹ libri
referatur intentio: non tñ simplex est eius ītentio sed
multiplex. ꝛ in varia quoqз diffusa est. quā idē Por-
phyrius in principio huius libri cōmonet dicēs.

Cum sit necessarium chrysaori ꝛ ad eam que est
apud Aristotelem predicamentorum doctrinam
nosse quid sit genus: quid differentia: quid species
quid proprium: ꝛ quid accidens. ꝛ ad diffinitionū
assignationem. ꝛ omnino ad ea que ī diuisione vel
in demonstratione sunt. vtili istarum rerum specu
latione compendiosam tibi traditionem faciēs tē-
tabo breuiter. velut introductionis modo: ea que
ab antiquis dicta sunt aggredi. altioribus quidem
questionibus abstinens. simpliciores vero medio
criter coniectans.

Utilitas hui⁹ libri quadrifariā spargitur: namqз ad
illud etiam ad quod eius libri dirigitur intentio: ma-
gno vsui legentibus est: ꝛ ad cetera que enim extra in
tentionem sint non tamen minor ex his legentib⁹ vti
litas comparatur. Est enim per hoc opusculum ꝛ pre
dicamentorum facilis cognitio: ꝛ diffinitionum inte-
gra assignatio: ꝛ diuisionum recta perspectio: ꝛ de-
monstrationum veracissima conclusio. Que res quā
to difficiles atqз ardue sunt: tanto perspicatiorem stu
diosioremqз animum lectoris expectant. Dicendum
vo ē qđ ī oīb⁹ libris euenit. Nam primū si que sit intē
tio cognoscat: q̄ȝta quoqз vtilitas inde ꝑuenire possit
expedit. ꝛ licet extra multa (vt fit) huiusmodi librum
sequātur: tamen illam permaxime vtilitatem videt
habere: ad quid eius refertur intentio vt in hoc ipso
libro quem sumpsimus exponendum cū eius intentio
sit ad predicamenta intellectum facilem comparandi
non dubium est quin hec eius principalis probet vti
litas licet non minores sint comites diffinitio: diuisio
ac demonstratio. Quorum nobis: principia suggerū
tur quedā. sensus vero totus huiusmodi est: cum sit
inquit vtilis generis: speciei: differentie. proprij: ac-
cidentisqз cognitio ad predicamenta Aristotelis: eius
qз doctrinā ad diffinitionum etiam assignationem: ꝛ
ad demonstrationem: ꝛ ad diuisionem: quia sit earuз
rerum vtilis vberrimaqз cognitio. compendiosam in
quit traditionē faciēs ea que ab āntiquis large ac dif
fusse dicta sunt: temptabo breuiter aperire. Neqз. n.
esset cōpēdiosa: nisi totū opus breuitate constringe-
ret. Et qm̄ ītroductionē scribebat: altiores īquit que
stiōes spōte refugiā: simpliciores vero mediocriter
cōiectabo. i. simplicioꝝ q̄nm̄ obscuritatem habita in
eis quadam cōiectura ratiocinatiōe tractabo. Tota
qdē sentētia huiuscemodi ꝓhemij talis est: que ꝛ vti
litate vberrima ꝛ facilitate īcipiētis aīo blandiatur.
Sз dicēdū videt qđ nā celet āplius altitudo sermo-
nū necessariū ī latio hmōe sicut ī greco ἀναγκαῖον,
plura significat. Diuersa. n. significatione. Marcus
Tulli⁹ dicit necessariū suū eē aliquē atqз nostrū. Itē
necessariū dicimus vt cū necessariū eē nobis dicim⁹
ad forū descēdere: q̄ ī voce quedā vtilitas significat.
Alia quoqз significatio ē q̄ dicim⁹ solē necessariū esse
moueri. i. necesse eē: ꝛ illa quidē prīa significatio ꝑter
mittēda ē. Olo enī ab eo necessario: qđ hic Porphy
ri⁹ pōit aliena ē. He vō due hmōi sūt: vt īter se cer-
tare videāt. q̄ hui⁹ loci opticat significatōez. ī quo d

eit Porphirius. Cum sit necessarium chrysaori: nam
q3 (vt dictum est) necessarium & vtilitatem significat
& necessitatem. Uidentur autem huic loco vtraq3 cō
gruere. Nam & summe vtile est ad ea que superi⁹ di
cta sunt: de genere & specie & ceteris disputare: & sū
ma est necessitas: quia nisi sint hec ante precognita: il
la ad que ista preparantur: non possunt cognosci que
ꝑdicamenta dicuntur. Nam neq3 preter cognitionez
generis & speciei predicamenta discuntur. Nec diffi
nitio generis relinquit & differentiā: & in ceteris quam
sit vtilis iste tractat⁹ cū de diuisione & demonstratio
ne disputabit᷑ apparebit. Sed q̄zq̄z necesse erit hec
quinq3 de quibus hic disputandū est prius ad cogni
tionem venire: quam ea quibus illa ꝑparantur: non
tamen ea significatione hic a Porphyrio positum ē
qua necessitatem significare vellet: ac non potius vti
litatem. ipsa enim oratio contextusq3 sermonuz id cla
rissima intelligentie ratione significant. Neq3 eni q̄s
quam ita vtitur ratione: vt aliquam necessitatez re
ferri dicat ad aliud. Necessitas enim per se quidem ē
vtilitas vero semper ad id quod vtile est: refert᷑: vt
hic quoq3. Ait enim cum sit necessarium chrysaori: &
ad eam que est apud Aristotelem predicamentoruz
doctrinam. Si hic igitur necessarium vtile intelliga
mus: & id nomine ipo vertamus dicentes: cum sit vti
le chrysaori & ad eam que est apud Aristotelem: pre
dicamentorum doctrinam: nosse quid sit genus & ce
tera recte intelligentie sermonum ordo conuenit. Sin
vero id ad necesse permutetur: vt dicamus cum sit
necessarium chrysaori & cetera: recte intelligentie
sermonum ordo non conuenit. Quo circa hic diu
tius īmorandū non est. Quāq̄z enim sit summa neces
sitas his ignoratis nō posse ad ea: ad que hic tracta
tus intenditur peruenīri: nō tamē de necessitate hoc
dictum est necessarium: sed potius de vtilitate. Nūc
vero licet idem superius dictum sit: tamē breuiter q̄
ad predicamenta generis: speciei: differentie. proprij
atq3 accidentis prosit cognitio disputemus. Aristote
les eni in predicamētis decem genera constituit rez
que de cunctis alijs predicarent᷑ vt quicquid ad signi
ficationem venire posset: id si integram significatio
nem teneret: cuilibet eorum subiceretur generi. De
quibus aristoteles tractat in eo libro. qui de decē ꝑ
dicamentis inscribitur. hoc ipsum vero referri ad ali
quid velut ad genus: tale est: quale est siquis speciem
supponat generi. Hoc vero neq3 preter cognitionem
generis & speciei vllo modo fieri potest: nec vero ipse
species quid sint: vel cui⁹ magis sint: possumus agno
scere. Nisi eorum differentie cognoscantur. Sed dif
ferentiarum natura incognita: que vniuscuiusq3 spēi
sint differentie: modis omnibus ignorabitur. Quare
sciendum est quoniam si de generib⁹ Aristoteles tra
ctat in predicamentis: generum natura cognoscēda ē
cuius cognitionem speciei quoq3 comitat᷑ agnitio.
Sed hoc cognito: quid sit differentia: non pōt igno
rari: q̄zq̄z eodez libro plura sunt: ad que nisi maximā
peritiam & generis & speciei & differentie lector attu
lerit: nullus omnino intellectus patebit: vt cum ipse
Aristoteles dicat Diuersorum generum & non subal
ternatim positoruz diuerse sunt specie differentie q̄s
his ignoratis intelligi īpossibile est: sed idem Aristo.
proprium vniuscuiusq3 predicamenti diligentissima
inquisitione vestigat: vt cum substantie propriū post
multa dicit esse: q̄ idem numero contrariorum susce
ptibile sit vel rursus quantitatis: q̄ in ea sola equum
atq3 inequale dicatur: qualitatis etiam: q̄ per eam si
mile atq3 dissimile aliud alijs esse proponimus: & i ce
teris eodem modo: vt que sit contrarij proprietas: q̄
ſm relationē oppositionis: & que priuationis & habi
tus: que affirmationis & negōnis: in quibus ita tra
ctat tanq̄z iam peritis scientibusq3. que sit proprieta
tis natura: quam siquis ignorat: frustra ea que de his
disputantur aggreditur. Iam vero illud manifestuz
est: q̄ accidens maximum predicamentoruz obtineat
locum: quod proprio nomine nouem predicamēta cir
cundat: & ad predicamenta quidem quanta sit huius
libri ītentio ex his manifestum est. Quid vero ait: &
ad assignationem diffinitionuz facile cognosci potest
si prius substantie rationum diuisio fiat. substātie ra
tio alia quidem in descriptione ponitur. Alia vero in
diffinitione. sed ea que est in descriptione: proprieta
tem quandam colligit eius rei: cuius substantie ratio
nez prodit: ac non modo proprietate id q̄ demōstrat
informat: verum etiam ipsa fit proprium: quod in dif
finitionem quoq3 venire necesse est. Si quis eniz quā
titatis rationem reddere velit: vt dicat: licebit: quan
titas est secūdū quam equale atq3 inequale dicitur.

¶ Sicut igitur proprietatem quidē quantitatis in rōe
ne posuit quantitatis: & ipsa tota ratio ipsius quanti
tatis propria est: ita descriptio & proprietates colligit
& ipsa ꝓpria fit descriptio. Diffinitio vero ipsa quidē
propria non colligit: sed ipsa quidem fit ꝓpa diffinitio
Nam qui substantiam monstrat: genus differentijs
iungit: & ea que per se sunt cōmunia atq3 multorum ī
vnum redigens vni speciei quā diffinit reddit equa
lia. Ita igit᷑ ad descriptionē vtilis est proprii cognitio
q̄m proprietas sola in descriptione colligit᷑: & ipsa fit
propria sicut diffinitio quoq3 ad diffinitionē vero ge
nus: quod primū pōit᷑: & species ad quā gen⁹ illō apta
tur: & differētie quibus iunctis cuz genere species dif
finit᷑: sz si cui hec pressiora quā expositionis mod⁹ ex
postulat: videbunt᷑: hoc eum scire conuenit nos (vt in
prima editione dictum est) hanc expositionem nostro
reseruasse iudicio: vt ad intelligentiam simplicem hu
ius libri editio prima sufficiat. Ad interiorē vero spe
culationem confirmatis pene iam scientia nec in sin
gulis vocabulis rerū herentib⁹: hec posterior editio
collocat᷑. ¶ Ad diuisionē v̄o faciēdā tā hic liber Isa
gogaz vtilis est. vt preter eaz sciētiā rez: de qbus ī
hac libri serie disputat᷑: casu fiat poti⁹ q̄z rōne parti
tio. Hoc aūt manifestū erit si diuisionem ipsam di
uidam⁹. i. si nomē ipsū diuisionis in ea que significat
partiamur. Est nāq3 diuisio generis in spēs: vt cum
dicimus: coloris aliud est albū: aliud nigz: aliud vero
mediū. Rursus diuisio ē quotiēs vox plura significās
aperitur: & q̄ multa sunt q̄ ab ea voce signāt᷑: ostēdit᷑:
vt siqs dicat nomē canis plura significat: & hunc la
trabilē q̄drupedēq3: & celeste sydus: & marinaz bestiā
que omnia a se diffinitione disiuncta sunt. Diuidi āt
dicit᷑ quotiēs totū ī ptes proprias separatur: vt cum
dicimus: domus aliud sunt fundamenta: aliud parie
tes: aliud tectum. Et hec quidem triplex diuisio secū
dum se partitio nuncupatur. Est autem alia que ſm
accidens dicit᷑: ea quoq3 fit tripliciter: aut cum acci
dēs in subiecta diuidim⁹: vt cū dico: bonorū alia sūt
ī anima: alia ī corpore: alia extrīsec⁹: vel rursus subie
ctum in accidētia: vt corporū alia sunt alba: alia sunt
nigra: alia medij coloris. Et rursus cum accidētia se
peramus. vt cum dicimus: liquētia alia alba: alia ni
gra: alia medij coloris. Et rursus alboruz alia sūt du
ra: alia

ra: alia liquentia: quedam mollia: cum igit ita omnis fiat diuisio: aut scdm se: aut per accidens: vtraqꝫ vero partitio tripliciter fiat: cumqꝫ in superiore scdm se triplici partitione sit vna diuisionis forma: genus in species seperare. Id neqꝫ preter generis scientiam fieri vllo modo potest. Neqꝫ vero preter scientiaꝫ differentiarū quas necesse est in specierum diuisione sumi. Manifestum est igit ꝙ tanta vtilitas huius libri ad hanc diuisionem sit: que primo aditu genus ac spēs ⁊ differētias tractat. Secunda vero ea diuisio que est scdm vocis significantias: nec hec quidem ab hui⁹ libri vtilitate discreta est. Uno eni mō cognosci poterit: vtꝫ vox cui⁹ diuisionē facere querimus: equoca esse videatur an genus: si ea que significat diffiniantꝰ: ⁊ si ea que sub cōmunione sunt: vna diffinitione claudantur: species esse necesse est: ⁊ illud cōmune earum genus. Quod si illa que proposita vox designat: non possunt vna diffinitione concludi: nemo dubitat: quin illa vox sit equiuoca: neqꝫ etiam ita sit cōmunis his de quibus predicatur vt genus. quandoquidē ea que sib se posita significat. secundū cōmune nomē non possunt vna diffinitione comprehendi. Si igitur ex diffinitione manifestum sit ꝙ genus sit: quid vero nomen equiuocum. Diffinitio vero per genera differentiasqꝫ discurrit: quisqꝫ ne dubitare potest eque i hac diuisionis forma plurimum huius libri auctoritatem valere. Illa vero secūdū se diuisio que ē totius in partes quemadmodum discernit: ac nō potius generis in spēs diuisio esse putabitur: nisi sint genus ⁊ species ⁊ differentie earum: quāuis ante rōne discipline tractata. Cur eni nō qsqꝫ dicat domi⁹ species potius eē ꝙ partes fundamēta: parietes ⁊ tectū. Sꝫ cū occurrerit generis nomē in vnaquaqꝫ specie totū posse cōgruere: toti⁹ vo in vnaquaqꝫ parte sui nomen conuenire non posse: manifestum fit aliam diuisionez eē generis in species: aliam totius in partes. Conuenire autem nomen generis singulis specieb⁹ ostenditur ꝑ id quod homo ⁊ eqꝰ singula animalia nuncupantꝰ. Neqꝫ tectum vero neqꝫ parietes aut fundamēta singulatim dom⁹ nomine appellari solent. Sed cum fuerint iuncte partes: tunc recte totius nomē excipiūt. De ea vero diuisione que secundū accidēs fit nullꝰ ignorat: quia incognito accidenti incognitaqꝫ vi generis ac differentiarum facile euenire possit: vt accidens ita in subiecto soluatur quasi genera in species ⁊ postremo oēm hunc ordinē partitionis sedissime ꝑmiscebit in scientia. Et qm̄ qđ ad diuisionē hic liber prosit ostendimus: nunc de demonstratione dicemꝰ: ne ꝑ ardua atqꝫ difficilia hereat: qm in tanta disciplina vigilantissimo ingenio ⁊ sollertissimo labore sudauerit. Fit enim demonstratio: idest alicui⁹ quesite rei certa rationis collectio ex ante cognitis naturaliter ⁊ ex conuenientibus ex primis ex causa ex necessariis ⁊ per se inherentibus. Sed genera specieb⁹ ꝑa ꝓꝑijs priora sunt naturaliter: Ex generib⁹ eni species fluūt Itē spēs sub se positis vel specieb⁹ vel indiuiduis priores naturaliter esse manifestum est. Que vero priora sūt ea ⁊ notiora sūt subseqntib⁹ naturaliter. Duobus enim modis primū aliquod ⁊ notuꝫ dicitꝰ scꝫ nobis scilicet ⁊ scdm naturam. nobis enim illa magis cognita sunt que proxima ⁊ indiuidua sunt: dehic species: postremo genera. At vero natura cōuerso modo ea sūt magis cognita que nobis minus proxima sunt. Atqꝫ ideo quantūlibet se longius a nobis genera protulerunt: tanto magis sunt lucida ⁊ naturaliter nota. Differentie vero substātiales ille sunt quas per se his rebus inesse que demonstrantur agnoscimus. Precedere autem debet generum ac differentiaruꝫ cognitio vt in vnaquaqꝫ disciplina que sunt ei⁹ rei que demōstratur conuenientia principia possit intelligi. Necessaria vero esse ea ipsa: que genera ⁊ differentias dicimꝰ nullus dubitat: qui speciem sine genere ⁊ differētia intelligit esse non posse. Genera vero ⁊ differentie sunt cause specierum. Iccirco eniꝫ species sunt: qꝛ genera earum ⁊ differentie sunt. que i sillogismis posita demonstrantibus illis non rei solum verum conclusionis etiam cause sunt: que postremis resolutoriis locupletius dicemus. cum igitur perutile sit ⁊ diffinitione qodlibet illud circumscribere: ⁊ diuisione dissoluere: ⁊ demonstrantibus comprobare: hec autem ꝓter earum rerum scientiam de qoibus i hoc libro disputabitur: neqꝫ intelligi neqꝫ exerceri valēt. quis vnquā poterit dubitare quin hic liber matimoiu totius logice adiumentū sit: preter quē cetera que in ea magiam vim tenent: nullum doctrine aditum prebent. Sed meminit. Porphyrius introductionem sese cōscribere: neqꝫ vltra quā institutionis modus est: formam tractatus egredi. Ait enim se altiorum questionum modis abstinere: simplices vero medioeri coniectura perstringere. Que vero sint altiores questiōes quas se differre promittit. ita proponit.

Mox de generibus ⁊ speciebus illud quidem siue subsistant: siue in solis nudis intellectibus posita sint: siue subsistentia corporalia sint an incorporalia: ⁊ vtrum separata a sensibilibus: an in sensibilibus posita. ⁊ circa consistentia dicere recusabo Altissimum enim nagociū est huiusmodi: ⁊ maioris egens inquisitionis.

Altiores inquit questiones pretereo: ne eis intempestiue lectoris animo ingestis initia eius primitiasqꝫ ꝑturbem. Sed ne omnino faceret negligentem: vt nihil preterqꝫ ꝙ ipse dixisset: lector amplius putaret occultum id ipsum cuius exeuctionem sese differre promisit. addidit ne de his minime obscure pētusqꝫ tractādo lectori quicquā obscuritatis effūderet: ⁊ tamē sciētia roboratus quid queri iure posset. agnosceret Sunt autem questiones: quas sese reticere promittit ⁊ perutiles ⁊ secrete ⁊ temptate quidem a doctis viris: nec a pluribus dissolute. Quaruꝫ prima est huiusmodi. Omne quod intelligit animus: aut id quod est in natura reruꝫ constitutū: intellectu concipit: ⁊ sibimet rōne describit: aut id quod nō est: vacua sibi imaginatione depingit. Ergo intellectus generis ⁊ ceterorum cuiusmodi sit queritur vtrum ne ita intelligamus species ⁊ genera vt ea qꝰ sunt ⁊ ex quibus verum capimus intellectum: an nosmetipsos ludim⁹. cū ea que non sunt animi cassa imaginatione formam⁹. Quod si esse constiterit: ⁊ ab his que sunt intellectus concipi dixerimus: Tunc alia maior ac difficilior questio dubitationem parat: cum discernendi atqꝫ intelligendi generis ipsius naturam sūma difficultas ostēditur. Nam omne qđ est: aut corporeū aut icorporeū esse necesse ē: genus igitur ⁊ species i aliquo hoꝝ eē oportebit. Quale erit igitur id quod genus dicitur vtrū ne corporeū an vero incorporeū. neqꝫ enim qđ sit diligēter intēditꝰ: nisi i qoo hoꝝ poni debeat agnoscatꝰ. Sed neqꝫ cum hec soluta fuerit questio: omnis excluditꝰ ambiguū subest eni aliquid quod si icorporalia esse genus ac species dicantur: obsideat intelligē-

tiam atq; detineat exolui postulans: vtrum circa cor
pora ipsa subsistant an et p̄ter corpora subsistētia cor
poralia esse videantur. Due quippe incorporeorū for
me sunt: vt alia preter corpora esse possint: ⁊ separa-
ta a corporibus in sua incorporalitate perdurent: vt
deus mens anima. Alia vero cū sint incorporea tñ p̄-
ter corpora esse nō possunt: vt linea: vel superficies:
vel numer⁹: vel singule qualitates: quas tam̄ ⁊ si icor
poreas esse pronuntiamus: q̄ tribus spatijs minime
distendantur: tamen ita in corporibus sūt: vt ab his
divelli nequeant: aut separari: aut si a corporibus se
parata sint: nullo modo permaneant. Quas licet que
stiones arduum sit ipso Porphyrio renuente dissol-
uere. Tamen agrediar: vt nec anxium lectoris ani-
mum relinquam: nec ipse in his que preter muneris
suscepti seriem sunt: tempus operamq; consumam.
Primum quidem pauca sub questionis ambiguita
te proponam. Post vero eundem dubitationis no-
dum exoluere atq; explicare tēptabo. Genera ⁊ spe
cies aut sunt ⁊ subsistūt: aut intellectu ⁊ sola cogita-
tione formantur. Sed genera ⁊ species esse non pos-
sunt: Hoc autem ex his intelligitur. Omne enī quod
cōmune est vno tempore pluribus: id in se vnum esse
non poterit. Multorum enī est quod cōmune est: pre
sertim cum vna atq; eadem res in multis vno tēpore
tota sit. quātecunq; enim sunt species: in omnib⁹ ge-
nus vnū est nō q̄ de eo singule species q̄si partes ali
quas carpant sed singule vno tempore totum genus
habeant. quo fit vt totum genus in pluribus singul̄
vno tempore positum vnum esse non possit. neq; .n.
fieri potest vt cum in pluribus totū vno sit tempore:
in semetipso sit vnum numero. Quod si ita est: vnū
quiddam gen⁹ esse non poterit: quo fit vt omnino ni-
hil sit. Omne enim quod est icirco est quia vnum est
⁊ de specie idem conuenit dici. Quod si est quidē ge-
nus ac species sed multiplex. neq; vnū numero: non
erit vltimum genus: sed habebit aliud superpositum
genus: quod illam multiplicitatē vnius sui nominis
vocabulo concludat: vt enim plura aīalia q̄ñ hñt q̄d
dā simile: eadem tamen non sunt. Icirco eorum ge-
nera perquirunt: ita quoq; quoniā gen⁹ quod in plu
ribus est: atq; ideo multiplex: habet sui similitudinē
quod genus est: non est vero vnū: quoniā in plurib⁹
est: eius quoq; generis gen⁹ aliud querendū est: cūq;
fuerit inventum: eadem ratione que superi⁹ dicta est
rursus genus tertium vestigat̄. itaq; in infinitum ra
tio procedat: necesse est: cum nullus discipline termi-
nus occurrat. Quod si vnum quoddam numero ge-
nus est commune multorum esse non poterit. vna. n.
res si cōis est: aut partibus cōis est: ⁊ non iā tota cō
munis sed partes ei⁹ proprie singulorum sunt: aut in
vsu habentium etiā per tēpora transit vt sit cōe: vt
puteus ⁊ fons: vt seruus cōis vel equus: aut vno tē-
pore oībus cōmune sit: non tamen vt eorum quibus
cōe est: substantiā constituat: vt est theatrū: vel spe
ctaculum aliquid quod spectantibus omnibus cōe ē:
Genus vero secundū nullum hoꝝ modoꝝ cōe eē spē
bus potest: nam ita cōe esse debet: vt ⁊ vnū totum ī
singulis ⁊ vno tempore sit: ⁊ eorum quorum cōe est
constituere valeat ⁊ conformare substantiā. Quocir
ca si neq; vnū est: q̄m cōe est: neq; multiplex q̄m ei⁹
quoq; multitudinis genus aliud inquirendum est: vi
debitur genus omnino non esse: idemq; de ceteris in
telligendum est. Quod si tantum intellectibus gene-
ra ⁊ species ceteraq; capiuntur cū omnis intellectus
aut ex re fiat subiecta: vt sese res habet: aut vt res se
se nō habet (nam ex nullo subiecto fieri itellectus nō
p̄ōt) Si generis ⁊ speciei ceteroꝝq; intellectus ex re
subiecta veniat: ita vt sese res ipsa hꝫ que intelligit̄
iā non tantū in intellectu posita sunt: sed in reꝝ etiā
veritate cōsistunt. Et rursus querendū est que sit eo-
rū natura quod superior questio vestigabat. q̄ si ex
re quidem generis ceterorūq; sumitur intellectus:
neq; ita vt se se res hꝫ que intellectui subiecta est: va
num: necesse est esse intellectum: qui ex re quidem su
mitur: non ita vt se se res habet. idem est enim falsū
quod aliter atq; res est ītelligitur. Si igitur quoniā
genus ⁊ species nec sunt nec cum intelliguntur ver⁹
est eorum intellectus. non est ambiguū: quin oīs hec
sit deponenda de his q̄nq; propositis disputandi cu-
ra q̄squidem neq; de ea re. que sit: neq; de ea de q̄
verum aliquid intelligi proferriue possit inquiritur.
hec quidem est ad presens de propositis questio: quā
nos Alexandro consentiente hac ratiocinatione sol-
uemus. Non enim necesse esse dicimus omnem intel
lectum qui ex subiecto quidem fit: non tamen vt sese
ipsum subiectum habet: falsum ⁊ vacuum videri. In
his enim solis falsa opinio ac non potius intelligētia
est: que per coniunctiōē fiunt. Si enim quis cōpōat
atq; cōiungat intellectu id quod natura iungi non pa
tiatur: illud falsū esse nullus ignorat: vt si quis equū
atq; hominem iungat imaginatione: atq; effiget cen
taurum. Quod si hoc per diuisionem ⁊ abstractionē
fiat: non q̄ ita res se se habet: vt intellectus est. In-
tellectus tamen ille falsus est minime. sunt enī plura
que in aliis suum esse hñt. ex quibus aut omnino se-
perari non possunt: aut si seperata fuerīt: nulla ratio
ne subsistunt. Atq; vt hoc in nobis in peruulgato exē
plo manifestū sit: linea in corpore est aliquid: ⁊ id q̄d
est corpori debet: hoc est esse suū per corpus retinet
quod docet̄ ita. si. n. separata a corpore sit non subsi-
stit. quis. n. vnq̄ sensu vllo separatam lineam a corpo
re cepit. Sed animus cum confusas res permixtasq;
in se a sensibus cepit: in propria vi ⁊ cogitatione disti
guit. Omnes res huiusmodi incorporee ī corpore sui
esse habentes sensus cū ipsis nobis corporibus tradit
at vero aīus: cui potestas est ⁊ disiuncta componere
vel cōposita ⁊ coniuncta dissoluere: ea que a sensib⁹
cōfusa ⁊ corporibus cōiuncta traduntur: ita distiguit
vt incorporeā naturam per se ac sine corporibus ī q̄
bus est concreata: ⁊ speculetur ⁊ videat. Diuerse enī
proprietates sunt incorporeorū corporibus permixto
rum: etiam si seperentur a corpore. Genera ergo ⁊
species ceteraq; vel ī īcorporeis reb⁹: vel in his que
sunt corporea: reperiuntur: ⁊ si ea in rebus incorpo-
reis inuenit animus: hꝫ illico incorporeū generis ītel
lectū: Si v̄o corporaliū reꝝ genera speciesq; p̄spexerit
aufert (vt solet) a corporibus incorporeoꝝ naturam:
⁊ solā puramq; vt in seipsa forma est contuet̄. Ita hec
cū accipit anim⁹ p̄mixta corporibus incorporalia: ea
diuidens speculat̄ atq; cōsiderat. Nemo ergo dicat
falsam nos cogitare lineā: q̄m ita eā mēte capim⁹ q̄
si preter corpora sit: cum preter corpora esse non pos-
sit. Non enim omnis qui ex subiectis rebus capit̄ in-
tellect⁹: aliter q̄ꝫ sese ipse res habent: falsus esse putā
dus est: sed (vt superius dictum est) ille quidē q̄ hoc
in compositione facit falsus est: vt cum hominē atq;
equum iungens putat esse centaurum: Qui vero id ī
diuisionib⁹ ⁊ abstractionibus atq; assumptionib⁹ ab
his reb⁹: in quibus sunt efficit: non solummō falsus
non est

non est; verum etiam solus intellectus id quod in proprietate verum est: inuenire potest. Sūt igitur hui⁹modi res in corporalibus atqꝫ in sensibilibus rebus. Intelliguntur autem preter sensibilia: vt coruꝫ natura perspici: ꝛ proprietas valeat cōprehēdi. Quocirca cum genera ꝛ species cogitantur: tunc ex singulis ex quibus sunt eorum similitudo colligitur: vt ex singulis hominibus inter se dissimilibus humanitatis similitudo colligitur: cogitata animo veraciterqꝫ perspecta fit species: quarum specierum rursus diuersarum cōsiderata similitudo: que nisi in ipsis speciebus aut in earum indiuiduis esse non pōt efficit gen⁹. ita qꝫ hec sunt quidē in singularibus. Cogitātur vō vniuersalia: nihilqꝫ aliud spēs esse putanda est nisi cogitatio collecta ex indiuiduorum dissimilium numero substantiali similitudīe: genus vō collecta cogitatio ex specierum similitudine. Sed hec similitudo cū ī singularibus est: fit sensibilis: cū in vniuersalibus fit intelligibilis: eodēqꝫ modo cū sensibilis est: in singularibus pmanet; cum ītelligitur fit vniuersalis. Subsistūt ergo circa sensibilia: intelligūtur āt pter corpora neqꝫ enī interclusiꝫ est: vt due res eodē in subiecto sint: q̄zq̄z rōne diuerse sint; ut linea curua atqꝫ caua ē que res cum diuersis terminationibus terminentur diuersusqꝫ eaꝝ intellectus sit: semp tn̄ in eodē subiecto reperiuntur: eadē caua linea eadēqꝫ curua ē. Ita quoqꝫ generib⁹ ꝛ speciebus idē singularitatis ꝛ vniuersalitatis vnum quidē subiectū est: ꝫ alio mō vniuersale est cū cogitatur: alio singulare cum sentit̄ in rebus his in qbus esse suō hꝫ. Oīa igitur terminatis oīs (ut arbitror) questio dissoluta est. ipsa enī genera ꝛ species subsistunt quidē alio mō: intelligunt̄ vō alio ꝛ sunt incorporalia: sed sensibilibus iūcta subsistunt in sensibilibus. Intelliguntur vō preter corpora: ut p se metipsa subsistētia: ac nō in aliis esse suō habētia. ꝫ Plato genera ꝛ species ceteraqꝫ nō mō intelligi vniuersalia: verū ēt esse atqꝫ pter corpora subsistere putat. Aristoteles vō intelligi quidem incorporalia atqꝫ vniuersalia: sed subsistere in ipsis sensibilibus putat: quoꝝ diiudicare sententias aptum eē nō duxi. Altioris enī ē philosophie: idcirco vō non studiosius Aristotelis sententiam executi sumus: nō q eā nō maxie probaremus: sed q hic liber ad predicamenta cōscriptus est: quoꝝ Aristoteles auctor est.

¶ Illud vero quemadmodum de his: ac de propositis probabiliter antiqui tractauerunt ꝛ horuꝫ maxime peripatetici: tibi nunc tentabo monstrare.

¶ Pretermissis his questionibus: quas altiores esse p dixit. exoptat mediocrē introductorij operis tractatū sed ne hec ipa harū qōnū omissio vicio daret̄: apposuit: quemadmodū de propositis tractaturus est. ex quorūcūqꝫ hoc op⁹ auctoritate subnix⁹ aggredit̄: ānūciat. Cū mediocritatē quidē tractatur⁹ pmittit detracta obscuritatis difficultate: animū lectoris sinat: vt vō acquiescat ac sileat ad id quod dicturus est pipateticoꝝ auctoritate cōfirmat. Atqꝫ ideo ait dē his idest de generibus ꝛ speciebus de quibus supiores intulerat q̄stiones: ac de propositis, i. de differētiis: propriis accidentibus: sese probabiliter disputaturū: probabiliter aūt ait, i. verisimiliter. qd greci λογικῶσ vel ἐνδόξωσ dicunt Sepe enim ꝛ apud Aristotelē λογικῶσ verisimiliter ac pbabiliter dictum inuenimus: ꝛ apud Boetum ꝛ apud Alexandrum: Porphyri⁹ quoqꝫ ipse ī multis hac significatiōe hoc vbo visus ē. qd nos. s. ī trāslatione q ait. λογικώτερον ita interptari: vt rōnabiliter diceremus omisimus. Longe. n. melior ac verior significatio ea visa ē: vt pbabiliter sese dicere pmitteret. i. n̄ pter opinionē ingredientium atqꝫ lectoꝝ: qd introductionis est proprium. Nā cum ab imperitoꝝ hominū mentibus doctrine secretum altioris abhorreat: talis esse introductio debet vt nō pter opinionē ingredientium sit. Ergo melius probabiliter q̄ꝫ rōnabiliter interpretati sumus. Antiquos autem ait de eisdem disputasse reb⁹ sed coꝝ illum maxie tractatum insequi: quem peripatetici. Aristotele duce reliquerunt. ut tota disputatio ad predicamenta conueniat.

Videtur autem neqꝫ genus neqꝫ species simpliciter dici.

¶ Queri in expositionum principiis solet: cur vnūqdqꝫ ceteris in dispositionis ordīe preponat̄. velut nūc in genere dubitari solet: cur genus speciei: differentie: proprio: accidentiqꝫ ptulerit de eo enī primitus ptractat. Respōdebimꝰ itaqꝫ iure factum videri: oē enim quod vniuersale est: intra semetipsū cetera concludit: ipsum vō non magnitudine clauditur. Maioris itaqꝫ meriti est ac principalis nature: illud quod ita cetera cohercet: ut ipsum nature magnitudine nequeat ab aliis contineri. Genus igitur spēs intra se positas hꝫ: ꝛ earum differentias: propriaqꝫ. nihilominus etiam accidentia. atqꝫ ita de genere inchoādū fuit quod cetera nature sue magnitudine coercet. ꝛ continet. Preterea illa semp priora sunt que si auferat quis contenta cetera perimūtur: illa posteriora qbus positis ea que ceteroꝝ substātiā perficiunt: consequūt̄: vt in genere ꝛ ceteris. Nam si animal auferas: qd est hominis genus: homo quoqꝫ qui est species: ꝛ rationale: quod differentia ꝛ risibile qd propriuꝫ ꝛ gāmaticū quod accidens est: nō manebit: ꝛ interemptum genus cuncta consumit. Si vero hominem esse constituas: vel grammaticum vel rationale vel risibile: animal quidē esse necesse ē. Siue enī hō ē: aīal ē siue rōale: siue risibile: siue grammaticū: ab aīali substantia non recedit. Sublato ergo genere ꝛ cetera cōsumuntur. positis vero ceteris seqtur gen⁹. prior ē igit̄ natura generis posterior est ceteroꝝ. Jure est igitur ī disputatiōe prepositū gen⁹ sed qm̄ generis nomē multa significat (hoc est. n. qd ait videtur autem neqꝫ genus neqꝫ spēs simpliciter dici. Ubi. n. non est simplex dictio: illic multiplex significatio est.) prius huius nominis significationes discernit: ac separat: vt de qua significatōe generis tractatur⁹ ē: sub oculis ponat. Sed cū neqꝫ genus neqꝫ spēs: neqꝫ differētia: nec ppiuꝫ: nec accīa significatōe simplicia sint. Cur dē his tm̄ duob⁹ genere mqꝫ ac spē dixit non simpliciter dici cū propriō differētie; atqꝫ accidens ipsa quoqꝫ sint significatiōe multiplici. Dicendum est quoniam longitudinem vitans tm̄ speciem noīauit: eamqꝫ idcirco ne solum genus esse significationis multiplicis putaretur. Enumerat autēꝫ primā generis significationeꝫ hoc modo.

¶ Genus enim dicitur ꝛ aliquorum quodāmodo se habentium ad vnum aliquod. ꝛ ad se inuicē collectio. secundum quā significationē romanoꝝ dicitur genus ab vnius. s. habitudine. Dico autem romuli ꝛ multitudinis habentium aliquo mō ad inuicem eam. q̄ ab illo est. cognationem secunduꝫ diuisionem ab aliis generibus dictum.

Una inquit generis significatio est: que in multitudinem venit a quolibet vno principium trahens: ad quod. s. ita illa multitudo coniuncta est; vt ad se inuicem per eiusdem vnius principium copulata sit: vt cũ romanorum genus dicitur multitudo romanorum ab vno romulo vocabulum trahens ⁊ ipsi romulo: ⁊ ad se inuicem quasi quadam nominis hereditate cõiuncta est. Eadem enim que a romulo societas descẽdit romanos inter se omnes vno generis nomine deuincit ⁊ coalligat. Uidetur autem secuisse hanc generis significationem in duas partes: cum copulatiuaz coniunctionẽ admiscuit dicẽs Genus dicitur aliquorum quodammodo se habentium ad vnum aliquod ⁊ ad se inuicem collectio: tanq̃ȝ ⁊ illud genus dicatur ad vnum aliquo modo se habere; ⁊ hoc rursus genus dicatur quod ad inuicem vnius generis significatione coniuncti sunt. hoc vero minime est: eadem enim a quolibet vno propagata societas: ⁊ ad illuȝ q princeps est generis: totam multitudinem perfert ⁊ ipsam inter se multitudinem vno generis nomine conectit ⁊ cõtinet. Quocirca nõ ẽ putandus diuisionem fecisse: sed omne quicquid in hac generis significatione intelligendum fuit aperuisse. Ordo autem verborum ita sese habet qui est hyperbaton intelligendus. Genus enim dicitur: ⁊ aliquorũ ad vnũ se aliquo modo habentium collectio: ⁊ ad se inuicem aliquo modo habentium: rursus collectio subaudienda est. est enim ⁊ zeugma. cuius significationis adiecit exemplum. secundum quam significationem romanorum dicitur genus ab vnius. s. habitudine. Dico autem Romuli: ⁊ multitudinis rursus habitudine habentium aliquo modo ad inuicem cognationem: eam. s. que ab illo est idest Romulo. secunduȝ diuisionem ab alijs generibus dictum. scilicet multitudinis hec enim multitudo aliquo mõ ad vnuȝ ⁊ ad se inuicem habens cognationeȝ genus dicta est: vt ab alijs discerneretur: vt Romanorum genus ab athemensium genere ceterorumq̧ȝ separaretur; vt sit integer verborum ordo. genus enĩ dicitur ⁊ collectio aliquorum ad vnum se quodammodo habentiuȝ: ⁊ ad se inuicem: secundum quã significationem Romanorum dicitur genus ab vnius. s. habitudine. dico autem Romuli ⁊ multitudinis secundum diuisionem ab alijs generibus dictum habentium. s. hominum aliquo modo ad inuicem eam que ab illo est Romulo cognationem. atq̧ȝ hec hactenus: nũc de secunda generis significatione dicendum est.

Dicitur autem ⁊ aliter rursus genus quod est vniuscuiusq̧ȝ generationis pricipium: vel ab eo q genuit. vel ab eo loco. in quo quis genitus est. Sic enim Orestem quidem dicimus a tantalo genus habere. Hyllum autem ab Hercule. Et rursus Pindarum thebanum esse genere. Platonem vero athemensem. etenim patria principiũ est vniuscuiusq̧ȝ generationis. quemadmodũ ⁊ pater. hec autem videtur promptissima esse significatio generis. romani enim dicuntur qui ex genere descendunt romuli. ⁊ Cecropide. qui ex genere descendunt Cecropis. ⁊ eorum proximi.

Quattuor omnino sunt principia: que vnumquodq̧ȝ principaliter efficiunt. est. n. vna causa que effectiua dicitur velut pater filij. ⁊ alia est materialis; velut lapides domus. Tertia forma. velut hominis rationabilitas. Quarta quam obrẽ: velut pugna victorie. duo vero sunt que per accidens vniuscuiusq̧ȝ dicũtur eẽ principia: locus. s. ac tempus. omne. n. quod nascitur. in loco ac tempore est: ⁊ quicquid ꝺ loco vel tẽpore natuȝ factũ ve fuerit: eum locum vel id tempus accidentaliter dr̃ habere principium. Horum omnium in hac secunda generis significatione duo quedã ex alterutris assumit que ad significationem generis videbanẽ accomodata. Ex his quidem causis que principalia sũt effectiuum. Ex his vero q̃ accidentia; locuȝ. ait enȝ genus dicitur: a quo quis genitus est que est effectiua principalium causa. ⁊ in quo quis loco est procreatus que est accidens causa principij. Itaq̧ȝ hec secunda significatio duo cõtinet: eũ a quo quis procreatus est ⁊ locum in quo quis editus est; vt exempla quoq̧ȝ ipsa demonstrant; Orestem enim dicimus a Tantalo genus ducere: Tantalus quippe Pelopem. Pelops Atreum. Atreus Agamẽnoneȝ. Agamẽnõ genuit Orestem. Itaq̧ȝ a procreatione genus hoc dictum est. at vero Pindarum dicimus esse thebanũ. s. qm̃ Thebis editus est: tale generis nomen accepit: ȝ qm̃ diuersũ est illud a quo quisq̧ȝ procreatus est: ⁊ locus in quo q̃s q̃ȝ editus est: videẽ diuersa esse generis significatio procreantis; ⁊ loci: quã in secunda parte enumerans vnam fecit: ȝ ne videreẽ duplex: per similitudinẽ coniunxit dicens etenim patria principium vniuscuiusq̧ȝ generationis: quemadmodũ pater. Sed qm̃ in significati õib⁹ euẽit sepe: vt aliqd fit qd̃ ĩtellectu significate rei propinquius esse videatur: ⁊ qm̃ duas generis apposuit significationes: multudinis. s. ⁊ procreantis cui generi nomen cõuementius aptetur: indicat atq̧ȝ discernit dicens: hanc esse promptissimam generis significationem: que a procreante deducta sit. hi. n. maxime cecropide sunt: qui a cecrope descendunt: hi romani. qui a Romulo: que cũ ita sint: confundi rursus generis significationes videntur Si. n. sunt hi maxime romani: qui a Romulo originem trahunt: ⁊ hec significatio illa est que a procreante deducitur vbi ẽ reliqua quã primã quoq̧ȝ enumerauit: que ẽ multitudinis ad vnũ ⁊ ad se inuicem quodammodo se habentium collectio. Sed acutius intuentibus plurime admodum differentie sunt. Aliud enim est a quolibet primo procreante genus deducere: aliud vnum genus esse plurimorum. Illud enim ex recta sanguinis linea fieri potest ⁊ non in multa diffundi: vt si p vnicos familia descendat. huic enim aptatur secunda illa generis significatio; que a ꝓcreãte deducitur: prima vero non nisi multitudine consistit: illud quoq̧ȝ ẽ: quod prima procreationis principium non querit: ȝ (vt ipse ait) sufficit aliquo modo se habere ad id: vnde huiõi generis principium sumitur. Secunda vero significatio nullam vis nisi a procreante sortitur. Itẽ in illa prima significationis multitudine: huius secunde particularitas cõtinetur vt in romanoruȝ genere Scipiadarum genus. nam cuȝ sunt romani scipiades sunt. Qm̃ enim ad romulum: ⁊ ad ceteros romanos scd̃m Romuli habitudinem iuncti romani sunt. Scipiade vero dicũtur ad scd̃am generis significationeȝ q: eorum familie. Scipio. ⁊ sanguinis principiũ sunt.

Et quidem prius appellatum est genus vniuscuiusq̧ȝ generationis principium. dehinc etiam ⁊ multitudo eorum qui sunt ab vno principio vt a romulo. quam diuidentes ⁊ ab alijs separantes. dicebam⁹ omnẽ illã collectionẽ eẽ rõanoꝝ genus.

Sensus

¶ Sensus vo facilis ⁊ expeditus est. si tm̃ vna ambiguitas soluatur. cũ. n. prius multitudinis significationez retulerit ad generis nomen: post autem ad procreationis initiũ: nunc contrario mõ illã posterius a se dinumeratã significationem dicere videt̃ priorẽ: q̃ ẽ procreationis: illaz vo posteriorẽ: que ẽ multitudinis qđ contrariũ videri põt: si quis ad ordinem superius digeste disputationis aspexerit. ꝫ hic non de se loquitur: sed de humani cõsuetudine sermonis: in quo pri⁹ eam significationez generis fuisse dicit: que a ꝓcreãte sit ducta. Accedente vo etate loquendi vsu nomen generis ẽt ad multitudinẽ habẽtem se quodãmõ ad aliquẽ fuisse translatũ. hoc vo iccirco dixit: qm̃ sup⁹ dixerat. hec. n. vi̇ ꝓmptissima significatio ut ab hac idest secunda quam promptissimam significationem dixit illa quoqz nuncupata videret̃: que est multitudinis. prius enim genus inter homines appellatũ ẽ. qđ quis a generante deduceret. post autẽ factũ est vt ꝑ loquendi vsũ ẽt multitudinis ad aliquã quodammõ se habẽtis genus diceretur ꝑ diuisionẽ. s. gẽtiũ: vt esset inter eas nominis societasqz discretio igit̃ his expletis venit ad tertiũ genus qđ inter phos tractat̃ cuiusqz ad dialecticam facultatez multus vsus est. horum quippe generum historia magis vel poesis tractat exordium. Tertium vo genus apud phos consideratur: de quo hoc modo loquitur.

¶ Aliter autẽ rursus dr̃ genus: cui supponitur spẽs ad horum fortasse similitudinẽ dictum. Etenim principium quoddã est hmõi genus earum q̃ sub ipso sunt specierum. videtur autem ⁊ multitudinez cõtinere oĩum que sub eo sunt specierum.

¶ Duplicem significationem gñis supra proposuit: nũc tertiam monstrare contendit. Hãc autẽ ad superiorũ similitudinẽ dictã eẽ arbitratur. Superi⁹ due dicte significationes sũt: vna qdẽ: cũ generis nomẽ q̃dã principij antiqtate ad se iunctã multitudinẽ cõtineret. Alia vo: cum genus ab vnoquoqz procreante duceretur: qđ eoꝝ que ꝓcreant̃ principiũ est. cũ igit̃ sint superius due generis significatiões proposite. Tertiuz nũc addit de quo inter phos sermo est: illud. s. cui supponit̃ spẽs. qđ iccirco genus vocatũ eẽ sub opinionis sue credit ambiguo qm̃ hꝫ aliquam similitudinẽ superiorũ. nam sicut illud genus qđ ad multitudinẽ dicit̃: vno solo nomine multitudinẽ claudit: ita quoqz gen⁹ plurimas spẽs coercet ⁊ cõtinet. Itẽ vt gen⁹ illud qđ scđm procreationẽ dr̃: principiũ quoddã est eoꝝ q̃ ab ipso procreãtur: ita gen⁹ spẽbus suis est principiũ. ergo qm̃ vtrisqz est simile: iccirco nomẽ quoqz gñis ⁊ hac significatiõe a superiorib⁹ mutuatũ eẽ verisimile ẽ

¶ Tripliciter igitur cum genus dicatur. de tertio apud philosophos sermo est: quod etiam describentes assignauerunt dicentes. genus esse quod de pluribus ⁊ differentibus specie in eo quod qd sit predicatur. vt. animal.

¶ Iure tertium genus philosophi ad disputationem sumũt hoc eniz solũ est: qđ substantiã monstrat. Cetera vo aut vnũ quidẽ ostendunt: aut quẽadmodũ a ceteris hoĩb⁹ in vna q̃si forma populi dundat̃ ostẽdit. nã illud qđ multitudinẽ cõtinet gen⁹: illius multitudinis quã cõtinet: substã nõ demõstrat. sed tm̃ vno noĩe collectionem facit ppl̃i: vt ab alterius generis ppl̃o segregetur Item illud qđ scđm procreationẽ dictum est: non rei procreate subam monstrat: ꝫ tm̃ quod ei⁹ fuerit ꝓcreationis initium. At vo genus id cui supponitur spẽs ad differentiam accõmodatum speciei substantiam informat. ⁊ q̄ inter phos hec maxima est q̃stio qd vnũqđqz sit. tunc. n. vnũ qđqz scire videmur: q̃n qd sit: agnoscimus. Iccirco reiectis ceteris de hoc genere q̃z maxime apud phos sermo est: qđ etiam describentes assignauerũt ea descriptiõe: quã subter innuit Diligẽter vo ait describẽtes. nõ dffinẽtes. de finitio. n. fit ex genere genus aũt aliud: qliter fit diffinitio: genus habere non poterit: idqz obscuri⁹ est: q̃z ut p̄nno adita dictum patet. fieri aũt põt: vt res q̃ alii genus sit: alii generi supponat̃ sed cum supponit̃ non quasi genus: sed tanq̃z spẽs sub alio collocatur. vnde non in eo q̄ genus est: supponi alicui põt: sed cũ supponitur illico spẽs fit: q̃ cum ita sint: ostẽditur gen⁹ ipsum in eo qđ est genus: genus habere non posse. si igitur voluisset genus diffinitiõe cõcludere nullo mõ potuisset. Genus enim aliud qđ ei posset preponi nõ habet: atqz iccirco descriptionem ait esse factam non diffinitionem. descriptio vo est (ut in priori volumine dictum est) ex proprietatibus informatio q̃dã rei: ⁊ tanq̃z colorib⁹ quibusdã depictio. Cum enim in vnum plura conuenerit: ita vt oĩa simul rei cui applicantur equentur: nisi ex genere vel differentijs hec collectio fiat. descriptio nũcupat̃. Est igit̃ discriptio hec gñis: gen⁹ ẽ qđ de plurib⁹ ⁊ differẽtib⁹ spẽ i eo qđ quid sit ꝑdicatur. Tria hec reqrũtur in genere: vt de plurib⁹ ꝑdicetur vt de spẽ differẽtib⁹: vt in eo q̄ qd sit. De q̃ re q̃m ipse posterius latius dispotat: nos breuiter huius rei intelligentiam significemus hoc mõ. Sit eniz nobis in forma generis aĩal: id de aliqb⁹ sine dubio ꝑdicat̃ hoĩe. s. equo: boue ⁊ ceteris: sed hec plura sũt aĩal igit̃ de plurib⁹ ꝑdicat̃ hõ vo: equus: atqz bos talia sunt: vt de se discrepẽt: nec q̃libet mediocri re: sed tota specie. i. tota forma sue subẽ: de quib⁹ dr̃ aĩal. hõ. n. ⁊ equus: ⁊ bos aĩalia nũcupant̃. ꝑdicatur ergo animal de plurib⁹ spẽ differentibus: sed quonã modo fit hec ꝑdicatio. nõ. n. q̄cq̄d interrogaueris mox aĩal rñdetur nõ. n. si quãt⁹ sit hõ interrogaueris: animal rñdebitur. hoc. n. ad quantitatem pertinet non ad substantiã. Itẽ si qualis est hõ interroges: ne huic qdez responsio cõuenit aĩalis: ceterisqz omnibus interrogationibus hanc animalis responsionem ineptã atqz inutilem semper esse reperies: nisi ei tm̃ apta est: que qd interroget. interrogantibus eniz nobis quid sit homo: quid sit equ⁹: quid bos: animal rñdebit̃. ita nomen animalis ad interrogationem quid sit de hoĩe equo atqz boue ac de ceteris ꝑdicabit̃. vñ fit vt aĩal predicetur de pluribus differentib⁹ specie in eo q̄ qd sit. Et qm̃ generis hec diffinitio est: aĩal hoĩs eq̃ bouis genus esse necesse ẽ. omne autem genus aliud est quod in semetipso: atqz in re intelligitur: aliud qđ ad alterius predicationẽ refertur. sua. n. proprietas ipsiuz esse constituit. ad alterũ relatio genus facit vt ipsum animal. si eius substantiam q̃ras: dicam substantiam esse animatam atqz sensibilem: hec igit̃ diffinitio rẽ demonstrat ꝑ se sicuti est: nõ tanq̃z referat̃ ad aliud at vo cũ dicimus aĩal genus eẽ: nõ (vt arbitror) tũc de re ipsa hoc nomen dicimus: sed de ea relatione q̃ põt animal ad ceterorum que sibi subiecta sunt: predicationem referri. Itaqz caracter quidam est ac forma generis in eo q̄ referri predicatione ad eas res potest: que cum sint plures ⁊ specie differentes: in earum tm̃ substantia predicatur huius autem diffinitionis rationem per exempla subiecit dicens.

¶ Eor enī q̄ predicant᷑. alia quidē de vno dicūtur solo sicut indiuidua, sicut socrates. ⁊ hic ⁊ hoc. alia vero de pluribus quemadmoduʒ genera ⁊ species ⁊ differentia ⁊ propria: ⁊ accidentia coīter sed non proprie alicui. Est autem genus: ut aīal. spēs vō: vt homo. differentia: vt rationale. proprium vt risibile: accidens. ut album nigrum: sedere.

¶ Omnium que p̄dicantur quolibet modo facit Porphyrius diuisionem: iccirco vt a reliqs oībus predicationem generis seiūgat ac separet hoc mō. Omniū inquit in p̄dicatis: alia de singularitate dicuntur: alia de pluralitate de singularitate vō inquit predicātur: quecunqȝ vnum quodlibet habent subiectuȝ: de quo dici possint: vt ea quibus singula subiecta sunt indiuidua: vt socrates: ⁊ plato: ut hoc album quod in hac niue ꝓposita est: ut hoc scānū in quo nunc sedemus: non omne scamnū (hoc enim vniuersale est) sed hoc quod nunc suppositū est. nec albū qꝺ in niue est (vniuersale enim est albū) sed hoc album quod in hac niue nunc esse conspicitur. hoc enim nō potest de quolibet alio albo predicari: quod in hac niue est: quia ad singularitatem deductuȝ est: atqȝ ad indiuiduam formaȝ constrictū est indiuidui participatione. Alia vō sunt que de plurib⁹ predicātur: vt genera species differentie ⁊ ꝓpria ⁊ accidentia cōmuniter sed non proprie alicui. ⁊ genera q̄dē ꝺ plurib⁹ p̄dicant᷑ speciebus suis. species vō de plurib⁹ predicātur indiuiduis. homo enim q̄ est aīalis species plures sub se homines habet de quibus appellari possit. Item equus qui subest aīali loco speciei: plurimos habet indiuiduos de quib⁹ predicat᷑: differentia vō ipsa quoqȝ de pluribus speciebus dici potest: vt rationale de homine ac de deo corporibusqȝ celestib⁹: que (sicut Platoni placet) animata sunt ⁊ ratione vigētia. ꝓprium item ⁊ si de vna specie predicat᷑: de multis tñ indiuiduis dicitur: que sub ipsa specie collocant᷑ vt risibile de platone socrate ⁊ ceteris indiuiduis dī que homini supponuntur. accidens etiam de multis dicitur album .n. ⁊ nigrum de multis oīno dici pōt: que a se genere speciequȝ seiūcta sunt. sedere etiaȝ de multis dī hō enī sedet: simia sedet: aues quoqȝ quarū species lōge diuerse sunt: accidens autem qm̄ cōmuniter accidens esse potest ⁊ ꝓprie alicui: iccirco determinauit dicens accidentia cōmuniter sed non proprie que eniȝ proprie alicui accidunt indiuidua fiunt: ⁊ de vno tm̄ valentia predicari: ⁊ ea que communiter accipiuntur: de pluribus dici queūt: vt enī de niue dictum est. illud album qꝺ in hac niue subiecta est: nō est cōmuniter accidēs sed ꝓprie huic niui que oculis ostensionīqȝ subiecta est. ita quoqȝ ex eo qꝺ communiter predicari poterat (de multis .n. album dici potest: vt albus equus alba nix) factū est: vt de vna tm̄ niue predicari illud albū possit: cuius participatiōe ipsiuȝ quale quid factū est singulare. Omnino autem oīa genera vel species vel differētias vel propria: vel accidentia: si p semetipsa speculemur ī eo q̄ genera vel species vel differentie vel propria vel accidentia sunt: manifestū est qm̄ de plurib⁹ predicātur. at si ea speculemur in quibus sūt vt scđm subiectum eoꝝ formam ⁊ subām metiamur euenit vt ex pluralitate p̄dicationis ad singularitateȝ videantur adduci. animal .n. qꝺ genus est: de plurib⁹ predicatur: sed cum hoc aīal in socrate consideramus ex pluralitate predicationis adducitur ad singularitatem. socrates .n. aīal est: ⁊ ipsum fit indiuiduū qm̄ socrates est indiuiduum ac singularis. Item homo de pluribus quidem hominibus predicatur: sed si illā humanitatem que in socrate est indiuiduo consideremꝰ indiuidua est: qm̄ socrates ipse indiuiduus est atqȝ singularis. item differentia vt rōnale de pluribus dici pōt: sed in socrate indiuidua est: risibile etiā cū ꝺ pluribus hoīb⁹ predicatur: fit vnicū. coīter quoqȝ accidens: vt album: cum de pluribus dici possit: in vnoquoqȝ singulari ꝓspectum indiuiduum est. Fieri autē potuit cōmodior diuisio hoc mō: vt eoꝝ que predicātur. alia quidem ad singularitatem dicuntur. alia ad pluralitatem eorum. que de pluribus p̄dicantur. alia scđm substantiā predicātur: alia scđm accidens: eoꝝ que scđm substantiam p̄dicātur: alia in eo qꝺ quid sit dicuntur: alia in eo q̄ q̄le. in eo q̄ qd sit quidem gen⁹ ⁊ spēs: ī eo q̄ q̄le sit differentia: item eoꝝ que in eo q̄ quid sit predicantur. alia de speciebus p̄dicant᷑ pluribus: alia minime: de spēb⁹ qdē plurib⁹ p̄dicāt᷑: vt genera: de nullis vō species: eorum aūt que scđm accidēs p̄dicantur: alia quidem sunt que de pluribus predicātur: vt accidentia: alia que de vno tm̄: vt propria. potest autem fieri etiam huiusmodi diuisio. eorum que p̄dicantur: alia de singulis p̄dicantur alia de plurib⁹ eorum que de pluribus: alia in eo q̄ quid sit: alia ī eo q̄ quale quid sit predicantur: ea que in eo q̄ quid sit: alia de differentibus speciebus dicuntur: vt genera. alia minime: vt species: eorum autem que in eo q̄ q̄le sit: de pluribus predicant᷑: alia quidem de differentibus specie predicantur: vt differentie ⁊ accidentia cōmuniter. alia de vno tm̄ spē: vt ꝓpria. eoꝝ vō que de pluribus differentibus specie in eo q̄ q̄le sit predicantur. alia in substantia predicantur: vt differentie: alia in cōiter eueniētibus: vt accidētia. Et per hanc diuisionē quinqȝ harum rerum diffinitiones colligi possunt hoc modo. Genus est quod de pluribus in eo q̄ qd sit spē differentibus p̄dicat᷑. spēs qꝺ de plurib⁹ minime specie differētibus ī eo q̄ qd sit predicatur: Differētia est qꝺ de plurib⁹ spē differentibus in eo q̄ quale sit in substātia p̄dicat᷑. Propriū ē q̄ de vna tm̄ specie ī eo q̄ q̄le sit nō in substātia p̄dicat᷑. Accñs est quod ꝺ pluribus ⁊ specie differentib⁹ in eo q̄ q̄le sit non in substantia p̄dicatur. Et nos qdem has diuisiones fecimus: vt oīa a semetipsis separemus. Porphyrio vō alia intentio fuit. Non .n. oīa a semetipsis nunc disiungere festinabat: sed tm̄ vt cetera a generis forma ⁊ proprietate separaret. Iccirco diuisit oīa que p̄dicantur. aut in ea que de singulis p̄dicātur. aut in ea que de pluribus: ea vō que de pluribus predicātur: aut genera esse dixit: aut species: aut cetera. hoꝝ quoqȝ exempla subijciens adiūgit.

¶ Ab his ergo que de vno solo p̄dicātur. differūt genera. eo q̄ hec de pluribus dicūtur Ab his aūt q̄ de pluribus. a speciebus qdem primuȝ. qm̄ spēs ⁊ si de pluribus p̄dicantur. non tñ de differentib⁹ specie. sed numero. hō enim cum sit species. de socrate. ⁊ de platone p̄dicat᷑ qui nō specie a se inuicē differunt sed numero. Aīal vō cum sit genus. de hoīe equo. ⁊ boue predicatur. qui differunt a se inuicem specie, non numero solum. A proprio vō differt genus. qm̄ proprium de vna sola spē cuius est proprium predicatur. ⁊ de his que sub vna specie sunt indiuiduis. quemadmoduȝ risibile de homine solo. ⁊ de particularibus hominibus genus autem non

autem non de vna solum specie predicatur sed de pluribꝰ ⁊ differentibꝰ. A differentia vo ⁊ ab his coiter sunt accidentia. differt genus. qm̄ ⁊ si de pluribus ⁊ differentibus specie predicentur differentie. ⁊ coiter accidentia. non tn̄ in eo quod qd sit dicimꝰ predicari: sed potius in eo ꝙ quale est. Interrogantibus enim quid est illud de quo predicantur hec. genus responde bimus. differentias autem ⁊ accidentia non respondebimus. Non enim in eo ꝙ quid est prediCātur de subiecto. sed magis in eo ꝙ quale sit. Interrogantibus enim qualis est homo dicimus ꝙ ratōnalis. ⁊ qualis est coruus. dicimus ꝙ niger. Est autem rōnale differētia. nigrum vo accidēs. qn̄ autem qd est homo interrogamur. aial respondemus. est autem genus hominis animal.

¶ Nunc genus a ceteris oībus: q̄ quolibet modo p̄dicātur: separare contendit hoc modo. Qm̄ enim genus de pluribus predicatur. statim differt ab his quidem que de vno tm̄ predicātur: ⁊ que vnūquodlibꝫ habēt indiuiduū: ac singulare subiectū: ꝫ hec differētia generis ab his que de vno solo p̄dicantur cois est ei cū ceteris. i. spē differentia: ꝓprio atqꝫ accidēti. Iccirco qm̄ ipsa quoqꝫ de pluribus p̄dicant̄. hoꝝ igit̄ singulorꝫ differētias a genere colligit: ut solū intelligēdū genꝰ q̄le sit sub animi deducat aspectū dicēs. Ab his autem q̄ de pluribus. i. ab his q̄ de pluribus p̄dicant̄ differt genus: a speciebus quidē primū qm̄ spēs ⁊ si de pluribꝰ p̄dicantur: nō tn̄ de differētibꝰ spē: sed numero. Spēs enī sub se plurimas spēs habere nō poterit: aliogn genus non spēs appellaret̄. Si. n. genus est qd de pluribus spē differentibꝰ ⁊ in eo ꝙ qd sit predicatur: cū species de pluribus predicatur ⁊ in eo ꝙ qd sit: huic si addatur: vt de specie differentibus p̄dicetur: forma speciei transit in genus. id quodqꝫ exemplo intelligi fas est. hō enim cū sit species: predicatur de socrate platone ⁊ ceteris que a se non spē disiuncta sunt sicut. homo atqꝫ equꝰ vel bos: sed numero. que quidē habent dubitationem qd sit. hoc ꝙ numero dicitur differre. Numero eniꝫ differre aliqd videbitur quotiēs numerꝰ a numero differt: vt grex bouiū: qui fortasse continet trigīta boues: differt numero ab alio bouium grege: si centum continet in se boues. in eo enim ꝙ grex est: non differunt: neqꝫ in eo ꝙ boues: nisi numero quidem differunt: ꝙ illi plures illi vo sunt pauciores. Quō ergo socrates ⁊ plato specie non differunt: sed numero: cū ⁊ socrates vnus sit ⁊ plato vnus: ⁊ vnitas numero ab vnitate non differat: sed ita intelligēdū est qd dictū est numero differentibus. i. in numerando differentibus: hoc ē duꝫ numerantur differentibus. cum enim dicimus hic plato est: hic socrates duas fecimus vnitates: ac si digito tāgamus dicentes: hic vnꝰ est de socrate: rursus de platone: hic vnus est: nō eadē vnitas in socrate numerata est que in platone. aliogn posset fieri: vt secūdo tacto socrate plato etiā demonstraret̄: qd nō fit. nisi enim tetigeris socratem vel mēte vel digito: itēqꝫ nisi tetigeris platonē: non facies duos dum numerant̄. ergo differūt q̄ sunt numero differētia: aial vo cum genꝰ sit: de hoīe ⁊ boue ⁊ equo p̄dicatur qui differunt a se inuicem spē quoqꝫ non numero solo. cū igitur species de numero differētibus non spē p̄dicetur genus de pluribꝰ ⁊ differentibꝰ spē dicit̄: vt de boue ⁊ equo ⁊ de ceteris que a se spē inicē differūt non numero solo. Tribus enī modis vnūquodqꝫ vel differe ab aliquo dī: vel alicui idem esse. i. genere spē numero. quecūqꝫ igit̄ genere eadē sunt: nō necesse ē esse eadem spē: vt si eadē sīut genere differant spē. si vo eadem sunt spē. genere eadē esse necesse est: vt cū homo atqꝫ equus idē sunt genere (vterqꝫ enim aīal nuncupat̄) differunt spē: qm̄ alia ē hoīs spēs: alia eq. Socrates vo atqꝫ plato cū idē sīut specie: idē quoqꝫ sunt genere: vterqꝫ. n. sub aīalis p̄dicatiōe pōit̄. si qd vo vel genere vel spē idē fit: nō necesse est idem esse numero. qd sit numero: idē ⁊ specie ⁊ gn̄e si idez esse necesse ē. vt socrates ⁊ plato: cū ⁊ genere aīalis ⁊ spē hominꝫ idē sint. numero tn̄ reperiūt̄ esse disiūcti gladius vo atqꝫ ensis idē sunt numero: nihil. n. oīno aliud est ensis quā gladius: ꝫ nec specie diuerse sūt vn̄ qꝫ enim gladius est: nec genere: vtrūqꝫ enī instrumētū est: qd est gladii genus: qm̄ igit̄ hō bos atqꝫ equꝰ de quibus animal p̄dicatur: spē differunt: numero ergo etiam eos differre necesse est. iccirco hoc plus hꝫ genus qd a specie differentibus p̄dicat̄. nā si integrā generis diffinitionem demus: dabimus hoc mō. Genus est qd de pluribus differentibus spē ⁊ numero in eo ꝙ qd sit p̄dicatur. At vo sic species. Spēs est ꝙ nō solū de pluribus ⁊ differentibus numero in eo ꝙ qd sit p̄dicatur. a ꝓprio vo differt genus: qm̄ propriū de vna sola specie: cuius ē ꝓpriū p̄dicat̄: ⁊ de his q̄ sub vna spē sūt īdiuiduis. quēadmodū risibile de homine solo: ⁊ de particularibus hoībus ꝓprium sp specie ei vni adesse p̄t: neqꝫ eā relinqt: nec transit ad aliā atqꝫ iccirco propriū nuncupatū est. vt risibile hoīs ē. itaqꝫ ⁊ de eā spē cuius est propriū p̄dicat̄: ⁊ de his indiuiduis: q̄ sub illa sunt spē: ut risibile de hoīe dicitur ⁊ de socrate ⁊ de platōe ⁊ ceteris: q̄ sub hoīs noīe cōtinētur. genus vo nō de vna tm̄ specie: vt dictū ē: sed de pluribus ⁊ differētibus specie. differt igit̄ genus a proprio eo ꝙ de pluribus speciebꝰ p̄dicat̄: cū ꝓpriū de vna tm̄ de qua dī appellet̄: ⁊ his que sub illa sunt indiuiduis. Differentie atqꝫ accidētis discrepātia a genere vna sepatiōe concludit̄. Oīno. n. qꝛ hec in eo qd qd sit minime p̄dicant̄: eo ipso segregant̄ a genere. nā in ceteris ꝓpiqua sunt generi: nā ⁊ de pluribꝰ p̄dicantur: ⁊ de spē differentibus: sed nō in eo ꝙ qd sit. Siqs. n. interroget qualis est hō: r̄ndetur rōnalis q̄ est differentia: Siqs interroget qualis est coruus: dī niger: qd est accidens. Si autez interroges qd est hō: aīalis r̄ndebitur: qd est genus. Qd vo ait. nec in eo ꝙ qd sit predicari dicimus: ꝫ magis in eo ꝙ q̄le sit hoc magis q̄stioni occurrit hmōi. Arist. n. differētias in subā putat oportere p̄dicari: qd aūt in subā p̄dicatur hāc rē de qua p̄dicat̄: non quale sit: ꝫ qd sit. ondit vnde nō videt̄ differentia in eo ꝙ quale sit p̄dicari: ꝫ potiꝰ in eo ꝙ qd sit. sed soluit̄ hoc mō. differentia. n. ita subām demōstrare solet; vt circa subām q̄litatem determinet. i. subām q̄litatē ꝓferat. qd ergo dictū ē magis: tale est tanqꝫ si diceret. videt̄ qdē subāꝫ significare: atqꝫ ī eo ꝙ qd sit p̄dicari. Sꝫ magis illud ē verius: qꝛ tā ⁊ si subāꝫ mōstret: tn̄ ī eo ꝙ q̄le sit p̄dicat̄.

¶ Quare de pluribus p̄dicari: diuidit genꝰ ab his que de vno solo dicūtur: sicut indiuidua. de differentibus vo spē separat genus ab his q̄ sicut spēs p̄dicātur. vel sicut ꝓpria. in eo qd sit p̄dicari diuidit a differētiis ⁊ coiter accidentibus. que non in eo ꝙ quid predicatur sed magis in eo ꝙ quale est vel quomodo se habens.

¶ Tria hec esse diximus que significationē hāc tertiā generis informarent: idest de pluribus predicari: de specie differentibus: ⁊ in eo ꝙ quid sit. qua singule partes genus a ceteris que quomodolibet predicantur distribuunt ac decernunt quod ipse breuiter colligens dicit: id enim quod de pluribus predicatur genus ab his diuidit que de vno tantum predicantur indiuiduo. Indiuiduū autem pluribꝰ modis dicitur dicitur indiuiduum qđ omnino secari non potest: vt vnitas vel mens. dicitur indiuiduum: quod ob soliditatem diuidi nequeat: vt adamas. dicitur autem indiuiduum cuius predicatio in reliqua similia non conuenit: vt socrates. nam cum illi sint ceteri homines similes: nō cōuenit ꝓpetas ⁊ ꝑdicatio socratis ī ceteris ergo ab his que de vno tm̄ predicantur genꝰ differt: eo ꝙ de pluribus predicatur. Restant igitur quattuor species ⁊ proprium ⁊ differentia ⁊ accidens: quorū a genere differentias colligamus. singulis igitur differentijs ab his rebus segregabit genus. ea qdē differentia qua de specie differentibus predicari genus dicitur: separatur ab his que sicut species ꝑdicātur vel sicut propria species: species enim omnino de nulla alia specie dicet ꝓpriū vō de vna tm̄ specie ꝑdicatur: atqꝫ ideo non de specie differentibus. Item genus a differentia ⁊ accidente differt: quod in eo ꝙ quid sit predicatur: illa vō in eo quod quale sit appellantur vt dictum est. itaqꝫ genus quidem ab his que de vno predicantur: differt in quantitate predicationis. a speciebus vō ⁊ proprio in subiectorum natura: qm̄ genus de specie differentibus dicitur: propriū vō ⁊ species minime. Itē genus in qualitate predicationis a differentia accidentiqꝫ diuiditur. Qualitas enī predicationis quedā est: vel in eo quod quid sit. vel in eo quod quale sit predicari.

¶ Nihil igitur neqꝫ superfluum: neqꝫ minus continet generis dicta descriptio notionis.

¶ Omnis enim descriptio vel diffinitio debet ei quod diffinitur equari. si enim diffinitio non sit equalis: ⁊ si quidem maior sit: etiam quedam alia continebit: nō necesse est vt semper diffiniti substantiam monstret si minor sit: ad omnem diffinitionem substantie non ꝑuenit. oīa enī que maiora sunt de minoribus ꝑdicātur: vt animal de homine: minora vō ꝑde maioribus minime. nemo enim vere dicere potest. omne animal homo est. atqꝫ iccirco si sibi predicatio conuertenda est equalis oportet vt sit. id autem fieri potest: si neqꝫ supfluū qcq̄ꝫ habet neqꝫ diminutū: vt in ea ipa generis descriptione. dictū est enim genꝰ esse qđ de pluribus differentibus specie in eo ꝙ quid sit predicatur que descriptio cum genere conuerti pōt: vt dicamus ꝙ de pluribus specie differentibus in eo ꝙ quid sit ꝑdicetur: id genus esse. quod si conuerti potest (vt ait) nec plus nec minus generis cōtinet facta descriptio.

Superior disputatio de genere videt forsitan omnem etiā speciei consumpsisse tractatum nam cum genus ad aliquid predicetur: idest ad speciem cognosci natura generis non potest: si speciei que sit intelligentia nesciatur Sed qđ diuersa est in suis naturis eorum consideratio atqꝫ discretio diuersa in ꝑnuntijs: iccirco sicut singula in probemio proposuit ita cuncta diuidere persequitur: ac primum post generis disputationē de specie tractat: de qua quidē dubitari potest .s.ii. hec fuit ratio preponendi generis rebus omnibus ꝙ nature sue magnitudine cetera cōtineret: nō equū erat speciem differētie in ordine tractatus anteponere: ꝙ differentia speciem contineret: cū presertī differentie ipsas species informent: prius autē est ꝙ informat qꝫ id quod eius informatione perficitur. Posterior igitur species a differētia est: prius igitur de differentia tractandum fuit: ⁊ in probemio etiam cōsentiret: in quo eū ordinem collocauit: quē naturalis ordo suggessit: dicens vtile esse nosce qđ genus sit: ⁊ quid differentia. huic respondendū est questioni: qm̄ omnia quecūqꝫ ad aliquid predicantur: substantiam semper ex oppositis sumunt. vt igitur non potest eē pater nisi filiꝰ sit nec filius nisi ꝑcedat pater: alterius qꝫ nomen pendet ex altero: ita etiā in genere ac specie videre licet. species quippe nisi generis non est: rursusqꝫ genus esse non potest nisi referatur ad speciem nec vō substantie quedam aut res absolute esse putāde sunt genus ac species: vt superiꝰ quoqꝫ dictum est sed quicquid illud est quod in nature proprietate consistat: id tunc genus fit ac species: cum vel ad inferiora vel ad superiora referuntur. Quorū ergo relatio est ad alterutrum: eorum continēs factus est iure tractatus. de specie igit incohoans ait hoc modo.

Species autem dicitur quidem ⁊ de vniuscuiusqꝫ forma: scđm quod dictum est Priami quidē species digna est imperio: dicitur autem species ⁊ ea que est sub assignato genere: scđm quod solemus dicere: hominem quidem speciem aīalis: cum sit genus animal: album autem coloris speciem: triangulū vero figure speciem.

¶ Sicut generis supra distinxit significationes equiuocas: ita quidem in specie facit dicens non esse speciei simplicem significationem. ⁊ ponit quidē duas: longe autem plures esse manifestum est: quas iccirco preterijt ne lectoris animum prolixitate confunderet: dicit autem primum quidem speciem vniuscuiusqꝫ figuram vocari: que ex accidentium congregatione perficitur: cautissime autem dictum est vniuscuiusqꝫ: hec enim scđm accidens dicitur. que etiā vniuscuiusqꝫ forma indiuiduo est: ea non ex substantiali quadā forma species: sed ex accidentibus venit. alia est enim substantialis forme species: que humanitas nuncupatur: eaqꝫ non est quasi supposita aīali: sed tanqꝫ ipsa qualitas substantiā monstrans: hec enim ⁊ ab hac diuersa est: que vniuscuiusqꝫ corpori accidentaliter īsita est: ⁊ ab ea que genus deducit in partes. postremum vō plura sunt: que cum eadem sint: diuersis tn̄ modis ad aliud atqꝫ aliud relata intelligūtur: vt hāc ipsam humanitatem in eo ꝙ ipsa est si perspexeris spēs est ea que substantialem determinat qualitatem si sub animali eam intelligendo locaueris deducit animalis in se participationē: separaturqꝫ a ceteris animalibus. ac fit species generis: ꝙ si vniuscuiusqꝫ proprietatem consideres: idest quam viridis vultus: quā firmus incessus: ceteraqꝫ quibus indiuidua conformantur. ⁊ quodammodo depinguntur: hec est accidens species: scđm quam dicimus quēlibet imperio eē aptū propter forme eximiam dignitatē. huic aliam adiungit speciei significationem: idest eam quam supponimus generi. Nos vō triplicem speciei significationē esse subijcimus: vnam quidem substantie qualitatem aliam cuiuslibet propriā formam indiuidui: tertiam de qua nunc loquitur que sub genere collocatur. Credendum vō est propter obscuritatem eius quam nos

adiecimus

adiecimus: quia nimirum altiorem atq; eruditiorem quereret intellectum: eam tacite preterisse: ceteras q; edidisse. cuius quidem speciei hec exempla subiecit & hominem quidem esse aialis speciem: album autem coloris: triangulum vero figure. hec enim omnia species nuncupantur eorum que sunt genera: animal quidem hominis: color autem albi: figura trianguli.

¶ Quod si etiam genus assignantes speciei meminimus dicentes quod de pluribus & differentibus specie in eo quod quid predicatur & speciem dicimus id quod sub assignato genere est.

¶ Dudum autem cum generis descriptionem assignaret in generis diffinitione speciei nomen iniecit dicens: id esse genus quod de pluribus specie differentibus in eo quod quid sit predicaretur: vt scilicet per speciei nomen diffiniret genus. nunc vero cum speciem diffinire contendat generis vtitur nuncupatione dicens: speciem esse: que sub genere ponatur: cui quidem dicto illa questio iure videtur opponi. omnis enim diffinitio rem declarare debet. quam diffinitione concludit: eam q; apertiorem reddere: quam suo nomine monstrabat. Ex notioribus igitur fieri oportet diffinitionem quam res illa sit: que diffinitur. cum .n. per speciei nomen describeret: vel diffiniret genus: abusus est vocabulo speciei velut notiore quam generis: atq; ita ex notioribus descripsit genus: nunc vero cum speciem vellet termino descriptionis includere: generis vtitur nomine: rerum conuertit notionem: vt in generis quidem descriptione sit notius speciei vocabulum: in speciei autem descriptione sit notius generis: quod fieri nequit si enim generis vocabulum notius est quam speciei: in diffinitione generis speciei nomine vti non debuit. Quod si speciei nomen facilius intelligitur quam generis in diffinitione speciei nomen generis non fuit apponendum: cui questioni occurrit dicens.

¶ Nosse oportet quod quoniam genus & alicuius est genus: & species alicuius est species: idcirco necesse est & in vtrorumq; rationibus vtrisq; vti.

¶ Omnia quecunq; ad aliquid predicantur: ex his de quibus predicantur: substantiam sortiuntur: quod si diffinitio vniuscuiusq; substantie proprietatem debet ostendere: iure ex alterutro fit descriptio in his que ad se inuicem referuntur. ergo quoniam genus speciei genus est: & substantiam suam & vocabulum genus a specie sumit: in diffinitione generis speciei nomen fuit aduocandum. Quoniam vero species id quod est sumit ex genere: nomen generis in descriptione speciei non fuit relinquendum. quoniam vero diuerse sunt specierum qualitates. alie enim sunt species: que & genera esse possunt: alie que in sola speciei proprietate permanent: neq; in naturam generis transeunt. iccirco multiplicem speciei diffinitionem dedit dicens.

¶ Assignant ergo & sic speciem. Species est que sub genere ponitur: & de qua genus in eo quod quid sit predicatur. Amplius autem sic quoq;. species est que de pluribus & differentibus numero in eo quod quid sit predicatur: sed hec quidem assignatio specialissime est. & quid solum species est: alie vero & non specialissimarum.

¶ Tribus species diffinitionibus informauit: quarum quidem due omni speciei conueniunt: omnesq; que quolibet modo species appellantur. suam conclusionem determinant: tertia vero non ita: cum enim due sint specierum forme: vna quidem est cum species alicuius aliquando etiam alterius genus esse potest altera cum nisi species est neq; in formam generis transit. Priores due: vna .s. in qua quidem dictum est id esse speciem quod sub genere ponitur: & rursus in qua dictum est id esse speciem: de qua genus in eo quod quid sit predicetur: omni speciei conueniunt. Id enim tantum he diffinitiones monstrant: quod sub genere ponitur nam vnum significat speciei: qua refertur ad genus & ea que dicit id esse speciem: de quo genus in eo quod quid sit predicatur: eam rursus significat speciei formam quam retinet ex generis predicatione. idem est autem & supponi generi: & de eo predicari genus sicut idem est supponi generi & ei genus preponi. Quod si omnes species collocantur sub genere: manifestum est omnem speciem hoc ambitu descriptionis includi. Sed tertia diffinitio de ea tantum specie loquetur: que nunquam genus est: & que solum species restat. hec autem species est ea: que de differentibus specie minime predicatur. nam si id habet genus plus a specie: quod de differentibus specie predicatur: si qua species quidem predicetur de subiectis: sed non de specie differentibus: ea solum erit species superioris generis: subiectorum vero non erit genus. igitur predicatio ea quam species habet ad subiecta: si talis sit vt de differentibus specie non predicetur: distinguit eam ab his speciebus que genera esse possunt. & monstrat eam solum speciem esse nec generis predicationem tenere dicitur. Illa igitur tertia descriptio speciei que magis species ac specialissima diffinitur hoc modo. Species est quod de pluribus numero differentibus in eo quod quid sit predicatur. vt homo: predicatur enim de cicerone ac demosthene & ceteris qui a se (vt dictum est) non specie sed numero discrepant. Ex tribus igitur diffinitionibus duabus quidem & specialissimas & non specialissimas species claudit: hec vero tertia solum vltimam speciem tangit. Ut autem apertius id liqueat paulo altius rem orditur: eamq; congruis illustrat exemplis.

¶ Planum autem erit quod dicitur hoc modo. In vnoquoq; predicamento sunt quedam generalissima: & rursus alia specialissima: & inter generalissima: & specialissima sunt alia. Est autem generalissimum quidem. supra quod non est aliud superueniens genus. Specialissimum autem post quod non est alia inferior species. Inter generalissimum autem & specialissimum alia genera & species sunt eadem: ad aliud tamen & ad aliud sumpta. Sit autem manifestum in vno predicamento quod dicitur. substantia est quidem & ipsa genus: sub hac autem est corpus: & sub corpore animatum corpus. sub quo animal. sub animali vero rationale animal: sub quo homo sub homine vero socrates & plato: & qui sunt particulares homines. Sed horum substantia quidem generalissimum est & genus solum. homo vero specialissimum & solum species. corpus vero species est substantie: genus vero corporis animati. & animatum corpus species quidem est corporis: genus vero animalis: animal vero species quidem est corporis animati. genus vero animalis rationalis sed rationale animal species quidem est animalis. genus autem hominis homo vero species est rationalis animalis. non autem genus

particularium hominum. sed solum species. ⁊ oẽ quod ante indiuidua proximum est species erit solum. non etiam genus.

¶ Predidicimus ab aristo. decem predicamenta esse disposita: que iccirco predicamenta vocauerit: quoniam de ceteris omnibus predicantur: si quicquid vero de alio predicatur si non potuerit predicatio conuerti: maior est res illa que pdicatur: ab ea de qua predicatur. Itaq; hec predicamenta maxima omnium rerũ quoniam de omnibus predicantur: ostensa sunt. In vnoquoq; igitur horum predicamentorum quedam generalissima sunt genera: ⁊ longa series specierum atq; a maximo decursus ad minima. Et illa quidem que de ceteris predicantur vt genera: neq; vllis alijs supponuntur ut species: generalissima genera nuncupatur. Iccirco quia his nullum aliud supponitur genus. Infima vero que nullis speciebus dicuntur: specialissime species appellantur iccirco quoniam integrum cuiuslibet rei vocabulum illa suscipiunt: que pura iuxtaq; in ea de qua queritur proprietate sunt constituta. at quoniam species id quod species est ex eo habet nomen: quia supponitur generi: ipsa erit simplex species: si ita generi supponatur vt nullis alijs differentijs preponatur vt genus. Species, enim que sic supponitur generi alij: vt alij preponatur. non est simplex species: sed habet quãdã generis mixtionẽ. illa vero species que ita supponitur generi vt minime speciebus alijs preponatur: illa solum species simplex est species: atq; iccirco ⁊ maxime est species: ⁊ specialissima nuncupatur. inter genera igitur que sũt generalissima ⁊ species que sunt specialissime: in medio sunt quedam que superioribus qdeꝫ collate sunt species: inferioribus vero genera: hec subalterna genera nuncupantur: q̄ ita sunt genera vt alterum sub altero colloctur. Quod igitur genus solum est: id dicitur generalissimum genus: que vero sunt genera ut esse species possint: vel ita species vt sint genera nonnumq̃ꝫ subalterna genera vel species appellantur. qđ vero ita est species vt alij genus esse non possit: specialissima species dicitur. His ergo positis sumam⁹ predicamenti vnius exemplũ: vt ab eo in ceteris quoq; predicamentis atq; in ceteris generibus vt speciebus filo atq; ordine quod eueniat possit agnosci. substantia ergo generalissimum genus est. hoc enim de cunctis alijs predicatur: ac primuꝫ huius species due sunt. corporeum: ⁊ incorporeum. naꝫ ⁊ quod corporeũ est substantia dicitur: ⁊ item quod incorporeum est substantia predicatur. sub corporeo v̄o animatum atq; inanimatum corpus ponitur. Sub animato corpore animal ponitur. nam si sensibile adijcias animato corpori animal facis. reliqua v̄o pars idest species cõtinet inanimatum ⁊ insensibile corpus. Sub animali autem rationale atq; irrationale. Sub rationali deus ⁊ homo. nam si rationali mortale subieceris hominem constitues: si imortale deum. deuꝫ vero dico corporeum. hunc enim mundum veteres deum vocabant: ⁊ Iouis eum appellatione dignati sunt: deumq; solem ceteraq; celestia corpora: que animata esse tum Plato: tum plurimus doctorum chorus arbitratus est. sub homine v̄o indiuidui singularesq; hoĩes sunt ut Plato Cato Cicero: quorum numeruꝫ pluralitas infinita non recipit: cuius rei subiecta descriptio ponit exemplum.



¶ Superius disposita descriptio ordinẽ a generalissimo vsq; ad indiuidua predicationis ostendit. in qua quidem substantia generalissimũ dicitur genus: quoniam preposita est oĩbus: nulli vero ipsa supponitur: ⁊ solum genus propter eandem scilicet dicitur causã homo autem species solum. quoniam Plato Cato Cicero quibus est ipsa preposita: non differunt specie sed numero tantum. Corporeuꝫ v̄o quod scđm a substantia collocatur: ⁊ species esse probatur ⁊ genus: substantie species genus animati. at vero animatum genus est animalis corporei species. est autem animatum genus sensibilis. animatũ vero sensibile animal est igitur ipsum animatum propter propriam differẽtiam que est sensibile: recte genus dr̄ cẽ aĩalis animal vero rationalis genus est: ⁊ rationale mortalis cumq; ratõale ⁊ mortale nihil aliud sit q̃ꝫ homo: rationale sit animalis species: hominis vero genus: homo v̄o ipse species: catonis platonis ciceronis nõ erit (vt dictum est) genus sed solum spẽs. nec solum differentie ratiõalis species est homo. verũ etiã catõis ⁊ platonis ceteroꝝq; species appellatur: pp diuersaꝫ .s. causam. nam rationalis iccirco est species: quĩ rationale per mortale atq; imortale diuiditur. cum sit hõ mortale. ideꝫ v̄o homo species est platonis atq; ceterorum: in forma enim eorũ omniũ homo erit substantialis atq; vltima similitudo. Est autem communis omnium regula: esse eas species specialissimas que supra sola indiuidua collocantur: vt homo equus coruus: sed non auis. auium namq; multe sunt species: sed he tantum species dicuntur esse. quorum subiecta ita sibi sunt consimilia: vt substantialem differentiam habere non possint. In omni autem dispositione priora genera cum inferioribus coniunguntur. vt posteriores efficiant species. nam vt sit corpus substantia cum corporalitate coniungitur: ⁊ est substantia corporea corpus. Item vt sit animatum corporeum atq; substãtia animato copulatur: ⁊ est animatum substantia corporea habens animam: Item vt sit sensibile: eidem tria superiora illa iunguntur. Naꝫ quod est sensibile: tantum est quantum substantia corporea animata retinens sensum: quod tantum animal est. Item superiora omnia rationali iuncta rationale efficiunt: postremo hominem superiora omnia nihilominus terminant: idest substantiam hominis. addito tamen rationali ⁊ mortali. est enim homo substantia corporea animata sensibilis ratiõalis mortalis.

mortalis. Nos vero diffinitionem hominis reddimus dicentes. animal rationale mortale. in animali scilicet includentes ⁊ substantiam ⁊ corporeum ⁊ animatum atq; sensibile. ⁊ in ceteris quidem speciebus atq; generibus ad hunc modum vel diuidūť genera: vel species describuntur.

¶ Quemadmodum igitur substantia cum suprema sit eo quod nihil supra eam sit genus est generalissimum: sic ⁊ homo cum sit species. post quam non est alia species: neq; aliud eorum que possunt diuidi in species sed solum indiuidua. indiuiduū enim est socrates ⁊ plato: species erit solum. ⁊ vltima species. vt dictum est: specialissima. que vō sūt in medio. eorum quidem que supra ipsa sunt species erunt. eorum vero que post ipsa genera sunt q̃re hec quidem duas habent habitudines, illam q̃ est ad superiora. secundum quam species dicūtur esse ipsorum. ⁊ eam que est ad posteriora. secundū quam genera ipsorum esse dicuntur. Extrema vō habent vnam habitudinem. nam ⁊ generalissimū ad ea que posteriora sunt. habet habitudinem. cū genus sit omnium id quod est suppremum. eā vō que est ad superiora non habet cum sit suppremū ⁊ principium primum ⁊ vt diximus. supra qđ non est aliud superueniens genus. Specialissimū aūt vnam habet habitudinem. eam que est ad superiora. quorum est species. eam vero que est ad posteriora non diuersam habet. sed ⁊ indiuiduorū species dicitur. Sed species quidem dicitur indiuiduorum velut ea continens. species vero superiorum velut ea que ab illis continetur.

¶ Ex propoitione speciei nomen etiam generis ostenditur nam vt genus: quoniam non hȝ genus supra se generalissimū genus dicitur: vt substantia: ita spēs qm̄ non habet sub se speciem sed indiuidua: specialissima species dicitur: vt homo. quid aūt est species nō habere sub se. i. his preesse: que neq; in dissimilia diuidi possunt: vt genera diuiduntur: neq; in similia secantur vt species. Que vero inter genera generalissima: speciesq; specialissimas cōstituta sunt: ille vō species ⁊ genera nuncupantur: que ⁊ ipsa aliis supponūtur: ⁊ his alia subijciuntur. Quoꝝ in dissimilia vel in similia possunt esse partitiones. Cūq; due habitudines ⁊ quasi comparationes sint opposite: que in omnibus generibꝰ speciebusq; versantur: vna quidē q̃ ad superiora respiciat: vt specierum que suis generibus supponūť: alia vero que ad inferiora: vt generum cū speciebus proprijs preponūť: generalissima quidē genera vnam tm̄ retinent habitudinē eaȝ. s. que inferiora amplectiť: illā vero que ad ꝑposita cōparatur non habet. Generalissimū enī genꝰ nulli supponitur. Itē species specialissima vnā possidet habitudinē per qȝ s. ad sola genera cōparatur. Illam vō que ad inferiora cōmittitur: non habet. nullis enim speciebus ipsa preponiť. at vō que subalterna sūt genera vtraq; habitudine funguntur: nam ⁊ illam possident que ad superiora respicit: qm̄ que subalterna sunt, habent supposita genus: ⁊ illam que de inferiorib⁹ predicať. habent enī subalterna genera supposita species vt corporeū ad substantiam quidē eam retinet habitudinē qua potest poni sub genere: ad animatū vero eam q̃ potest de specie predicari. Specialissime vero species licet ipse indiuiduis preponāť: tamē suppositi habitudinē non habēt: iccirco qm̄ illa que speciei vltime supponunť: talia sunt: vt quantum ad substantiā vnū quodam sint non habentia substantialem differentiam sed accidentalem. efficitur ergo vt numero saltem distare videantur: vt pene dici possint ⁊ pluribus preesse species: ⁊ quodāmodo nulli omnino esse ꝑposite. nā cum species substantiam monstrat: vna est oīuȝ indiuiduorum sub specie positoꝝ substantia: quodāmodo nulli preposita est si ad substantiā quis velit aspicere. at si accidentia quis consideraret: plures de quibus predicatur species fiunt non substantie diuersitate sed accidētiū multitudine. itaq; fit vt genꝰ quidem semper plurimas sub se habeat spēs. de differētibus enim specie predicatur. differentia vero nisi pluralitati nō cōuenit. at vō species ēt vni aliq̄ indiuiduo ꝑesse potest. si enī vnus (vt perhibetur) est phenix: phenicis species de vno tm̄ indiuiduo predicať. Solis etiā species vnū solem intelligitur habere subiectū. ita nullam multitudinē species per se continet cum etiā si vnū sit tm̄ īdiuiduū: speciei tamē nō pereat intellectꝰ. quibusdā enī suis quasi similibus partibꝰ preest. vt si eris virgulā in partes suas vel ereas particulas diuidas scđm id qđ es diciť ⁊ partes esse intelligiť: ⁊ totū. Iccirco dictā speciem licet: ⁊ si sit in diuiduis preposita vnā tm̄ habitudinē possidere: illā vnam. s. qua species est. quādo enim prepositis subditur: species nuncupatur: ⁊ est superiorum species tanq̃ȝ subiecta: inferiorū quoq; species: iccirco quoniaȝ eoꝝ substantiā demonstrat. Nec ita ē species substātia indiuiduoꝝ: quemadmodū speciei genus. illud. n. pars substantie: vt animal hominis. Relique enī partes rationale atq; mortale addūtur animali ad diffinitionē dāȝ substantiā hominis. homo vō Socratis atq; Ciceronis tota substantia est: nulla enim additur differentia substantialis ad hominem: vt Socrates fiat aut Cicero: sicut additur animali rationale atq; mortale: vt homo integra diffinitione claudatur. Iccirco igitur species specialissima tm̄ est species: atq; hanc solam possidet habitudinem: ad superiora quidē quoniam ab his continetur: ad inferiora: vero qm̄ substātiam eorum format ⁊ continet.

¶ Determinant ergo generalissimum ita quod cū genus sit non est species. ⁊ rursus supra quod non est aliud supraueniens genꝰ. specialissimū vero qđ cum sit species non est genus ⁊ quod cum sit species. nunq̃ diuiditur in species. ⁊ quod de pluribus ⁊ differentibus numero in eo quod quid sit ꝑdicatur. Ea vero que sunt in medio extremorum subalterna vocātur genera ⁊ species ⁊ vnumquodq; eorum species esse potest ⁊ genus. ad aliud quidem ⁊ ad aliud sumpta. Ea vero que sūt ante specialissima vsq; ad generalissimum ascendentia. ⁊ genera dicuntur ⁊ species. ⁊ subalterna genera. vt agamemnon. atrides. pelopides. tantalides. ⁊ vltimum iouis. Sed in familiis quidem plerunq; reducuntur ad vnum principium verbi gratia ad iouem.

¶ Postq̃ȝ naturam generum ac specierum diuersitatemq; monstrauit: eorum ordinem diffinitionis de-

scriptionisq; commemorat: ac primum q̄dē generalissimi generis terminum esse indicat dicens generalissimū genus esse qđ cū ipsū sit gen⁹ non habet superpositum genus hoc est speciem non esse: ⁊ rursus supra quod non erit aliud genus supraueniens. Si enī haberet aliud genus: minime ipsum generalissimum vocaretur. specialissima vero species hoc mō describitur quod cum sit species non est genus: ex opposito diffinitur: quoniam opposita ex oppositis describuntur interdum. nam quoniaʒ prepositio opposita ē suppositioni genus autem preponitur: species vero supponitur: si iccirco erit primum genus: quia ita superpōitur vt minime supponatur: iccirco erit vltima species quia ita supponitur: vt preponi non possit: igitur recte oppositorum ex oppositis facta est diffinitio: ⁊ alia rursus descriptio speciei quod cum sit species: nū q̄ʒ diuiditur in species: idest genus esse non potest. ⁊ rursus alia diffinitio quod de pluribus differentibus numero in eo quod quid sit predicat̄. de qua diffinitione sepe est superius demonstratū: nunc illud attendēdum est (sicut paulo superius dictum est) speciei vnū indiuiduum potest subiectum esse: vt phenici atomū suum: vt soli corpus hoc lucidū: vt mūdo vel lūc: quorum spēs singulis indiuiduis suis superponuntur: qđ si ita est vt species de vno quolibet indiuiduo predicetur: vt de phenice. quomodo conuenit dicere speciez esse que de pluribus numero differentib⁹ in eo ꝙ qđ sit predicat̄. Sunt enim quedam que de numero differentibus minime dicuntur: vt phenix: sol luna. sed de his illa ratio est de qua etiam superius pauca reddidimus que paululuʒ implexa cōmodius noduʒ questionis absoluet. Omnia: enim que sub specialissimis speciebus sunt: siue īfinita sint: siue finito numero cōstituta: siue ad singularitatem deducantur dum ē aliquod indiuiduū semper species permanebit: neqʒ indiuiduorum diminutione si quodlibet vnum maneat species cōsumitur: vt dictum est. tamen si plura sint īdiuidua substantiales differentias non habebunt. id ergo in genere dici non conuenit: quia his preest: que substantiali a se genere differentia disgregata sunt. preest enim speciebus que diuersis differentijs informantur. Si igitur vna earū pereat: ⁊ ad vnitatem speciei redacta fuerit ratio: genus esse non poterit: qꝛ de differentibus specie predicatur: non ita in speciebus. Nam si omnium indiuiduorum natura consumpta sit: etiam si ad vnius singularitatē indiuidui supposite speciei predicatio venerit: est tamen species ac permanet. Talia enim sunt illa que pereūt ac desūt quale est id quod permansit ⁊ subiacet. Quod vero dicimus de pluribus numero differentibus speciem predicari: duobus id recte excusatur modis. Uno quidem quia multo plures sunt species que de numerosis indiuiduis predicantur: q̄ʒ quibus vnum tm̄ indiuiduum videtur esse suppositum. dehinc hoc mō qꝛ multa p̄m potestatē dicunt̄ cū actu non semꝑ ita sint vt risibilis homo dicitur etiam si minime rideat: qm̄ ridere potest. Ita igitur species de numero differentibus predicatur: nihil enī min⁹: phenix de pluribus phenicibus p̄dicaret̄ si plures essent q̄ʒ nunc: qm̄ vn⁹ esse ꝓhibetur. Item solis species de hoc vno solo sole quē nouimus: nunc dicitur: ⁊ si in animo plures soles ⁊ in cogitatiōe fingantur: nihilominus de pluribus solib⁹ indiuiduis nomen solis q̄ʒ de hoc vno predicabitur. Iccirco igitur species de pluribus numero differentibus dicitur predicari cū sint aliq̄ue que de singulis indiuiduis appellentur. illa vō q̄ subalterna vocantur ita diffiniri queunt. Subalternū genus est ꝙ esse genus ⁊ species poterit ad eum modū q̄ est in familijs que procreant ⁊ procreantur: vt eniā subiectū monstrat exemplum: vt Agamemnō Atrides ⁊ Pelopides ⁊ Tantalides ⁊ vltimū Iouis Atreus enim Pelopis filius tanq̄ʒ eiusdē species quasi Agamēnonis genus est. Item Agamēnon Atrides ⁊ Pelopides ⁊ Tantalides: cum Pelops ad Tantalum comparatur. Tātalusq; ad Iouē quasi species. Itēqʒ Tātalus ad Pelopem. Pelops ad Atridē quasi genera esse videantur: cum Iuppiter velut sit horuʒ generalissimū genus. Sed in familijs quidē plerunqʒ reducuntur ad vnum principium verbi gratia ad Iouem

¶ In generibus autem ⁊ speciebus non sic se habʒ neqʒ enī vnū cōe genus oīuʒ ē ens. nec omnia eiusdem generis sunt secundum vnum supremum genus. quemadmodū dicit Aristoteles. sed sint posita quemadmodum dictum est in predicamentis. prima decem genera quasi decem prima pricipia. Et si oīa quis entia vocet equiuoce inquit nuncupabit non vniuoce. si enim vnum esset commune omnium ens. vniuoce omnia entia dicerentur. cuʒ vero sint decem principia prima cōmune eus oīuʒ secūdū nomen est solum. non etiam secundum rationem que secundum nomen est.

¶ Quoniaʒ de subalternis generib⁹ diceret familie cuiusdā posuit exemplū. Que ab Agamennone ꝑuenit ad Iouem quem quidem pro numinis reuerentia: vltimū posuit. Quātū eniʒ ad veteres theologos refertur Iuppiter ad saturnum: saturnus ad celum. celi⁹ vō ad antiquissimum ophionez ducitur: cuius ophyonis nullum principium est. Hic igitur quod in familija est: id reb⁹ quoqʒ esse credatur: vt res omnes possint ad vnum sui nominis redire principium. Idcirco determinat hoc in generibus ac specieb⁹ esse nō posse: neqʒ sicut familie cuiuslibet ita etiam omnium reruʒ vnum esse principium potest. Fuerunt enim qui ī hac opinione tenerentur: vt rerum omniuʒ que sunt vnū putarent esse genus qđ ens nuncupatur tractū ab eo qđ dicimus est omnia enim sunt ⁊ de omnibus esse predicatur: itaqʒ substantia est: ⁊ qualitas est: item quantitas est: ceteraqʒ esse dicuntur. Hic de his aliquid tractaretur: nisi hec que predicamēta dicuntur esse constaret. Que cum ita sint vltimum omniuʒ genus ens posuerunt. scilicet ꝙ de omnibus predicaret̄ ab eo enim quod dicimus est participium inflectentes: greco quidem sermone vō latine ens appellauerunt. Sed Aristoteles sapientissimus principiorum cognitor reclamat huic sententie: nec ad vnū res omnes putat duci posse primordium: sed decem genera esse in rebus: Que cum a semetipsis diuersa sūt tn̄ ad nullū cōmune principium reducuntur hec autem decē genera statuit: substantiā: qualitatē quantitatem: ad aliquid. vbi: quādo: situm: habere: facere: pati. quod vō occurebat. qm̄ de oībus his esse predicaretur (Oīa enim que superi⁹ dicta sūt gn̄a eē dicunt̄ ita discussit) ac repulit dicens nō omne cōmūe nomen cōmunē ēt formare substātia: nec ex eo debere genus esse cōmūe arbitrari: ꝙ de aliquibus cōmune nomē predicaret̄. Quibus enim diffinitio cōmunis nominis conuenit: illa cōmūis nominis iure species indicabuntur: ⁊ communi illi vocabulo vniuoce ꝑdicantur:

dicantur:quibus vero non conuenit.vox his commu
nis tm̃ est:nulla vero substantia. Id autem manife-
stius declaratur hoc modo exemplis animal hominis
atqz equi genus esse predicamus:demus igitur ani-
malis diffinitionem que est substantia animata sensi
bilis.hanc si ad hominem reducamus:erit homo sub
stantia animata sensibilis:nec vlla falsitate diffinitio
maculatur. Rursus si ad equũ:erit equus substantia
animata sensibilis. Id quoqz verum est:conuenit igi
tur diffinitio ꝛ animalis quod cõmũe est hominum atqz
equo:ꝛ ea eadez equo atqz homini:que species ponũ
tur animalis:ex quo fit:vt homo atqz equus vtraqz
animalis vniuoce species predicẽtur at si quis hominẽ
pictum hominemqz veruz cõmuni animalis nomine
nũcupauerit diffiniat(si libet)animal hoc modo sub
stantiam animatam esse atqz sensibilem. Sed hec q-
dem diffinitio ei homini qui viuus est conuenit:ei q
dem qui pictus est minime.neqz enĩ est animata sub
stantia igitur homini viuo atqz picto quibus commu
nis diffinitio idest animalis non potest conuenire.nõ
est animal commune genus sed tñ cõe vocabulum vi
detur:ꝙ hoc nomen animalis in viuo hoĩe atqz picto
non genus est:sed vox plura significans:vox enĩ plu
ra significans que equiuoca nuncupat̃. Sicut ea vox
que genus ostẽdit vniuoca dicitur. Itaqz id quod di-
citur ens ꝛ si de omnibus dicit̃ predicamentis: quo-
niam tamen nulla eius diffinitio inueniri potest:que
omnibus predicamentis possit aptari. Iccirco non di
citur vniuoce de predicamentis idest vt gen⁹:sed eq
uoce idest vt vox plura significãs. Cõuicitur hac quo
qz ratione id quod dicimus ens predicamentorum ge
nus esse non posse. vnius enim rei duo genera esse
non possunt:nisi alterum alteri subiciatur vt homi-
nis genus est animal atqz animatũ:cum animal ani-
mato velut species suppõatur. At si duo sint sibimet
ta equalia:vt nunqz alteri alterum supponatur: hec
vtraqz eidem speciei genera esse non possũt. Ens igi
tur atqz vnum neutrum alteri supponitur:neqz vni⁹
dicere possumus genus ens.nec eius quod dicim⁹ ens
vnum. Nam quod dicimus ens vnuz est.ꝛ quod vnũ
dicitur ens est:genus autem ꝛ species sibi minime cõ
uertuntur. Si igitur predicatur ens de omnibus pre
dicamentis:predicatur ꝛ vnum. Nam substãtia vnũ
est:qualitas vnum est:quantitas vnum est: ceteraqz
ad hunc modum. Si igitur quoniam esse de omnib⁹
bus predicatur omnium genus erit ens: ꝛ vnum:quo
niam de omnibus predicatur:erit omnium genus.sꝫ
vnum atqz ens(vt demonstratum est)minime alterũ
alteri preponitur.duo igitur equalia singulorum pre-
dicamentorum genera sunt:quod fieri nequit: cũ hoc
igitur fit:id Porphyrius determinauit dicẽs nõ ita
in rebus:vt in familijs omnia ad vnum principiũ pos
se deduci:nec omnium rerum commune esse genus
posse : vt Aristoteli placet:sꝫ sũt ꝓposita sequit quẽad
modum in predicamentis dictum est prima decez ge
nera quasi decem prima principia.s.vt nulla interum
ratio perquiratur. sed Aristotelis auctoritati conce-
dentes hec decem genera nulli alij generi esse creda
mus subiecta.que si quis entia nũcupat:equiuoce nũ
cupauit:non vniuoce.neqz enim vna eorum omnium
secundum commune nomen diffinitio po erit adhi-
beri.que res facit:vt non vniuoce de his aliquid pre-
dicetur. Si enim vniuoce predicaretur:gen⁹ esset eo
rum commune nomen ꝙ de omnibus predicaretur.
at si genus esset:diffinitio generis conueniret in spẽs

quod quia non fit:commune his id quod dicim⁹ ens
vocabulum est vocis significatione:non ratione sbe.

¶Decem quidem igitur generalissima sunt spe-
cialissima vero in numero quidem quodam sunt.
non tamen infinito. Indiuidua autẽ que sunt post
specialissima infinita sunt.quapropter vsqz ad spe
cialissima a generalissimis descendentes iubebat
plato quiescere. Descendere autem per media di
uidentis specificis differentijs. infinita vero sequit
relinquẽda sũt neqz.n.eoꝝ posse fieri disciplinam

¶Quoniam specierum nosse naturam ad sectionẽ ge
neris pertinet:quoniam scientia infinita esse non po
test(nullus enim intellectus infinita circundat)iccir
co de multitudine generum specierum atqz indiui
duorũ rectissima ratione persequitur dicens. Supre
morum generum numerum notum. decem enĩ predi
camẽta. Aristotelis esse reperta que rebus omnibus
generis loco preferenda sunt. Spẽs vero multo plu-
res esse qꝫ genera nam cum suprema sint rerum ge-
nera;cũqz vni generi non vna sed multe species sup
ponãtur.proximeqz species supremis generib⁹ subal
terna sint genera vsqz dum ad vltimas species descẽ
dant.nimirũ vnius generis multas species necesse ẽ
esse diffusas. Specialissima vero multo plura esse qꝫ
subalterna:quoniam per multitudinem generũ subal
ternorum vsqz ad specialissima descendit̃. species qui
dem multo plures esse qꝫ genera subalterna.hoc ma
nifeste ostenditur ꝙ inferiores sunt:ꝛ semper subalter
na genera in plura subiecta diuiduntur. Decẽ vero
generum species multo plures qꝫ vnius existere ma-
nifestum est. verumtamen ꝛ si plures sũt certo tamẽ
numero cõtinentur.quẽ facile si quis discutiat oium
qꝫ generum species prosequatur possit agnoscere. In
diuidua vero que sub vnaquaqz specie sũt ĩfinita sũt
vel eo ꝙ taz multa sũt diuersisqz locis posita: vt sciẽ
tia in vnum concludi comprehendiqz non possunt: vel
ꝙ in generatione ꝛ corruptione posita nunc quidem
incipiunt esse: nunc desinunt atqz iccirco suprema qui
dem genera ꝛ subalterna ꝛ spẽs eas que specialissime
nuncupantur:quoniaz finito sunt numero; potest ter
minus scientie includere:indiuidua vero nullo modo
Iccirco igitur Plato magis a generibus qꝫ a spe-
ciebus specialissimis precipiebat facere sectionem:p
ea enĩ que finita cẽnt numero iubebat descendere di
uidẽtẽ:vbi aũt ad indiuidua veniret:standũ esse sua
debat:nec qꝫ natura non ferret:infinita colligere.ita
vero genera in species diuidi comprobat:vt in speci
ficis differentijs soluerentur. De specificis vero diffe
rentijs melius in eo titulo vbi de differentia disputa
tur ac largius differemus. hic enĩ hoc tñ dixisse suffi
ciat eas esse specificas differentias:quibus species in
formantur:vt rationale mortale hominis. Cum igit̃
diuidimus animal rationale:mortale immortaleqz se
paramus:ceteraqz genera talibus differẽtijs: q̃ subie
ctas species informent. Plato consuluit esse diuiden
da vsqz dum ad specialissima veniretur. dehinc con-
sistere nec infinita sequi:quoniam indiuiduorum nũ
qꝫ esset nec disciplina nec numerus.

¶Descendentibus igitur ad specialissima necesse
ẽ diuidẽtes ꝑ multitudinẽ ire. Ascẽdẽtib⁹ vo ad ge
neralissima necẽ ẽ colligere multitudinẽ ĩ vnũ. col
lectiuũ.n. multorũ in vnã naturã spẽs est. ꝛ magis
id quod ẽ genus. Particularia vero ꝛ singularia

econtrario in multitudinem semper diuidunt id quod vnum est. participatione enim speciei plures homines sunt vnus homo. i particularibus autem ⁊ singularibus vnus ⁊ cōis plures. diuisiuū enī est semp quod singulare est, collectiuum autem ⁊ adunatiuum quod commune est.

Diuidere enī est in multitudinem quod vnum fuerat ante dissoluere. Omnisqȝ collectio econtrario cōpositionē coniunctionēqȝ meditatur. Quid. n. cū sit vnum dispertiendo diuiditur: idipsum ex pluribꝫ rursus partibus adunando componitur. Ut igitur superius dictuȝ est: indiuiduorum quidem similitudinem species colligit. Specierum vero genus. similitudo enim nihil est aliud nisi quedam vnitas qualitatis. ergo substantialem similitudinem indiuiduorum spēs colligere manifestum est. Substantialē vero genera similitudinē specierum contrahunt: ⁊ ad seipsa reducunt. Rursus generis adunationem differentie distribuunt in species: specieiqȝ adunationeȝ in singulares indiuiduasqȝ personas accidentia partiuntur. Cum igitur hoc ita sit: necesse est semper cum a genere descenditur ad speciē diuidendo semper facere multitudinem. Cum vero a speciebus ascenditur ad genera componendo: colligere plures in specierum differentiis que diuerse fuerant similitudinum qualitates ⁊ adunare in speciebus etiā ideȝ considerari potest: vt enim ipsa indiuidua que sunt infinita: vnam similitudinem substantialē colligunt: ita spēȝ proprium infinite distribuunt. Omnia enim indiuidua disgregatiua sūt ⁊ diuisiua. Species vero ⁊ genera collectiua: spēs quidem indiuiduorum collectiua atqȝ adunatiua. specierū vero genera vt ita dicēdū sit: genus quideȝ spēs distribuit: ⁊ spēs ab indiuiduis multitudine deducūtur. rursus autem genus quidem multas species colligit. Species aūt singularē particularēqȝ multitudinem ad singularitatis pducit vnitatē: igitur plus genus adunatiuum est q̄ȝ species. Species namqȝ sola indiuidua colligit. Genus vero tā species q̄ȝ ipsarū quoqȝ specierū indiuidua cōtrahit singularesqȝ personas: sed in hoc cōuenienti vtitur exemplo dicens: participatione speciei. i. hominis Cato: Plato Cicero pluresqȝ reliqui homines vnus. i. multi homines in eo q̄ꝫ sunt homines: vnus homo est. At vero vnus homo: qui specialis est. si ad hominum multitudinē qui sub ipso sunt consideretur. plures fiunt: ita ⁊ plures homines in speciali homine vnus est. Et specialis vnus est in pluribus infinitus. Sic igitur q̄ꝫ singulare quidem est diuisiuum est: quod commūe vero quoniam multorum vnum est: vt genus ac species: collectiuum est atqȝ adunatiuum.

Assignato aūt genere ⁊ specie quid sit vtrumqȝ ⁊ genere quidem vno existente. speciebus vero pluribus. semper enim diuisio generis in species plures est. genus quidem semper de speciebus predicatur. ⁊ omnia superiora de inferioribus. species autem neqȝ de proximo sibi genere. neqȝ de superioribus. neqȝ enim conuertitur. Oportet enī aut equa de equis predicari. vt hinnibile de equo. aut maiora de minoribus. vt animal de homine. minora vero de maioribus minime. nec enim animal dicis esse hominem. quemadmodum dicis hominē animal. de quibus autem species predicaꝫ. de his necessario ⁊ speciei genus predicatur ⁊ generis genus vsqȝ ad generalissimum. Si enim verum est dicere. Socratem hominem. hominem autem animal. animal vero substantiam. verum est socratem ⁊ animal dicere atqȝ substantiaȝ. semper igitur cum superiora de inferioribus predicētur. species quidem de indiuiduis predicabitur. genꝰ autem ⁊ de specie ⁊ de indiuiduo. generalissimuȝ aūt ⁊ de genere ⁊ de generibus. si plura sunt media ⁊ subalterna. ⁊ de specie: ⁊ de indiuiduo. Dicitur enim generalissimum quidem de omnibus subpositis generibus ⁊ speciebus ⁊ idiuiduis. Genꝰ autem quod ante specialissimum est. de omnibus specialissimis ⁊ de indiuiduis. solum autē species de omnibus indiuiduis. Indiuiduum autem predicatur de vno solo particulari.

Breuiter quecūqȝ superius dicta sunt: cōmemorat hoc mō. Cū igitur inquit assignauerimꝰ q̄d sit genꝰ: ⁊ quid sit species cuiqȝ suis etiam ea diffinitionibus comprehenderimus docuerimusqȝ vnum genus semper in plurimas species solui: illud inquit adiungimꝰ quoniam omnia superiora de inferioribus predicanꝫ. Inferiora vero de superiorībꝰ minime. Et ea que sūt vtilia de predicationis modo rite pertractat. Ostendit autem vnum genus in plurimas species semper. solum assignata generis diffinitiōe. Quod enī de pluribus specie differentibus in eo q̄ꝫ quid sit predicaretur: idem esse diffiniuit genus. Nihil autem sunt plurime res specie differentes nisi plurime species. de q̄bus autem predicatur genus: in ea ipsa dissoluitur. Ostensum est igitur ex diffinitionis assignatiōe. vnꝰ generis semper esse species plures: que cum ita sint: genus quidem de specie predicatur: species vero de indiuiduis: omniaqȝ superiora de inferioribus: inferiora de superioribus nullo modo. Id quare adueniat paucis absoluam. Que superiora sunt substantialiter ea genera esse prediximus. que vero genera sunt ampliora sunt: q̄ȝ vnaqueqȝ species. Neqȝ enim in plurima diuideretur genus: nisi ab vnaquaqȝ specie magis existeret. Id cum ita sit: nomen generis toti conuenit speciei. Non enī coequatur solum speciei generis magnitudo: verumetiam speciem ipsam superadit. Iccirco igitur omnis homo animal est quoniam intra animalis vocabulum: vt ⁊ homo ⁊ cetera animalia continetur. At vō nullus dixerit omne animal homo est. non enim peruenit ad totum animal hominis nomen: q̄ꝛ cum sit minus: nullo modo generis vocabulo coequatur. Itaqȝ que maiora sunt de minoribus predicantur: que vero minora sunt: non conuertuntur vt de maioribus predicentur. At vero si qua sunt equalia: ea secundum nature pluralitatem cōuerti necesse est: vt hinnibile atqȝ equus: quoniam ita sibi coequantur: vt neqȝ equus non sit nisi hinnibile: neqȝ quod sit hinnibile: non sit nisi equus. Fit ergo vt omne hinnibile equus sit: ⁊ omne equus hinnibile sit: que cum ita sint: ea que superiora sunt non modo de sibi proximis inferioribus: verumetiam de inferiorum inferioribus predicantur. nam si illud recipitur: vt ea que superiora sunt de inferioribus predicentur inferiorum inferiora superioribus multo magis inferiora sūt: velut substantia predicatur de animali q̄d ē inferius: s̄ aiali inferius ē homo: predicabiꝫ igiꝫ etiā

substātia

substātia de hoīe. Rursus socrates iferius ē homie predicabit̄ igitur substantia ⁊ de Socrate. Itaq̃ species q̄dē de īdiuiduis predicantur: genera vero ⁊ de speciebus ⁊ de indiuiduis: qđ cōuerti non potest. naȝ neq̃ indiuidua de specieb' aut de generibus predicātur nec species quidē de generib'. itaq̃ fit: vt genus quidē generalissimū de oīb' subalternis generib' p̄dicari: ⁊ de spēb' ⁊ de īdiuiduis possit: d̄ ipso vo nihil. Ultimum vo genus id quod ante specialissimas spēs collocat̄ sine medio: ⁊ de solis specieb' specialissimis dici pōt ⁊ de eaȝ indiuiduis. spēs vo d̄ indiuiduis vt dictū ē: indiuidua. n. d̄ singulis predicāt̄ vt Socrates ⁊ plato: caq̃ maxime sunt indiuidua. que sub ostēsione indicatiōeq̃ digiti cadūt: vt hoc scamnuȝ: ⁊ hoc veniens: atq̃ ex aliqua proprietate accidentium designantur nota; vt si quis Socratem velit significatione ostendere: non dicat Socrates: ne sit alius qui forte hoc nomine nuncupet̄: sed dicat Sophronisci filius: si vnicus Sophronisci fuerit. indiuidua enim maxime ostēdi querūt: siue sub tacito nomie: siue sub ipso oculoȝ digito: tactuue monstrent̄. vel ex aliquo proprio accidente significentur; vel nomine: si solus illud adeptus est nomen. vel ex parentibus: si illoȝum ē vnicus filius. vel si ex quolibet alio accidēti singularitas demōstrat̄: eo q̄ accidentis ad vnā se p̄dicationē habeat: cuius vel predicatio vel dictio non transeat ad alterū: sic gn̄us qđ ad spēs spēȝ vo ad idiuidua.

Indiuiduum autem dicitur Socrates. ⁊ hoc album. ⁊ hic veniens sophronisci filius: si solus sit ei Socrates filius. Indiuidua autem dicūtur huiusmodi. quoniam ex proprietatibus consistit vnumquodq̃ eoȝ. quaȝ collectio nunq̄ in alio quolibet eadem erit. Socratis enim proprietates nunq̄ in aliquo quolibet erunt particularium eedem. Hee vero que sunt hominis proprietates. dico autē ei' qui est communis. erunt eedem in pluribus: magis autem in omnibus particularibus hominibus in eo q̄ homines sunt.

Quoniā superius indiuiduū appellauit: huius nomi nis ratonē conatur ostendere. ea namq̃ sola diuidūtur: que plurimis cōmunia sunt. ab his enim vnūq̄q̃ diuiditur: quoȝ est cōmune: quoȝūq̃ naturā ac similitudinem continet. Illa vero in quibus cōmune diuiditur: cōmuni natura participant: proprietatesq̃ cōmunis rei his quibus cōmunis est conuenit. At vero indiuiduoȝ p̄prietas nulli cōmunis est. Socratis enim proprietas si fuit caluissimus: prepenso naso: ceterisq̃ corporis lineamentis: aut moȝum institutiōe: aut forma vocis: non cōueniebat ⁊ in alterū. he enim p̄prietates: que ex accidētib' ei obuenerant: ⁊ eius formaȝ figurāq̃ cōiunxerant: in nullo alio cōueniebant: eiusq̃ proprietates nulli poterant esse cōmunes. Cuius vo proprietates in nullū aliud conueniunt: proprietates eius nulli poterant esse communes: cui' p̄prietas nulli cōmunis est: nihil est quod eius proprietate participet. Quod vero tale est vt proprietate eius null' participet: diuidi in ea quibus non participat: nō potest. Recte igit̄ hec quoȝ p̄prietates in aliud non conueniunt: indiuidua nuncupantur. At vo hominis sp̄ctas .i. specialis conuenit in Socratem in Platonem ⁊ in ceteros quoȝū p̄prietates ex accidētibus venientes in quolibet alium singularē nulla ratiōe cōueniunt.

Continetur igitur indiuiduum quidem sub specie: species autem sub genere: totum enī quiddam est genus. Indiuiduum autem pars: species vo totum ⁊ pars: sed pars quidē alterius. totū vo non alterius. sed in aliis. In partibus enī totum est. De genere quidem ⁊ specie ⁊ quid sit generalissimū ⁊ qđ specialissimum. ⁊ que genera eadem ⁊ spēs sūt ⁊ que indiuidua. ⁊ quot modis genus ⁊ species dicitur. sufficienter dictum est.

Hic retractat omnia breuiter que supra latius absoluit dicens. Indiuiduū a specie cōtineri: species vero ipsas a genere: huiusq̃ causam reddēs ait. Omne genus totum est: indiuiduum vero pars. Genus enim in eo q̄ genus est continet tm̄: ⁊ si species esse potest. totum enim non vt gen' est species: sed vt ea que supponitur generi. Genus igitur in eo q̄ genus est totū est speciebus, semper enim cōtinet eas. At vero indiuiduum semper est pars: nūq̄ȝ enim ipsuȝ aliquid sua p̄prietate concludit. Spēs vo ⁊ totū est ⁊ pars: pars quidem generis: totum vo indiuiduis. Et cum pars ē ad singularitatem refertur; cum totum ad pluralitatem: Quoniam enim vnum genus pluribus specieb' superest: vnaquelibet species pars est generis. i. vni' Quoniam autēȝ species pluribus indiuiduis preest: non est vni indiuiduoȝum totum: sed plurimis. Iccirco enim totum dicitur: quia plura continet ⁊ coercet. Illam vt pars sit aliquid: vnum ipsum vnius pars eē poterit: vt vero totum sit: vnum ipsum vnius totum esse non poterit. Iccirco alterius quideȝ pars est species aliis vero totum. Et de genere quidem ⁊ specie dictum est: quid sit generalissimum genus: quoniam id cui nullum aliud superponitur genus. ⁊ quid specialissima species: quoniam ea cui species nulla supponitur: ⁊ quoȝum genera eadem sunt: eedem ⁊ species. s. subalterna quibus aliquid supraponitur: aliquid vero supponitur: que etiam indiuidua ea quoȝum scilicet proprietates alteri nequeunt cōuenire ⁊ quot modis genus ⁊ species dicitur. Genus quidem aut in multitudine: aut in procreatione: aut in participatione substantie consistit: species autem ex figura: aut ex generis superpositione: dictum est sufficienter. Quib' absolutis modū voluminis terminabo: vt quarti arca libri differentie referuetur.

DE differentia disputanti non eque illud debet occurrere: q̄ i generis specieiq̃ tractatu de collationis ordine querebatur: Illic enim meminimus inquisitum: cur esset oībus prepositum genus: vt id primum ad disputationem veniret. Cur post genus species eēt iniecta. nūc vero superuacuum est dicere: cur post speciem differentia sumpta sit: cum illud iam fuerit inquisituȝ: cur non ante speciem collocata sit. Quod si mirum videbatur speciem differentie in disputationis loco fuisse prepositam: eo q̄ differentia continentior: ac magis amplior esset specie: quid est q̄ possit quisq̃ mirari: si eandem differentiam ante proprium atq̃ accidēs collocauerit. Cum proprium vnius semper sit speciei. vt posterius demonstrabitur: accidens vero exteriorem quādam ostendat naturam nec omnino in substantia predicetur. Differentia vero vtrumq̃ cōtineat: ⁊ de pluribus speciebus ⁊ i substantia predicetur: sed hec hactenus. Nunc ad ipsa verba Porphyrii redeam'.

Differētia vo cōmuniter ⁊ p̄prie. ⁊ magis p̄prie dicit̄ cōmuniter quidem differre alterum ab

altero dicitur. quoniam alteritate quadam dif-
fert quocũq3 modo: vel a seipso vel ab alio. differt
enĩ socrates a platone alteritate quadam. ⁊ ipse a se
vel iam puero: vel iam viro: vel iã faciente aliquid
vel quiescente. ⁊ semper in aliquo modo habendi
se alteritatibus spectatur. Proprie autẽ. differre
alterum ab altero dicitur. quãdo inseparabili acci
dente alterum ab altero differt. Inseparabile ve-
ro accidens est: vt nasi curuitas cesitas oculoꝝ. ⁊ ci
catrix cum ex vulnere occaluerit. Magis aũt pro-
prie alterũ differre ab altero dicit̃: quãdo specifi-
ca differẽtia differt: quẽadmodũ homo ab equo spe
cifica differẽtia differt rationali qualitate.

¶ Tribus modis aliud ab alio distare prediximꝰ: gene
re: spẽ: numero: q̃bus oibꝰ aut secũdũ substantiales
quasdam differentias alia res distat ab alia: aut secũ
dũ accidẽs. Nam que genere vel specie distant: sub-
stantialibus quibusdã differẽtijs disgregata sunt. Je
circo quĩ omnia genera ⁊ species quibusdã differen-
tijs substantialibus informantur. Nam cũ homo ab
arbore genere distet animalis sensibilis qualitas ĩ eo
differẽtiã facit. Addita enĩ sensibilia qualitas aĩato
animal facit. Eadem quidẽ detracta facit animatũ
atq3 insensibile que sunt virgulta. igitur homo atq3
arbor que genere differunt (vtraq3 enĩ sub aĩalis ge
nere poni non possunt) differentia sensibili secundu3
genus discrepant. que vnius expositi tantũmodo ge-
nꝰ .i. hominis informat: vt dictũ ẽ. Illa vero que spe
cie distant manifestum est: ꝙ ipsa quoq3 differentijs
substantialibus discrepant: vt rationalitate atq3 irra
tionalitate homo atq3 equus differẽtijs substantiali
bꝰ distãt. Ea vͦo que indiuidua sũt. ⁊ solo numero di
screpant solis accidentibꝰ distant: hec aũt sunt vel se
parabilia vel ĩseparabilia. Separabilia quidẽ: vt mo
ueri dormire. distat enĩ aliquis ab alio quod ipse sõ-
no premat̃: hic vigilet. Distat item inseparalibus ac-
cidẽtibꝰ: qd hic stature sit lõgioꝝ hic minime. Que
cũ ita sint. in ternarium numerũ has differentiaru3
diuersitates Porphyrius colligit: hisq3 ipse nomina
qbꝰ post vtat̃ apponit dicens. Omnis differentia vel
cõiter vel propria: vel magis ꝓpria nũcupat̃. Cõiter
quidem eam differentia3 sinnes: que quodlibet acci-
dẽs monstraret: que in quadã alteritate consistit: vt
si Plato a Socrate differat ꝙ ille sedeat hic ambu-
Commune quidem omnibus est de pluribus predicari. Sed genus quidem de omnibus sub se speciebus ⁊ de indiuiduis: ⁊ de differentia similiter predicatur. Species quidem de his que sub ipsa sunt indiuiduis. At vero proprium ⁊ de specie cuius est proprium: ⁊ de his que sub specie sunt indiuiduis Accidens autem et de speciebus ⁊ de indiuiduis namq; animal et de equis ⁊ de bobus predicatur: que sunt species: ⁊ de hoc equo ⁊ de hoc boue: que sunt indiuidua. Irrationale vero de equis ⁊ bob9: ⁊ de his qui sunt particulares. predicatur. Species autem vt homo: de inferioribus ⁊ de his qui sunt particulares predicatur. Proprium autem quod est risibile: de homine ⁊ de his qui sunt particulares predicatur. Nigrum autem de specie coruorum: ⁊ de his qui sunt particulares. quod est accidens inseparabile. ⁊ moueri de homine ⁊ equo. quod est accidens separabile. sed principaliter quidem de indiuiduis. secundario vero ⁊ de his que continent indiuidua.

Antequam singulorum ad vnumquodq; habitudinem tractet: illam prius respicit: quam omnes ad se inuicem habere videantur: hec autem est vna communio: que positarum quinq; rerum numerum pluralitate predicationis includit. Omnia enim de pluribus predicantur: in hoc ergo sibi cuncta communicant: nam ⁊ genus de pluribus predicatur: itemq; species ac differentia: ⁊ proprium: ⁊ accidens: que cum ita sint: est eorum vna atq; indiscreta communio de pluribus predicari Designat autem Porphyrius ipsam de pluribus predicationem: quemadmodum in singulis fiat: quod vnum quodq; propositorum de quibus pluribus predicetur ostendit. Ait enim genus quidem de pluribus predicari. i. speciebus ac indiuiduis: vt animal predicatur de homine ⁊ equo: ac de his indiuiduis que sub homine sunt atq; equo. Item genus predicatur de differentijs specierum atq; id iure. quoniam enim species differentie informant: cum genus de speciebus predicatur consequens est vt etiam de his dicatur que specierum substantiam formamq; efficiunt: quo fit vt etiam de differentijs predicetur: ac non de vna: sed de pluribus dicitur enim quod rationale est esse animal: ⁊ rursus quidem quod irrationale est esse animal. Ita gen9 de speciebus ac differentijs predicatur: ⁊ de his que sub ipsis sunt indiuiduis: differentia vero dicitur de pluribus speciebus ac de earum indiuiduis: vt irrationale de equo predicatur ac boue: que sunt plures species: ⁊ de his que sub ipsis sunt indiuiduis eodem modo dicitur nam quod de vniuersali predicatur: predicatur ⁊ de indiuiduo. Quod differentia de speciebus dicitur: predicabitur etiam de eiusdem speciei subiectis. Species vero de suis tantum indiuiduis predicatur: neq; enim fieri potest vt que species est vltima que vere species ac magis species nuncupatur: nec alias deducatur in species. quod si ita est: sola post speciem indiuidua restant. iure igitur species de suis tantum indiuiduis predicatur: vt homo de socrate platone ⁊ cicerone: ⁊ ceteris. Proprium item de specie predicatur cuius est proprium. neq; enim esset proprium alicuius nisi de aliquo predicaretur. de quo enim vnaqueq; res ⁊ soli ⁊ omni dicitur: ⁊ semper eiusdem proprium esse monstratur. que cum ita sint: proprium de specie dicitur: vt risibile de homine. Omnis enim homo risibilis est. Dicitur etiam de indiuiduis speciei de qua predicatur. Est enim plato ⁊ socrates risibilis. accidens vero de speciebus pluribus dicitur: ⁊ de diuersarum specierum indiuiduis. Dicuntur enim corui atq; ethiops nigri. et hic ethiops atq; coruus qui sunt indiuidui: nigri secundum nigredinis qualitatem vocantur: atq; hoc est quidem accidens inseparabile. Sed multomagis separabilia accidentia pluribus inheresciunt: vt moueri homini ⁊ boui. vterq; enim mouetur. Et rursus ea que sunt sub homine atq; boue indiuidua moueri semper predicantur. Sed aduertendum est auctore Porphyrio: quod ea que accidentia sunt principaliter quidem de his dicuntur: in quibus indiuiduis sunt. Secundo vero loco ad vniuersalia indiuiduorum referuntur: atq; ita predicatio superioribus redditur: vt quoniam nigredo singulis coruis adest; dicitur adesse coruo. Nam quia omnia perticularia qualitas ista accidentis nigredinis inficit: iccirco eam de specie quoq; predicamus dicentes coruum ipsam speciem nigrum esse. In quibus omnibus mirum videri potest: cur genus de proprio predicari non dixerit: nec vero speciem de eodem proprio: nec differentiam de proprio: sed tantum genus quidem de speciebus ⁊ de indiuiduis. Differentiam vero de speciebus atq; indiuiduis. Speciem de indiuiduis. Proprium de specie atq; indiuiduis. Accidens de speciebus atq; indiuiduis. Fieri enim potest vt que maioris predicationis sint: ea de cunctis maioribus predicentur ⁊ que equalia sunt sibimet conuertantur. Eoq; fit vt genus de differentijs ⁊ de speciebus ⁊ de proprijs ⁊ de accidentibus predicetur. vt cum dicimus quod rationale est animal genus de differentia quod homo est animal genus de specie. Rursus quod risibile est: animal est genus de proprio. Quod niger est si forte coruum vel ethiopem demonstremus: animal est. genus de accidenti predicam9. Rursus quod homo rationale. differentiam de specie. Quod risibile est rationale: differentiam de proprio. Quod nigrum est rationale. si ethiopem demonstremus: differentiam de accidente. Item quod risibile est homo est species de proprio. Quod nigrum est homo. si ethiopem designem9: est species de accidenti. quare quod nigrum est etiam risibile est in ethiopis demonstratione. vt proprium etiam predicetur. conuerti autem ad totum accidens potest; vt quoniam indiuiduis singulorum. esse preponitur. idcirco de superioribus etiam predicatur; vt quoniam socrates animal est: rationale est: risibile est: ⁊ homo est. Cumq; in socrate sit caluitium predicatur idem accidens de animali: de rationali: de risibili; de homine: vt accidens de quattuor reliquis predicetur. Sed horum profundior questio est; nec ad soluendum est satis temporis. hoc tantum ingredientium intelligentia expectet. quod alia quidem recto ordine predicantur. alia vero obliquo Quoniam moueri hominem rectum est: id quod mouetur hominem esse conuersa locutione proponitur. Quocirca rectam Porphyrius in omnibus propositionem sumpsit. Quod si vim quis predicationis solutionisq; attenderit in singulis comparans predicationibus; eas quidem prolationes que recte sunt: inueniet a Porphyrio esse numeratas: eas vero que conuerso ordine predicantur: fuisse sepositas.

Commune est autem generi. ⁊ differentie continentia specierum continet enim

⁊ differentia

τ differentia species τ si non oēs quot genera. rationale enim τ si non continet irrationabilia quemadmodum animal: sed continet hominem τ deum q̄ sūt spēs. Et q̄cunq; p̄dicāt de gn̄e gen⁹ τ de his que sub ipso sunt speciebus predicantur: τ quecunq; de differentia predicantur vt differentia: τ de his que ex ipsa sunt speciebus predicabūtur. Nā cum genus sit animal: non solum de eo predicabitur substantia τ animatum τ sensibile: sȝ τ de his que sub animali sunt speciebus omnibus predicātur hec vsq; ad indiuidua. Cumq; sit differentia rationale: predicatur de ea vt differentia id q̄ est ratione vti. non solum autem de eo quod est rationale: sed etiam de his que sub rationali sunt speciebus predicabitur ratione vti. Commune autem est τ perempto genere vel differentia simul perire que sunt sub ipsis: quemadmodum enim si non sit animal: non est equus neq; homo. Sic si non sit rationale. nullum erit animal quod vtatur ratione.

¶ Post eam que cunctis visa est cōmunitatem singulorum similitudines ac dissimilitudines querit. Et quoniam inter quinq; proposita genus τ differentia vniuersalioris predicationis sunt. Siquidem genus species continet τ differentias: differentie vero species continent: τ neq; ab his vllo modo continentur. Primum generis ac differentiarum similitudines colligit. ac primam quidem ponit hanc. Dicit enim commune esse generi ac differentie: vt species claudant. nam sicut genus sub se habet species ita etiam differentie: tamen non tantas quantas habet genus. Et enim quoniam genus differētiam etiam claudit τ nō vnam tantum differentiam coheret ac retinet: plures necesse est vt habeat sub se species: q̄ȝ quelibet vna earum quam claudit differentiarum: vt animal predicatur de rationabili τ irrationabili: Quod si ita est: predicabitur τ de his que sub rationali sunt posite speciebus τ que sub irrationali. Est ergo commune animali τ rationali idest generi τ differentie. q̄ sicut genus de deo τ homine predicatur. ita etiaȝ rationale quidem differentia de deo τ de homine dicitur. Sed non in tantuȝ eius predicatio funditur quātum animalis idest generis. Animal eniȝ non de deo solum atq; homine dicitur: sed de equo τ boue predicatur ad que rationalis differentia non peruenit. Sed quandocunq; deum supponimus animali secūdum eam opinionem facimus: qua solem stellasq; atq; cunctum hunc mundum animatum esse confirmāt quos etiam deorum nomine (vt sepe dictum est) appellauerunt. ¶ Secunda item communis est generis ac differentie: quoniam que predicantur de genere vt genera: eadem τ de his que sub ipsis sunt speciebus predicantur ad hanc similitudinem: τ quecunq; predicantur de differentia: vt differentia. eadem quoq; τ de his que sub differentia sunt vt differentie predicantur Cuius sententia talis est. Sunt plura que de generibus predicantur: vt de animali dicitur animatum τ substātia atq; hec vt genera: Hec igitur p̄dicantur τ de his que sub animali sunt: vt rursus genera: nam hominis τ animatum τ substantia genus est: sicut ante fuerat animalis. Item in ipsis differentijs quedam differentie inueniuntur: que ipsis de differentijs predicantur: vt de rationali due differentie dicuntur. Quod enim rationale est vtitur ratione: vel habet rationem. Aliud est autem vti ratione aliud est habere rationem: vt aliud est habere sensum aliud vti sensu. Habet quippe sensuȝ τ dormiēs sed non vtitur. Ita quoq; dormiens habet rationem sed minime vtitur. Sed ipsius rationabilitatis quedam differentia est ratione vti: sed sub rationabilitate homo positus esse predicatur. Predicatur igitur de homine ratione vti vt quedā differentia: Differt enim a ceteris animalibus homo quia ratione vtitur Demonstratum est igitur q̄ sicut ea que de genere predicantur: dicuntur de subiectis generi: ita etiam ea que de differentia predicantur dicuntur de his quoq; que differentijs supponuntur. Tertium vero commune est: quod sicut abruptis generib⁹ species interimuntur: ita consumptis differentijs species de quibus differentie predicantur intereunt. Commune enim est hoc vniuersalium in substantia pereuntium perire subiecta. Sed prima communio demonstrauit genera de speciebus predicari: sicut etiaȝ differentias. Propter hanc igitur similitudineȝ si auferantur genera species pereunt. Sicut etiam species perire necesse est que sub differentijs sunt. si vniuersales earum differentie consumantur Cuius exemplum est. Si eniȝ auferas animal: hominē atq; equū sustuleris: que sunt sub rationali differentia collecta. Et de communitatibus quidem hactenus. nunc de generis τ differentie dissimilitudine perpendit.

Proprium autem generis est de pluribus predicari q̄ȝ differentia τ species. τ proprium τ accidens. animal enim de homine τ equo τ aue τ serpente predicatur. quadrupes vero de solis quatuor pedes habentibus homo vero de solis indiuiduis τ particularibus. τ hinnibile de solo equo τ de his qui sunt particulares. τ accidens similiter de paucioribus. Oportet autem differentias accipere. quibus diuiditur genus. non eas que complent substantiam generis. Amplius genus continet differentiam potestate. animalis enim hoc quideȝ rationale est. illud vero irrationale. differentie vero non continent genera. Amplius genera quidem priora sunt his que sub se sunt posite differentijs. propter hoc quidem simul quod eas aufert. non autem simul auferuntur ab eis. sublato enim animali aufertur rationale τ irrationale. differentie vero non auferunt genus. nam si omnes interimantur. tuȝ substantia animata. sensibilis subintelligi potest que est animal. Amplius quidem genus in eo q̄ quid est: differentia vero in eo q̄ quale quid est predicatur. quemadmodum dictum est. Amplius genus vnū quidem est secundum vnamquamq; speciem. vt est hominis genus id quod est animal. differentie vero plurime. vt rationale mortale mentis τ discipline perceptibile. q̄bus ab alijs differt. τ genus quidem consimile est materie. τ forme quideȝ differentia. cum autem sint τ alia communia τ p̄pria

generis ⁊ differentie. nunc ista sufficiant.

¶ Proprium vero quid sit conuenienti atq; integro vocabulo diffinitum est. Sed per abusionem illa etiã propria quorumlibet dicuntur: que i vnaquaq; re ab aliis continent differentiam: licet cum aliis sint ea ipsa communia. Per se quippe proprium est homini quod ei omni ⁊ soli ⁊ semper adest: vt risibilitas. per vsurpatam vero locutionem etiam proprium hominis rationalitas dicitur non per se proprium: quippe quod ei cum deorum est natura commune sed hominis rationabilitas proprium dicitur ad discretionem pecudis quod rationale non est. Id vero propter hãc causam quoniam id proprium vniuscuiusq; dicitur quod habet suum. Quo igitur quis ab alio differt: proprium eius non absurda vsurpatione predicatur. Sed nunc quod dicit proprium generis esse de pluribus predicari ꝙ̃ cetera quattuor: id ipsius generis tale proprium est quale per se proprium dici solet: idest quod semper soli ⁊ omni adsit generi. Generi enim soli adest vt differentia specie proprio ⁊ accidẽte vberius atq; affluentius predicetur. Sed de his speciebus differentiis propriis atq; accidentibus id dici potest: que sub quolibet genere sunt. idest differentie quidem que quodlibet diuidunt genus. Species vero que diuisibilis est generis differẽtiis informatur. Propriũ autem illi speciei que sub illo genere est: quod differentiis est diuisiuum. Accidentia his herent indiuiduis que sub ea specie sunt: quam designatum genus includit. Hoc facilius exempla declarãt. Sit enim genus animal: quadrupes ac bipes differẽtie sub animalis posite continentia: Homo autem atq; equus species sub eodem genere constitute. Risibile atq; hinnibile propria earum specierum. Velox vero vel bellator dux sunt accidẽtia: que his indiuiduis accidunt: que sub speciebus hominis atq; equi continentur. Animal igitur quod est genus predicatur. de quadrupede: ⁊ bipede que sunt differentie. Quadrupes vero non dicitur de bipede sed tantum de his animalibus que quattuor pedes habent. Plus igitur predicatur genus ꝙ̃ differentia. Rursus homo de platone ⁊ socrate predicatur ⁊ de ceteris. Animal vero non modo de hominis indiuiduis: verum etiam de ceteris irrationabilibus indiuiduis dicitur: plus enim genus ꝙ̃ species predicatur. Sed cum sit proprium equum speciei. Cunq; genus ꝙ̃ species vberius predicetur: predicatio quoq; generis proprii supergreditur predicationem. Accidẽs quoq; ⁊ si pluribꝰ inesse potest: tamen sepe genere contractus inuenit̃: vt bellator nõ nisi homo dicitur: ⁊ velocitas in paucis animalibus inuenitur. quo fit vt genus ⁊ differentia ⁊ specie ⁊ proprio ⁊ accidente amplius predicetur. Atq; hec est vna proprietas generis que genus ab omnibus aliis disiungat ac separet. Oportet autem inquit nunc eas differentias intelligere: quibus diuiditur genus: nõ quibus informatur genus: ille enim a quibus informatur genus: plus ꝙ̃ ipsum genus sine dubio predicantur. vt animatum ⁊ corporeum vltra animal tendunt cum sint differentie animalis: ⁊ non diuisiue: sed potius constitutiue. Omnia enim superiora de inferioribus predicantur. Que vero de inferioribus predicantur: nec conuerti possunt: hec ab eis que inferiora sunt amplius predicantur. ¶ Post hoc aliud propriũ generis ostendit quo ab his differentiis que sub eodem sunt segregatur. Omne enim genus continet differentias potestate. Differentia vero genus non potest continere. Animal enim rationale atq; irrationale continet potestate. Neq; enim irrationabilitas neq; rationabilitas animal poterit continere. Potestate autem continere animal differentias ꝓprias: quia (vt superius dictum est) genus omnes habet sub se differentias potestate. Actu vero minime. Ex quo fit vt alia proprietas oriatur. Sublato enim genere: perit differentia: velut sublato animali interimitur rationalitas: quod est differentia. At si rationale interimas irrationale animal manet. ¶ Sed obici potest ꝙ si vtrasq; differentias simul abstulero: non poterit remanere genus. Dicimus potest. Vnumquodq; enim non ex his de quibus predicatur: sed ex his ex quibus efficitur substantiam sumit. Itaq; fit vt genus sublatis differentiis diuisiuis permanere possit. Dum tamen maneant ille que ipsius generis formam substantiamq; constituunt. Quoniam enim animal animati atq; sensibilis differentie constituunt. he si maneant atq; iungantur: perire animal non potest: licet ea pereant de quibus animal predicatur: rationalẽ scilicet atq; irrationale. Vnumquodq; enim (vt dictũ est) ex his substantie proprietatem sumit ex quibus efficitur: non ab his de quibus predicatur.

¶ Amplius si vtrasq; differentias genus potestate cõtinet: ipsum per se neutram earum intra se positam collocatamq; concludit. ꝙ si actu quidem eas non continet sed potestate. actu etiam ab his poterit separari: hoc ipsum enim eas potestate cõtinere id erat actu non continere. Genus vero quod quaslibet differentias actu non continet: actu ab eisdem etiam separatur. Rursus aliud est generis proprium quod ex proprietate predicationis agnoscitur. Omne enim genus ad interrogationem quod est vnumquodq; respondere conuenit: vt animal in eo ꝙ quid est de homine predicatur. differentia vero minime: sed in eo ꝙ quale sit. Omnis enim differentia in qualitate consistit. Sed hoc proprium tale est quale superius diximus non per se: sed secundum alicuius differentiam dictum. Alioquin commune est hoc generi cum specie: vt in eo ꝙ quid sit predicetur. sed quia hac re genus a differentia discrepat: quoniã differentia quidem in eo quod quale est: genus vero in eo ꝙ quid est predicatur: generis proprium dicitur non per se ꝗ̃ differentie cõparatione: ⁊ in omnibus reliquis eandẽ rationem conuenit speculari. Alia rursus generis ⁊ differentie separatio est: quod genus quidem speciei vni semper adest scilicet proximum. plura enim possunt esse superiora: velut hominis animal atq; substãtia. Sed proximum eiusdem hominis animal tantum Differentie vero plures vni speciei adesse poterunt: vt rationale atq; mortale. Itaq; fit diffinitio ex vno quidem genere sed pluribus differentiis: vt hominis animal rationale atq; mortale. Rursus alia differentio est: ꝙ genus velut subiecti velut locum differentia vero forme: itaq; illud fit materia quedam. que figuram suscipiat. Hec vero fit forma: que superueniens speciei substantiam rationemq; perficiat. Iccirco pluribus differentijs a genere differentiam segregauit quia hec maxime generis quãdam similitudinem continet quia est vniuersalis: ⁊ preter genus inter cetera maxima: sed cum alia plura communia pluraq; propria generis inter se ac differentie valeant inueniri: sufficiunt inquit ista. Satis enim ad discretionẽ

tionem quaslibet differentias assumere: etiamsi que dici possunt omnia non colligantur.

Genus autem ⁊ species commune quidem habent de pluribus predicari quemadmodum dictum est. Sumatur autem species vt species solum. non autem vt genus: si fuerit idem species ⁊ genus. Commune autem his est ⁊ priora his esse. de quibus predicatur. ⁊ totum quoddam esse vtrumq;.

¶ Generis quidem ⁊ speciei enumerat tria communia: vnum quidem de pluribus predicari. genus enim ⁊ species de pluribus predicantur: sed genus de speciebus vt dictum est: species vero de indiuiduis. Sed nunc de illa specie loquitur inquantum species est: idest que non erit genus: vt vltima species. Quod si talem speciem ponamus: que etiam genus esse potest: ac de ea dicamus ꝙ commune habet cum genere de pluribus predicari: nihil interest an ita dicamus ipsum genus id secum habere commune de pluribus predicari. Talis est enim species: que non solum est species: sed etiam genus est. Est autem commune his quoq; vtraq; priora sunt his de quibus predicantur. Omne enim quod de pluribus predicatur: si recto (vt superius dictum est) ordine dicatur. Prius est his de quibus predicatur: preterea est illis hoc et commune: ꝙ genus ac species totum sunt eorum que intra suum ambitum continent ⁊ coherent: omnium enim specierum totum est genus: ⁊ omnium indiuiduorum totum est species. Eque enim genus ⁊ species adunatiua est: ideo eorum que ad vnam formam reducit: recte dicitur totum.

¶ Differunt autem eo ꝙ genus quidem species cōtinet. species vero continentur ⁊ non continent genera. In pluribus enim est genus ꝙ species. Amplius genera quidem preiacere oportet. ⁊ informata differentijs specificis perficere species. vnde ⁊ priora sunt naturaliter genera. ⁊ simul interimentia sed que simul non interimantur. ⁊ species cum sit est ⁊ genus. genus vero cum sit: non omnino erit species. ⁊ genera quidem vniuoce de speciebus predicātur: species vero de generibus minime. Amplius genera quidem abundant earum que sub ipsis sunt specierum continentia. species vero de generibus abundant proprijs differentijs: amplius nec species fiet vnq̄ generalissimum nec genus fiet vnq̄ specialissimum.

¶ Expeditis communibus generis ⁊ speciei: nūc de eorum discretione pertractat. Differre enim dicit genus a specie: quoniam genus continet species. vt animal continet hominem. species vero non continet genera neq; enim homo de animali predicatur. Itaq; fit vt species contineantur a generibus: nunq̄ vero contineant genera. Omne enim quod amplius predicatur: illius est continens: quod minus dicitur continetur. ꝙ si genus amplius predicetur q̄ species: necesse est vt species quidem contineatur a genere: genus vero speciei nullo ambitu predicationis includatur: huius autem ratio est quoniam genus semper suscipiens differentiam speciem facit. hoc enim est genus quod habet latissimam predicationem. coarctatum differentia ⁊ contractum speciem facit. omnino enim generi iuncta differentia speciem reddit: ⁊ ex vniuersalitate ⁊ latissima predicatione in angustum speciei terminum contrahit. Animal enim cuius predicatio per se longe lateq; diffusa est si arripiat rationalis differentiam si ⁊ mortalis: diminuit atq; contrahit in vnum hominis speciem vnde fit vt minor sit semper species quam genus: atq; ab eo contineatur sed non contineat: sublatoq; genere auferatur ⁊ species. si enim totum auferas pars non erit. ꝙ si species auferatur: genus manet: veluti cum animal sustuleris: interimitur etiam homo: si hominem auferas: animal restat. hec etiam causa est vt genus de specie vniuoce predicetur: ⁊ vt species suscipiat diffinitionem generis ⁊ nomen: sed non est conuersio: diffinitionem quippe speciei genus non suscipere videtur substantiam enim priorum inferiora suscipiunt. Si enim diffinias animal: dicas: substantiam esse animatam atq; sensibilem. At si predices de homine animal verum dixeris: si etiam animalis diffinitionem de homine predicaueris: dicasq; hominem esse substantiam animatam atq; sensibilem: nihil fuerit in propositione falsi: sed si hominis rationem reddas: animal rationale mortale: ea animali non conuenīūt: sed si reddas animali rationale mortale non conueniunt. neq; enim id quod animal est addici poterit animal rationale mortale. fit igitur vt sicut species generis nomen suscipit: ita etiam capiat diffinitionem: ⁊ sicut genus nomen speciei non suscipit: ita nec eiusdē diffinitione monstretur: sed cuius nomen ⁊ diffinitio de aliquo predicatur: id vniuoce dicitur. Cum igitur generis nomen ⁊ diffinitio de specie predicetur: genus de specie vniuoce dicitur. Quoniam vero speciei de genere neq; nomen neq; diffinitio predicatur non conuertitur vniuoca predicatio. Differunt genera speciebus hoc quoq;: ꝙ genera superuadunt species suas aliarum continentia specierum. Species vero genera differentiarum pluralitate. animal enim quod est genus superuadit hominem quod est species quia non hominem solum continet: verumetiam bouem equum aliasq; species: quas sue spacio predicationis includit. Species vero vt homo superuadit genus: vt animal multitudine differentiarum. Nam actu genus non habet rationale vel mortale: nullas quippe actu genus retinet differentias: easdem species sue substantie inherentes atq; insitas tenet. Homo enim rationalis est atq; mortalis: quod genus minime est. Animal enim neq; mortale est per se: neq; per se rationale. Quod si genus quidem plus vna continet specie: at vero species multis differentijs informantur: superat quidem genus speciem continentia specierum. Species vero vincit genus differētiarum pluralitate: illa quoq; est differentia: ꝙ genus quoniam omnium primum est: nunq̄ in tantum descendere poterit vt fiat vltimum: species vero que cūctis est inferior: nunq̄ in tantum ascendere poterit: vt suprema omnium fiat. nunq̄ igitur nec species generalissimum fiet: nec genus specialissimum. Sed ex his que dicte sunt differentijs: alie sunt que genus a specie proprie coniuncteq; disterminant. Alie vero que non solum genus a specie: verumetiam a ceteris deducunt ac disterminant: neq; enim in his tantum dif

screutijs que sunt dicte verumetiam in ceteris considerari oportet:si proprie normam discretionis querimus cognoscere.

Generis autem ꝛ proprii commune quidē est sequi species.namqꝫ si homo est.animal est.ꝛ si homo est risibile est.ꝛ equaliter dicitur predicari genus de speciebus ꝛ propriū de his que participant illo indiuiduis. Equaliter enim ꝛ homo ꝛ bos animal est.ꝛ cicero.ꝛ cato sunt risibiles.commūe autem est his vniuoce predicari genus de proprijs speciebus ꝛ propriū de his quorum est proprium.

¶ Tria interim generis ac proprij dicit esse communia:quorum primum illud est:quoniam ita genus sequitur species vt proprium:posita enī specie necesse est intelligamus ꝛ proprium.neutrum enim species proprias derelinquit:nā si homo est animal est:si homo est:risibile est.ita quemadmodum genus:sic proprium ab ea specie cuius est proprium non recedit. Illud quoqꝫ quod equalis est generis participatio sicut etiam proprij. Omne enim genus equaliter a suis speciebus participatur:proprium vero indiuiduis omnibus equaliter adherescit. Manifestum est autem participatione esse generi equale proprium.neqꝫ enī plus homo animal est ꝙ̄ equus atqꝫ bos:sed in eo ꝙ sunt animalia:equaliter animalis id est generis vocabulum trahunt. Cato etiam ꝛ Cicero equaliter risibiles sunt:etiam si equaliter non rideant:in eo enim ꝙ apti ad ridendum sunt dici risibiles possunt:non ꝙ iā rideant. Equaliter ergo ea que sub genere sunt:suscipiunt genera:sicut ea que sub proprijs:propria. Tertium illud ꝙ sicut genus de proprijs speciebus vniuoce predicatur:ita etiam proprium de sua specie vniuoce dicitur. Genus enim quoniam substantiam speciei continet:non modo eius nomen de specie:verum etiam diffinitio predicatur. Proprium vero speciem non relinquit:quam semper sequitur:nec in aliā speciem transgreditur nec infra subsistit. Diffinitionem quoqꝫ propria spēbus tradūt:cuius enī nomē vni tm̄ conuenit speciei cui coequatur:dubitari non potest:quin eius quoqꝫ diffinitio speciei conueniat. Quo fit vt sicut genus de speciebus:ita proprium de sua specie vniuoce predicetur.

¶ Differunt autem genus ꝛ proprium . quoniam genus prius est. posterius vero proprium oportet enim esse prius animal. de hinc diuidi differentijs ꝛ proprijs. ꝛ genus quidem de pluribus speciebꝰ predicatur quarum est genus. proprium vero de vna sola specie cuius est proprium ꝛ proprium quidem conuersim de eo cuius est proprium predicatur.genus vero de nullo conuersim predicatur. nā nec si animal est homo est.nec si animal est.risibile est.si vero risibile est homo est. ꝛ econuerso. Amplius omni speciei inest proprium cuius ē propriū ꝛ soli ꝛ semper.genus vero omni quidem speciei inest cuius fuerit genus.ꝛ semper non autem soli. Amplius autem species quidem interempte non simul interimunt genera quorum sunt species. ꝓpria vero interempta interimunt ea quorum sunt ꝓpria.ꝛ his interēptis ipsa simul īterimūtur.

¶ Rursus tale proprium sumit:ꝙ ad alterius nūcupationem proprium nuncupetur. dicit enim proprium esse generis prius esse ꝙ̄ propria. Oportet enim priꝰ esse genus:quod veluti materia differentijs supponitur:venientibusqꝫ differentijs fieri speciem cum quibus propria nascuntur. Si igitur prius est genus ꝙ̄ differentie:prius etiam differentie ꝙ̄ species:ꝛ speciebus propria coequantur non est dubium quin propria generibus posteriora sint:ac per hoc quod dictū est proprium esse generis prius esse ꝙ̄ propria. Commune est generi cum differentijs. Differentie enim species conformantes priores considerantur esse ꝙ̄ propria. Si quidem speciebus ipsis priores sunt:quas propria ratione determinant:sed vt dictum est hoc ꝓprium ad differentiam proprij intelligendum est:non quale superius proprium per se constitutum est. Rursus differt genus a proprio ꝙ genus quidem de pluribus predicatur speciebus:proprium vero minime.nā neqꝫ genus est nisi plures ex se species proferat: neqꝫ proprium si alteri cuilibet speciei possit esse commune. Fit igitur vt genus quidem plurimas species sub se habeat: vt animal hominem atqꝫ equum: proprii vero vnam tm̄ sicut:risibile hominē. Quo fit vt illa quoqꝫ proprietas ex differentia nascatur:genus enī predicatur quidem de speciebus:ipsum vero in nulla predicatione supponitur. Proprium vero ꝛ species alterna predicatione mutantur. Fit enim predicatio aut a minoribus ad maiora:aut ab equalibus ad eq̄lia. Genus igitur quod maius est de speciebus predicatur omnibus;species quoniam minores sunt:de generibus non dicuntur. vt animal de homine dicitur: homo vero de animali nullo modo predicatur. At vero proprium quoniam speciei equale est:eque predicatur. Atqꝫ preponitur:vt risibile de homine dicitur. omnis enim homo risibilis est:eodemqꝫ modo conuertitur.omne enim risibile homo est. Differt etiam proprium a genere:ꝙ proprium vni speciei ꝛ omni ꝛ semper adest. Genus vero ex his quidem duo retinet:in vno vero semper diuersum est.nam speciebus suis ꝛ semper adest ꝛ omnibus non vero solis. hoc enim erat tm̄ proprijs esse: ꝙ singulas tm̄ species continent. hoc enim generibus ꝙ plures. igitur propria quidem singulas optinent species:genera vero non singulas:adest igitur proprium vni soli ꝛ speciei ꝛ semper ꝛ omni. Genus vero ꝛ omni quidem ꝛ semper ꝛ non soli:vt risibile homini soli:animal vero eidem homini;sed non soli. Preest enim cunctis que irrationabilia nuncupamus;preterea si auferamus genus:species interimuntur.nam si non sit animal:non erit homo.si auferamus species:non interimitur genus.nam si non sit homo:animal non peribit. Species vero ꝛ propria quoniam sunt equalia: alterna se vice consumunt.nam si non sit risibile homo non erit si homo non sit:risibile non manebit. Consumunt igitur genera sub se positas species:non vero ab his inuicem consumuntur. Species vero ꝛ proprium inuicem perimuntur ꝛ perimunt.

Generi vero ꝛ accidenti commune est de pluribus quemadmodum dictum est. predicari siue separabilium sit accidens siue inseparabilium.etenim moueri de pluribus.ꝛ nigrum de coruis. ꝛ de oībus ethio-

pibus

pibus ꝛ aliquibus inanimatis predicantur.
¶ Nihil est quod i ceteris ita sit a generis ratione dis-
iunctum sicut est accidens. nam cum genus cuiuslibꝫ
monstret substantiam: accidens vero a substantia lō
ge disiunctum sit ꝛ extrinsecus veniens: nihil vero no
tius commune habere potest cum genere q̄ꝫ de plu-
ribus predicari. Genus enim de pluribus predicatur
speciebus. accidens vero de pluribus non modo spe-
ciebus: verum etiam generibus animatis atqꝫ inani
matis: vt nigrum dicitur de rationali homine: ꝛ de
irrationabili coruo: ꝛ de inanimato hebeno. Album
est de cigno ꝛ marmore. moueri de hoīe de equo ꝛ d
stellis: ac de agitatis: q̄ sūt sepabilis accidētis exēpla
¶ Differt autem genus ab accidenti. quoniam ge
nus ante species est. accidentia vero speciebus po
steriora sunt. nam ꝛ si inseparabile accidens suma
tur. tamen prius est illud cui accidit q̄ accidens. ꝛ
genera quidem que participant. equaliter partici
pant. accidenti vero non equaliter. Intensionem
enim ꝛ remissionem suscipit accidentium partici-
patio. generum vero minime. Et accidentia qui-
dem in indiuiduis principaliter consistunt. gene-
ra vero ꝛ species naturaliter priora sūt indiuiduis
substantijs. Et genera quidem in eo ꝙ quid sit p̄-
dicātur de his que sub ipsis sunt. accidentia vero
in eo ꝙ quale aliqd sit. vel quomodo se habet vnū
quodqꝫ. qualis est enim ethiops interrogatus di-
cis niger. ꝛ quomodo socrates se habet dicis quo-
niam sedet vel ambulat.

¶ Differentiam generis ꝛ accidentis hanc primam ꝓ
ponit. Quod genus quidem ante species sit: quippe
quod materie loco est: ꝛ differentijs informatum spe
cies gignit. at vero accidens esse post species inueni
tur. Oportet enim prius esse cui aliquid accidat: post
vero ipsum accidens superuenire. Nam si subiectum
non sit q̄ suscipiat: accidens esse non poterit. Quod
si genus quidem speciebus subiectum est: non possūt
esse species: nisi eis genus velut materia supponatur.
Accidentia vero esse non possunt nisi eis species sup-
ponatur. nam manifestum est genus quidem esse an
te species: accidentia vero post species. Rursus alia
differentia: quoniam genus neqꝫ intensionē neqꝫ re
missiones suscipere potest. Quo fit vt q̄ participabāt
genere: equaliter eius nomen diffinitionemqꝫ susci-
piant. Omnes enim homines equaliter animalia sūt
eodem modo equi. Necnon inter se homo atqꝫ equ⁹
ꝛ cetera animalia comparata eque animalia predicā
tur. Accidentis vero participatio ꝛ intēditur ꝛ remit
titur. Inuenies enim quemlibet paulo diutius ambu
lantem ꝛ paulo amplius nigrum. Si in ipsis ethiopi-
bus consideraberis: omnes non eque nigro colore esse
obductos inuenies. Alia quoqꝫ differentia est: quo-
niam omne accidens in indiuiduis principaliter subsi
stit. Genera vero speciebus ꝛ indiuiduis priora sūt.
nisi enim singulariter corui nigredine infecti sint: cor
ui spēs nigra eē nullo modo diceretur. Ita fit vt acci
dentia post indiuidua esse videantur. Nam si prius ē
id cui aliquid accidit q̄ꝫ illud quod accidit: non est du
bium prius esse indiuidua: posterius vero accidens.
Genera vero ꝛ species supra indiuidua considerant:
hoc iccirco quoniam de omnibus his predicantur: eo
rumqꝫ substantiam propria predicatione constituunt

sed dici potest genera quoqꝫ ꝛ species posteriora in-
diuiduis inueniri. Nisi enim sint singuli homines: sin
gulique equi: hominis atqꝫ equi species esse non possūt
ꝛ nisi sint singule species: eorum genus animal eē nō
poterit. Sed meminisse debemus superius dictuꝫ eē
genus non ex his sumere substantiam de quibus pre
dicatur: sed de eo potius quod differentijs constitu-
tiuis eius substantiam formamqꝫ perficit. Itaqꝫ si ge
nus quidem diuisiuis differentijs interemptis nō pe
rimitur. manet in que eius constitutiue sunt: que eius
formam diffinitionemqꝫ perficiunt. Cumqꝫ differen
tie diuisiue generis speciebus sint priores (ipse enim
species conformant: atqꝫ constituunt) non est dubiū
quin genus etiam pereuntibus speciebus possit in ꝓ
pria permanere substantia: idem de speciebus dictū
sit. Species enim superioribus differentijs non poste
rioribus indiuiduis informantur. Que cū ita sint spe
cies quoqꝫ ante indiuidua subsistunt. Accidentia ve
ro nisi sint quibus adsint: esse non possunt; nullis ve
ro prius accidunt q̄ꝫ indiuiduis. Hec eniꝫ generatio
ni ꝛ corruptioni supposita varijs semper accidentib⁹
permutantur. Illam quoqꝫ annumerat differentiam
que est superius dicta: ꝙ genus quia reꝫ demonstrat
ꝛ de substantia predicatur in eo ꝙ quid est dicitur.
Accidens vero aut in eo ꝙ quale est aut in eo ꝙ quo
modo habet sese. Nam si qualitatem interroges: acci
dens respondebitur: vt si qualis est coruus: niger. Si
quomodo se habet: aliud rursus accidens: aut sedet:
aut volat: aut crocitat. Nam cum accidens in nouem
predicamenta diuidatur: qualitatem: quantitateꝫ: ad
aliquid: vbi situm habere: quando facere pati. Cete
ra quidem omnia in quomodo se habet interrogatio
ne ponuntur. Qualitas vero in qualitatis sciscitatio-
ne responderi solet. Nam si interrogemur qualis est
ethiops: respondebim⁹ accidens. i. niger. Si quomo
do se habeat Socrates: tunc dicemus aut sedet: aut
ambulat: aut superiorum aliquod accidentium.

¶ Genus vero quomodo ab alijs quattuor diffe-
rat dictum est. Contingit autem etiaꝫ vnumquod
qꝫ aliorum differre ab alijs quattuor: vt cum quin
qꝫ quidem sint. vnumquodqꝫ autem ab alijs qua-
tuor differat. quater quinqꝫ. xx. fiant omnes diffe-
rentie. sed non sic se habet sed semper posteriori-
bus enumeratis. ꝛ secundis quidem vna differen
tia superatis. propterea quia iam sumpta est tertus
vero duabus. quartis vero tribus. quintis vero qua
tuor. sic decem fiunt omnes differentie. quatuor.
tres due. vna. Genus etenim quo differt a differē
tia ꝛ a specie ꝛ proprio ꝛ accidente dictum est. qua
tuor ergo sunt omnes differentie. differentia vero
quo differt a genere dictum est. quando quo dif-
fert genus ab ea dicebatur. relinquitur ergo quo
differat differentia a specie: ꝛ proprio ꝛ accidē
ti dicere. ꝛ fiunt tres. rursus species quo qui-
dem differt a differentia dictum est quando quo
differt a specie differentia dicebatur. ꝛ quo dif
ferat species a genere dictū est quando quo diffe-
rat genus a specie dicebatur. Reliquum est igitur
in quo differat species a proprio ꝛ accidenti dice-
re. ꝛ sunt due he differentie: quo autem differt pro
prium ab accidenti relinquitur. Nam quo a gene

re ⁊ specie ⁊ differentia differat. predictum est in illorum ad ipsum differentijs. quatuor igitur sunt ptis generis differentijs ad alia. tribus vero differentie: duabus speciei. vna autem proprij ad accidens. decem erunt omnes quarum. quatuor que erant generis ad reliqua supiꝰ demõstrauimus:

¶ Quoniam differentias ⁊ communitates generis ad differentiam ad speciem ad accidens ⁊ ad propriū persecutus est. Idem quoqꝫ de ceteris facere contendens predicit: quot omnes differentie possunt esse: q̄ inter se comparatis commixtisqꝫ rebus his que suprapposite sunt efficiantur. Sunt autem. xx. nam cum quinqꝫ sint res: ⁊ vnaqueqꝫ res earū si a quatuor alijs differat: quinquies quater. xx. differentie fiunt: quod appositarum litterarum manifestatur exemplo. Sit quinqꝫ res veluti quisqꝫ littere. a. b. c. d. e. differat igitur. a. quidem ab alijs quattuor idest. b. c. d. e. fient q̄ttuor differentie. rursus. b. differat ab alijs quattuor idest. a. c. d. e. erunt rursus quatuor que superioribus iuncte octo coniungunt. c. vero tertia a reliquis differt quattuor. s. a. b. d. e. que quattuor differentie superioribus octo copulate. xij. reddunt. Quarta. d. si reliquis quatuor comparetur: differat eque ab eisdē a. b. c. e. fient igitur rursus quattuor q̄ superioribus xij. apposite. xvj. copulant. Quod si vltima. e. ab alijs quatuor differat. s. a. b. c. d. fient alie quatuor differentie: que composite prioribus. xx. perficiunt. ⁊ fit quidē huiusmodi descriptio.

a b c d e
b c d e (a c d e) a b d e (a b c e) a b c d

¶ Que cum ita sint: in generibus quoqꝫ ⁊ speciebus ⁊ ceteris idem considerabitur. Erunt ergo quatuor differentie quibus genus a differentia specie proprio ac accidentiqꝫ disiungitur. Alie rursus quattuor: quibꝰ differentia a genere specie proprio atqꝫ accidenti discrepat. Rursus quatuor speciei ad genus differentiam proprium atqꝫ accidens. Quatuor etiā proprij ad genus differentiam speciem atqꝫ accidens. Quatuor insuper accidentis ad genus differentiam speciem atqꝫ proprium. Que coniuncte omnes. xx. explicant differentias. Sed hec si ad numeri referatur naturam comparationisqꝫ alternationem. Nam si ad ipsas differentiarum naturas vigilans lector aspiciat: easdē sepe sumptas differentias inuenit. Quo enim genus differt a differentia: eodem differentia differt a genere. ⁊ quo differentia distat a specie: eodem species a differentia disgregatur: ⁊ in cunctis eodem modo. In hac igitur disputatione differentiarum quam supra disposui: easdem adnumerani sepius. Itaqꝫ si differentiarum similitudines subtrahamus decem fient omnino differentie: quas ad presentem tractatum velut diuersas atqꝫ dissimiles oportet assumere. Age enim differat genus a differentia specie proprio atqꝫ accidenti quattuor differentijs quas supra iam diximus. Item sumamus differentiam distabit hec a genere primum: deinde a specie: proprio: atqꝫ accidenti sed quo discrepet a genere iam superius explicatum est cum diceremus quo genus a differentia discreparet. Detracta ergo hac comparatione quoniaꝫ supra commemorata est relinquuntur tres differentie: quibus differentia a proprio a specie accidentiqꝫ disiungitur: q̄ iūcte cū superioribus. iiij. vij. reddūt differētias. Post hanc species si sumatur quatuor quidem eius essent differentie secundum numeri diuersitatem: cū ad genus differentiam proprium atqꝫ accidens comparatur. Sed priores due comparationes iam dicte sunt: Nam quo species differat a genere: tunc dictum est cum quid genus differret a specie dicebamꝰ quid vero species a different a distet commemoratum est: cum differentie ad speciem dissimilitudines redderemus. Quibus detractis due supersunt integre atqꝫ intacte speciei ad propriū ⁊ accidens discrepantie. Que iuncte cum. vij. ix. differentias copulant proprij vero si ad numerum differentie considerent. quattuor erunt. s. ad genus differentiam speciem atqꝫ accidens comparati: quarum quidem tres superiores differentie iā dicte sunt. Nam q̄ a genere ꝓpriū distet tunc dictum est: cum quid genus a proprio distaret ostendimus. Rursus quid proprium a differentia discrepet: in colligenda distantia differentie proprijqꝫ superius demonstratum est. quid vero propriū differt a specie: tunc expositum est: quando quid species distaret a proprio dicebatur. Restat igitur differentia vna proprij ad accidens: que superioribus iuncta. x. differentias claudit. Accidentis vero ad cetera possent quidem esse quatuor: nisi iam omnes probarentur esse consumpte. Nam quid differat vel genus vel differentia vel species: vel proprium ab accidenti supra monstratum est: nec sunt plus differentie diuerse accidentis ad cetera: q̄ꝫ ceterorū ad accidens. Itaqꝫ fit vt cuꝫ sit quinqꝫ rerū numerus: si prima assumatur. iiij. fiant differentie. Si secunda tres: vincantur qꝫ secunda rei ad ceteras differentie a prima ad ceteras vna tantum distantia. Nam cuꝫ prima habuerit quattuor: secunda retinet. iij. tertia vero si assumatur duas habebit differentias: que vīcātur a primis. iiij. differentijs duabus. Quarta si sumatur vnam habebit differentiam: que vincitur a primis quattuor differentijs tribus. Quinta vero quoniam nullam habebit omnino differentiam nouaꝫ totis. iiij. a prima differentijs superatur. atqꝫ hoc numerorum gradu quidem vsqꝫ ad denarium numerum tenditur: quattuor tres: due: vna: vt generis quidem. iiij. differentie vero tres. Speciei. ij. proprij. j. accidentis nulla est. prime generis quidem comparationes. iiij. nouas tenēt differentias. secunde vero differentie comparatiōes tres nouas tenent. vna enim superius adnumerata ē vicitur autēꝫ a primis. iiij. nouis differētijs vna tm̄. speciei vͦo tertia comparatio duas tm̄ habet differentias nouas. duas quippe superiꝰ enumeratas cognoscimus. ⁊ vincitur a quattuor primis duabus tantum differentijs nouis. proprij vero vnā tm̄ retinet nouā quoniam tres habet superius numeratas: vinciturqꝫ a prima nouis tribus differentijs. quinti vero accidētis comparationes quoniam nullam retinent nouam differentiam totis quattuor a primis generis trascenduntur. Atqꝫ ad hunc modum ex. xx. differentijs secūdum numerum. x. secundum dissimilitudinem contrahuntur: vt tamen has secundum dissimilitudineꝫ differentias non in quinario tantum numero: verum in ceteris notas habere possimus: talis dabitur regula que plenam differentiarum dissimilitudinem in qualibet numeri pluralitate reperiat. Propositarum. n. numero rerum si vnum dempseris: atqꝫ id quod dēpto vno relinquitur: in totam summam numeri multiplicaueris: dimidium eius quod ex multiplicatione factum est coequabit ei pluralitati quam propositarū rerum differentie continebant. Sūt ergo res q̄tuor a. b. c. d. his aufero vnum: ⁊ fiunt tres has igit quater multiplico

ter multiplico: fiūt. xii. bo͛ꝝ: si dimidiū teneo: sex erūt. Tot erunt igit͛ differentie īter se rebus quattuor cōparatis. a. q̄ppe ad. b. ꝛ. c. ꝛ. d. tres retiet differētias. Rursus. b. ad. c. ꝛ. d. duas. c. vero ad. d. vnam. Que iuncte senarium numerum complent. Atq3 hanc quidem regulam simpliciter ac sine demonstratione mōdedisse sufficiat. In predicamentorum vero expositione ratio quoq3 cur ita sit explicabitur.

COmmune ergo est differentie ꝛ speciei equaliter participari. homine eni3 equaliter participant particulares homines. ꝛ rationali differentia. Cōmune vero ē ꝛ semp adesse his que eorum participant. semper. n. Socrates rationalis est. ꝛ semper homo est.

¶ Dictum est sepius ea que substantiam formant nec remissione contrahi nec intensione produci. vnicuiq3 id quod est vnum atq3 idem est. Quod si differentia specierū substantiam monstrat: species vero indiuiduorum: equaliter vtrcq3 ab intensione ꝛ remissione seiuncte sunt: quo fit vt equaliter participentur. Oēs enim indiuidui mortales atq3 rationales sunt homines. Nam si idem est esse homini quod est rationale esse: cum homines eque sint homines: necesse est vt sint equaliter rationales. Aliud quoq3 commune habet differentia cum specie: quoniam ita differētie sui participantia non relinquunt vt species. Semper enī Socrates rationalis est (Socrates enim rationabilitate participat) semper homo est: quia scilicet humanitate participat. vt igitur differentie sui participantia non relinquunt: ita species his que eam participant: semper adiuncta est.

PRoprium autem est differentie quidez ī eo q̄ quale sit predicari: speciei vero ī eo q̄ quid est. nā3 si homo velut qualitas accipiatur: non erit tamen simpliciter qualitas: sed secundū id q̄ generi aduenientes differētie eam constituerunt. Amplius differentia quidē sepe in pluribus speciebus consideratur: quemadmodum quadrupedes in pluribus animalibꝰ speciebus differentibus. species vero in solis his que sub vna specie sunt indiuiduis. Amplius differentia quidem prima est ab ea specie que est secundum ipsam. simul enim ablatum rationale interimit hominem: homo vero interemptus non aufert rationale. cum sit deus. Amplius differentia quidē cōponitur cum alia differentia rationale enim ꝛ mortale compositum est in substantiam hominis. spēs vero speciei non componitur. vt gignat altera3 speciem. quedam enim equa cuidam asino permiscet͛ ad mulli generationem: equa enim simpliciter asino nunq̄ conueniens perficeret mulum.

¶ Expositis communitatibus quantum ad institutionem pertinebat differentie ꝛ speciei: earundem nunc dissimilitudines colligit dicens: quoniam differūt q̄ species in eo q̄ quid sit predicatur. Differentia autez in eo q̄ quale sit. Huic differentie poterat questio occurrere nam si humanitas ipsa que species est: qualitas quedam est: cur dicatur species in eo q̄ quid sit p̄dicari: cum propter quandam sue nature proprietatē quedam qualitas esse videatur. Huic respondemus quia differentia solum qualitas est: humanitas vero non solum est qualitas: sed tantum qualitate perficit͛ Differentia enim superueniens generi speciem facit ergo genus quadam differentia ꝛ qualitate formatū est vt procederet in speciem. species vero ipsa qualis quidem est secundum differentiam illius que est pura ac simplex qualitas: qua scilicet perficitur ꝛ conformatur. Qualitas vero ipsa pura simplexq3 nullo modo est sed ex qualitatibus effecta substantia. itaq3 iure differentia que pure ac simpliciter qualitas est in eo q̄ quale est sciscitantibus respondetur species vero in eo q̄ quid sit iure respondetur: licet ipsa quoq3 quedam qualitas sit non simplex: sed alius qualitatis informata. Rursus quoq3 differentia ipsa ē quia plures sub se species differentia continet. Species vero tantum indiuiduis preest. Rationalitas enim ꝛ hominem claudit ꝛ deum: quadrupes equum bouem ꝛc. homo vero sola indiuidua: atq3 in aliis speciebus eadem ratio est. Iccirco enim diffinitiones quoq3 secute sunt: vt differentia vocaretur: quod de pluribus specie differentibus ī eo q̄ quale sit predicetur. Species vero q̄ de pluribus numero differentibus in eo q̄ quid sit predicatur. Ideo etiam superioris nature sunt differentie: quoniam continentes sunt specierū. nam si quis auferat differentiam speciem quoq3 sustulerit: vt si quis auferat rationabilitatem hominē deumq3 consumpserit: si quis vero hominem tollat: rationabilitas in speciebus reliquis constituta est: igitur differentie distant a specie: q̄ð vna differētia plures species continere sub se potest: species vero nullo modo. Alia rursus est differentia: quonia3 ex pluribꝰ differentiis vna species iungitur. ex pluribꝰ vero speciebus nulla speciei substantia copulatur. Iunctis enī differentiis mortali ac rationali factus est homo. Iūctis vero speciebus nulla vnquā species informatur. Quod si quis occurrat dicens: quoniā permixtus asino equus efficit mulum: non recte dixerit. Indiuidua enim indiuiduis iuncta: indiuidua rursus alia fortasse perficient. Ipse vero equus simpliciter. i. vniuersaliter ꝛ asinus vniuersaliter neq3 permisceri possunt neq3 aliquid si cogitatione misceantur: efficiunt. Cōstat igitur differentias quidem plurimas ad vniꝰ speciei substantiam conuenire. Species vero in alterius speciei naturam nullo modo posse congruere.

DIfferentia vero ꝛ proprium commune quidem habent equaliter participari ab his que eorum participant: equaliter eni3 rationalia rationalia sunt. ꝛ risibilia sunt risibilia. ꝛ semper ꝛ omni adesse commune vtriq3 est si enim curtetur qui bipes est non substantia perit sed ad id ad quod natum ē semper predicatur. nā ꝛ risibile ad id quod natum ē semper dicitur. sed non in eo q̄ semper rideat.

¶ Nunc differentie proprijq3 communia continua ratione prosequitur. Commune enim dicit esse proprio ac differentie: q̄ equaliter participantur: eque enim omnes homines rationales sunt: eque risibiles. Illð quia substantiam monstrat: istud quia est equum proprie speciei ꝛ subiectam speciem non relinquit. Aliud etiam in his commune subiūgit. eq̄liter. n. differētia semper subiectis adest: vt propriū. Sēper enim oēs homines rationales sunt: vt semp quoq3 risibiles. s3 obici poterat non semp esse bipedem homine3. cū sit bipes differentia: si vnius pedis perfectione curtet͛:

quam tali modo soluimus questionē. Propria ⁊ differētie nō i eo q̄ semper habeāt: sed in eo q̄ semper naturaliter haberi possūt semp dicūtur adesse subiectis. Si. n. qs curtetur pede: nihil attinet ad naturā sicut nihil ad detrahendum ꝓpriū valet si hō non rideat. Hec. n. nō in eo q̄ adsint: sꝫ eo q̄ p naturā adesse possunt semp adesse dicuntur. Ipsum enim semp non actu esse dicimus: sed natura. Nunq̄ꝫ enim fieri potest: vt per nature ipsius ꝓprietatem non semper bipes sit etiaꝫ si fieri potest vt pede curtetur: vel ēt si dim inuto pede sit natus. In his enim non speciei atqꝫ substantie: sed nascenti indiuiduo derogatur.

¶ Proprium autem differentie ē. q̄ hec quidem de pluribus speciebus dicitur sepe. vt rationale de homine ⁊ de deo. proprium vero de vna sola specie cuius ē proprium ⁊ differentia illis ē consequēs quorum ē differentia. sed nō conuertitur. propria vero conuersim predicantur de his quoꝝ sūt propria propter id q̄ conuertuntur.

¶ Distat a proprio differentia quod differentia plurimas species claudit: ac de his omnibus predicatꝰ. proprium vero vni tantū speciei coniungit atqꝫ equatur. Rationale enī de hoīe atqꝫ de deo p̄dicatꝰ: quadrupes vero de equo ⁊ ceteris animalibꝰ. Risibile vero vnā tantum speciem continet: idest hominē. vnde fit vt differentia semper speciem consequatur: species vero differentiam minime. Proprium vero ac species alternis se se vicibus equa predicatione comitantur. Sequi vero dicitur aliquid quotiens quolibet rē priꝰ natura posterius reliqua conuenit nuncupari: vt si dicam omnis homo rationabilis est: prius homo ē: postea posui differentiam. Sequitur ergo differentia speciem. At si conuertam nomina dicamqꝫ omne rationabile homo est propositio non tenet veritatem. Igitur species nulla ratione differentiam comitatur proprium vō ⁊ spēs q̄ cōuerti possūt mutuo se sequūtur. omnis homo risibilis est: ⁊ omne risibile hō ē.

Differentie autem ⁊ accidenti cōmune quidem est de pluribus dici. cōmune vō ad ea que sunt inseparabilia accidentia semper ⁊ omnibus adesse. bipes enim semp adest omnibus coruis ⁊ nigrum similiter.

¶ Duo quidem differentie ⁊ accidentia cōmunia sunt quorum vnum inseparabilibus ⁊ separabilibus accidentibus cuꝫ differentia cōmune est. Ab altero vō separabile accidens segregatur. Tantum vero inseparabile secundo commūi claudit. Est enī commūe differentie cum omnibus accidentibus de pluribus predicari. Nam ⁊ separabilia ⁊ inseparabilia accidentia sicut differentia de pluribus speciebus ⁊ indiuiduis p̄dicāt: vt bipes de coruo atqꝫ cigno nuncupatur: ⁊ de his indiuiduis que sub coruo sunt. Item de eodē coruo atqꝫ cigno album: ⁊ nigrum que sunt inseparabilia accidentia predicantur. Ambulare enim vel stare: dormire ac vigilare de hisdem dicimus: que sunt separabilia accidentia. Reliqua vero communitas ea tantum accidentia videtur includere que sunt inseparabilia. Nam sicut differentia semper subiectis speciebus adherescit: ita etiam inseparabilia accidentia nunq̄ꝫ videntur deserere subiectum: vt enī bipes qđ est differentia nunq̄ꝫ speciem coruorum derelinquit ita nec nigrum qđ accidens inseparabile est differentia vero iccirco non relinquit subiectum: quomā eius substantiam cōplet ac perficit. Accidens vō huiusmodi est quoniā nō potest separari. neqꝫ enim posset eē accidēs inseparabile: si subiectū aliquādo relinqueret.

¶ Differunt autem q̄ differentia quidem cōtinet ⁊ non continetur. continet enim rationalitas hominem ⁊ deum. ⁊ accidentia vero quodammodo continent. eo q̄ in pluribus sunt. quodammodo continentur eo q̄ non vnius accidentis susceptibilia sunt subiecta. sed plurimorum. ⁊ differentia quidē in intensibilis ⁊ irremissibilis. accidentia vero minus ⁊ magis recipiunt. ⁊ impermixte sunt quidem contrarie differentie. mixta vero contraria accidētia. huiusmodi quidem communiones ⁊ proprietates differentie ⁊ ceterorum sunt. Species vero quo quidem differat a genere ⁊ differentia. dictū est in eo q̄ dicebamus quo genus differat a ceteris ⁊ quo differentia differt a ceteris.

¶ Post differentie ⁊ accidentis redditas cōmūitates nunc de eoꝝ differentijs tractat. Ac primuꝫ quidē talem proponit. differentia quidem omnis speciem continet. Rationabilitas enim continet hominem: quoniā plꝰ rationabilitas q̄ꝫ species idest homo predicatur. supergressa enim substantiam hominis in deum vsqꝫ diffunditur. Accidentia vero aliquando continent aliquando continentur. Continent quidem quia quodlibet vnum accidens speciebus adesse pluribus consueuit: vt albuꝫ cigno ⁊ lapidi. vt nigrū coruo ⁊ ethiopi atqꝫ hebeno. Continentur vero: quoniam plura accidentia vni accidūt speciei: vt videatur illa species plura accidentia continere: cum enim ethiopi accidit vt sit niger: accidit vt sit simus: vt crispus: que cuncta accidentia sunt ethiopis. Species quodammodo intra se plurima accidentia videtur īcludere. hinc occurri potest: quoniam differētie quoqꝫ aliquo modo continentur: aliquo modo continēt: vt rationabilitas continet hominem. plus enim q̄ꝫ de homine predicatur. Continetur quoqꝫ ab homine: quoniam non solū hanc differentiam homo continet verum etiam mortale. Respondebimus contra. hoc oīa quecunqꝫ substantialiter de pluribus predicantur: ab his de quibꝰ dicuntur non poterunt contineri. quo fit vt differentie quidem non contineantur a specie: ⁊ si sint plures differentie que speciem forment. Accidentia vero continentur: quoniam accidentia speciei substantiaꝫ nulla predicatione constituunt. nam nec proprie vniuersalia dicuntur accidentia: cum de speciebus pluribus dicuntur. Differentie vero maxime ⁊ proprie dicuntur vniuersalia. Que enim quorumlibet vniuersalia sūt: ea necesse est eorum quorum sunt vniuersalia: etiam substantiam continere: quo fit quia differentie substantiam monstrant intensione ac remissione careāt: vna enim queqꝫ substantia neqꝫ contrahi neqꝫ remitti potest. At vero accidentia quoniam nullam constitutionem substantie profitentur: intensione crescunt ⁊ remissione decrescunt. Illa quoqꝫ eorum est differētia: q̄ differentie contrarie permisceri vt ex se fiat aliquod: nō queūt. Accidētia vero cōtrarie: ⁊ quedaꝫ medietas ex alterutra cōtrarietate cōiūgūtur. Ex rationabili enim ⁊ irrationabili nihil vnum iungi pōt. Ex albo vō ⁊ nigro fit aliqs mediꝰ color. expositis igitur distātijs differentie ad cetera restat de spē dicere: cuꝰ qdē differētias ad genus ante collegimus: cū generis ad spēs differētias dicebamus: eiusdēqꝫ ⁊ speciei

speciei distantias ad differentiam diximus: cuius differentie ad speciem dissimilitudines monstrabamus. Restat igitur speciem proprio & accidenti cum communione coniungere tum differentijs segregare.

Speciei vero & proprij cōmune est quidē de se inuicem predicari: nam homo etiam risibile est: risibile homo est. risibile vero quoniam secundum id quod natum est ridere accipitur. sepe iam dictum est: equaliter enim sunt species his que eorū participāt. & propria quorum sunt propria.

Cōmune inquit habent proprium atque species ad se ipsa predicationes habere cōuersas. Nam sicut species de proprio: ita proprium de specie predicatur: nam vt est homo risibilis: ita risibile homo est. Idque iā superius dictum esse cōmemorat: cuius communitatis rationem soluit eam. s. q̄ equaliter species indiuidui participant sicut eadē ppria his quorum sunt ppria. q̄ ratio nō videt ad cōuersionē predicationis accomodata: sed potius ad illam aliam similitudinē: q: sicut species equaliter ab indiuiduis participantur: ita etiam ppria. eque enī Socrates & Plato homines sunt: sicut etiam risibiles. Itaque aliam cōmunionem debemos accipere illud quod est additum. equaliter enim sunt species his que eorum participant: & propria quorum sunt propria. An magis intelligēdū hoc modo dictum tanq̄ si diceret equalia sunt species & propria. nam que species eorum sunt species que speciebus ipsis participant: & propria eorum propria que proprijs participāt. proprium atque species equaliter vtrisque sūt. i. neque species soprauadit ea que specie participāt: nec ppria superuadūt ea que proprijs participant. Cumque propria specierum sint propria. species ac propria equalia esse necesse est atque inuicem predicari.

Differt autem species a proprio. quoniam species quidē potest & alijs esse genus. proprium vero aliarum specierum esse impossibile est. & species quidem ante subsistit q̄ proprium. proprium vero post fit in specie. oportet enim ante hominē esse: vt sit risibile. Amplius species quidem semper actu adest subiecto. proprium vero aliquādo actu: potestate vero semper. homo enim semper actu est socrates: non vero semper ridet. quāuis sit natura semper risibilis. Amplius quorum termini differentes sunt & ipsa sunt differentia: est autem speciei esse semper sub genere. & de pluribus differentibus numero in eo q̄ quid sit predicari. & cetera huiusmodi: proprij vero est soli & omni & semper adesse.

Primā proprij & speciei differentiam dicit: quoniam species potest aliquando in alias species deriuari. i. potest esse genus: vt animal cum sit species animati potest esse genus hominis: sed nūc nō de his spēbus loquitur que sunt specialissime: atque hunc confundere videt errorē: q̄ cū de his speciebus dicere pposuerit que essent vltime: nunc de his q̄ sunt subalterne: & se per locū generis obtineāt differt. ppria vō nullo mō genera esse possunt: quoniā specialissimis adequant: de quoniam genera esse nequeunt nec propria que sunt sibi equalia esse pmittuntur. Rursus species semper ante subsistit q̄ propriū. nisi enim sit homo: risibile esse non poterit: & cum ista simul sint: tamē substantie cogitatio precedit proprij rationem. Omē enī proprium in accidentis genere collocatur. Eo enī differt ab accidenti: quia circa omnē solam quālibet vnam speciem vim ppie predicationis continet. Quod si priores sunt substantie q̄ accidentia: species vero substantia ē. Propriū vero accidēs: nō est dubiū enim prior sit species: ppriū vero posterius. Discernūt etiā priores actu potestatisque natura. Species enī actu semp indiuiduis adest. Propria vero aliquotiens actu: potestate autem semp. Socrates enī & plato actu sunt homines: non vero semper actu rident: sed risibiles esse dicuntur: tametsi nō rideāt: ridere tamē poterūt. Natura itaque species & propriū semp subiectis adest: sed actu species. Proprium vō non semp actu vt dictum est. At rursus quoniā diffinitio substantiā monstrat: eorum quorum diuerse sunt diffinitiones: diuerse sunt substantie. Est aūt speciei diffinitio sub genere esse: & de pluribus numero differentibus in eo q̄ quid sit predicari: quā superius expositam frequenter nunc iterare opus non ē. Proprio vō non ita diffinitur. Propriū est qd vni & omni & semp speciei adest: quorum diffinitiones diuerse sunt: non est dubium speciem ac proprium secundū nature sue terminos discrepare.

Speciei vero & accidentis commūe quidē est de pluribus predicari. rare vero alie sūt cōmūitates ppterea qm̄ q̄ plurimum distant a se accidens. & id cui accidit.

Speciei & accidentis similitudinē cōmunem dicit de pluribus predicari: de pluribus enim dicitur species sicut & accidens. Raras vero dicit alias esse eorum cōmuniones. ideirco quoniam longe diuersum est id qd accidit. & cui accidit. Cui enim accidit subiectum ē atque suppositum. Quod vero accidit extrarie ē atque aduenientis nature. Itē quod supponitur substantia est quod vero velut accidens predicatur: extrinsecus venit. Que omnia multā eius quod est subiectū & eius qd est accidens differentiam faciunt. tamen inueniri ēt alie possunt speciei & accidentis inseparabilis cōmunitates: vt semper subiectis adesse. eque enim homo singulis hominibus semper adest: & inseparabilia accidentia singulis indiuiduis presto sunt: & q̄ species de his que indiuidua continent: eque de pluribus vt accidētia indiuiduis predicāt. Nā homo de Socrate Platone: Nigrum vero atque album de pluribus coruis & cignis quibus accidens est nuncupatur.

Propria vero vtrinsque sunt speciei in eo quod quid est predicari de his quorum est species. accidentis autem in eo q̄ quale quiddam est vel quomodo se habens & proprium est vnamquāque substantiam: vna quidem specie participari. pluribus autem accidentibus & separabilibus & inseparabilibus. Et species quidem ante subintelligi potest q̄ accidentia. vel si sint inseparabilia. oportet enim ante esse subiectum. vt illi aliquid accidat. accidētia vō posterioris generis sunt & aduentitie nature. & speciei quidem participatio equaliter est. accidentis vero vel si inseparabile sit non equaliter. ethiops enim alio ethiope habebit colorem. vel intensum vel remissum secundum nigredinem. Restat igitur de proprio & accidenti dicere. quo enim proprium a specie & differentia & genere differt. dictum est.

¶ Nos nunc proprii speciei ⁊ accidentis se exequi pollicemur: tale propriū intelligendū est q̄ vt superius dictum est ad comparationē dicitur differentie: Spēs vero in eo q̄ quid est predicatur: accidens vero ī eo q̄ quale. qua differentia non ab accidentibus solum species discernitur: verū etiā a differētijs ⁊ proprijs nec solū species ab eisdem verum etiam genus. preterea q̄ species in eo q̄ quid est predicatur: accidēs vō in eo q̄ quō se habeat: id quoq₃ cōe est cū genere. genꝰ quoq₃ ab accidēti ī eo q̄ qd est ⁊ quō se habeat p̄dicatione diuidit̄. Itē vnāquāq₃ substātiā vna videtur spēs cōtinere: vt socratē homo. atq₃ ideo Socrati vna tm̄ propinqua est spēs hominis. Rursus īdiuiduo equo vna spēs equi est proxima. Itēq₃ in ceteris vnicuiq₃ enī sb̄e vna spēs p̄est: at vō vnicuiq₃ sub̄e ī vnū accidēs iūgitur. vnicuiq₃ enī sb̄e plura sp̄ accidētia superueniunt: vt socrati q̄ caluꝰ: q̄ simꝰ: q̄ glaucus: q̄ p̄penso ventre. ⁊ in alijs quidē substātijs de numero accidentiū idē conuenit dicere. Dehinc semper añ accidētia spēs intelligūt̄: nisi enī sit homo cui accidit aliquid accidens esse non poterit: ⁊ nisi sit quelibet substantia cui accidens possit adiungi: accidens non erit. Omnis autē substantia propria specie continet̄. recte igitur prius species: accidētia vero posteriꝰ intelligūt̄. Posterioris enim sunt (vt ait) generis ⁊ aduenticie nature. Nam que substātiā non informāt recte aduenticie nature esse dicunt̄ ⁊ posterioris generis. His enim substantijs sunt: que ante differētijs informate sunt rursus quoniam species substantiam monstrat: substantia vero (vt dictum est) intensione ac remissione caret: speciei participatio intensionem remissionēq₃ non suscipit. Accidēs vero vel sī inseparabile sit potest intensionis remissionisq₃ cremento ⁊ decremēto variari. vt ipsū īseparabile accidēs quod ethiopibus īest. s. nigredo. Potest enī qbusdā talis adesse vt sit fuscis proxima: alijs vō talis: vt sit nigerrima. Restat nunc p̄prij cōmuniones ac differentias persequi. Sed q̄ proprium differat a genere vel specie vel differētia superiꝰ demonstratū est: cū quid genus vel spēs vel differētia a p̄prio distaret ostendimꝰ. Nūc reliq̄ ad cōmunitatē vel differētiā cōsiderāndo ē: q̄ p̄priū accidētibꝰ aut iungat aut segreget.

Commune autē proprii ⁊ accidētis inseparabilis est. q̄ preter ea nūq̄ consistant ea in quibus considerantur. quemadmodum enim preter risibile non subsistit hō ita nec preter nigredinē subsistit ethiops. ⁊ quēadmodum semper ⁊ omni adest proprium. sic inseparabile accidens.

¶ Quoniam proprium: semp adest speciebus: nec eas vllo modo relinquit: quoniamq₃ inseparabile accidēs a subiecto non potest segregari: hoc illis inter se videtur esse cōe. q̄ ea in quibus insunt preter propria vel inseparabilia accidentia esse non possunt. Inseparabilia vero accidentia comparat proprio: quoniā vt ī specie dictum est rarissime sunt speciei atq₃ accidentis similitudines. Quocirca multo magis proprij atq₃ accidentis cōmunitates difficile reperiuntur. Accidens enī in contrariū diuidi solet in inseparabile accidens atq₃ separabile. que vero sub genere in contrariū diuidut̄: ea nullo alio nisi tantū generis predicatōe participant. Qd̄ si proprium inseparabile quoddam accidēs est a separabili accidēti plurimū differt: atq₃ iō nullas proprij ⁊ separabilis accidentis similitudines querit. Sed quoniam ipsum certis quibusdam causis ab inseparabilibus accidentibus differt; horum ⁊ cōmunitates inueniri possunt ⁊ inter se differentie: quarum vna quidem ea est quā superius exposuimus. secunda vero quoniam sicut proprium semper ⁊ omni speciei adest. ita etiam inseparabile accidens. Nam sicut risibile omni homini ⁊ semper adest: ita etiam nigredo omni coruo ⁊ semper adiuncta est.

¶ Differt autem quoniam proprium vni soli speciei adest quemadmodum risibile homini. inseparabile vero accidens. vt nigrum non solum ethiopi. sed etiam coruo adest ⁊ carboni ⁊ ebeno ⁊ quibusdam alijs. quare proprium conuersim de eo cuius est proprium predicatur ⁊ equaliter. inseparabile vero accidens conuersim non predicatur. ⁊ propriorum quidem equalis est participatio. accidentium vero hec quidem magis. illa vero minus Sunt quidem ⁊ alie communitates vel proprietates eorum que dicta sunt. sed sufficiunt quidē hec ad discretionem eorum que dicta sunt communitatis traditionem.

¶ Proprij atq₃ accidētis prima quidem differentia ē quoniā propriū semper de vna tm̄ specie dicit̄: accidens vero minime: sed eius predicatio ī plurimas diuersi generis substantias speciesq₃ diffundit̄. risibile enim de nullo alio nisi de homine predicatur. Nigrū vero quod est inseparabile quibusdā accidēs: tā coruo q̄₃ ethiopi que diuersa sūt specie: coruo vero atq₃ ebeno que differūt generibus nō tm̄ specie presto ē. quo fit vt proprijs quidē conuersio equa seruet̄. in accidentibus vero minime. Quoniam enim propria in singulis esse suum habent: atq₃ omnes continent species: conuerso ordine predicantur. Nam quod risibile est homo est: ⁊ quod homo risibile. nigrum vero non ita: sed ipsum quidem de his predicari potest quibus inest. Illa vero ad huius predicationem conuerti retrahiq₃ non possunt. nigrum enī₃ de carbone de ebeno homine coruo predicatur: hec vero de nigro minime. Nam que plurima continent de his que continēt predicari possunt: ea vero que continentur de sese cōtinentibus nullo modo predicantur. Rursus proprijs quidem equaliter participatur: accidens remissionibus atq₃ intensionibus permutat̄. omnis enī₃ homo eque risibilis est. Ethiops vero non equaliter niger ē sed (vt dictum est) aliquis quidem paulominꝰ niger Alius vero teterrimus inuenitur. ⁊ de proprij quidē atq₃ accidentis differentijs satis dictum est: Restabat vero accidentis ad cetera cōmunitates proprietatesq₃ explicare: sed iam superius annumerate sunt cum generis ⁊ differentie: speciei proprij: ⁊ accidētis similitudines ac differentias assignauimus. Fortasse autem his institutis animus sollertior factus alias p̄ter eas: quas nunc diximus: cōmunitates vel differentias quinq₃ rerum que superius sunt posite reperiet. Sed ad discretionem atq₃ eorum similitudines comparandas ea fere que sunt dicta sufficiunt. Nos etiā₃ quoniam promissi operis portum tenemus: atq₃ huiꝰ libri seriem primo quidem a rhetore victorino: post vero a nobis latina oratione conuersam gemina expositione patefecimus. hic terminum longo statuimus operi continenti. v. rerum disputationem ⁊ ad predicamenta seruanti.

Finis.

¶ Anicii Mālij Seuerini Boetij viri clarissimi editio prima in Categorias Aristo.

EXpeditis his que ad p̄dicamenta Aristotelis Porphyrij institutiōe digesta sunt: hos quoqȝ commentarios in predicamenta prescribēs mediocris stili seriem persecutus: nihil de altiorum questionum tractatione permiscui: sed in luci dandi moderatione seruata nec angere lectorem breuitate volui: nec dilatatione confundere. Quare prius breuiter huius operis aperienda videtur intentio: que est huiusmodi. Rebus preiacentibus: et in propria principaliter nature constitutione manentibus: humanum solum genus extitit: qđ reb⁹ nomina posset īponere. Unde factum est: vt singulatim omnia prosecutus hominis animus singulis vocabula rebus aptaret. Et hoc quidem verbi gratia. corpus hominē vocauit: illud vō lapidem: aliud lignum: aliud vō colorem. Et rursus quicumqȝ ex se alium genuisset: patris vocabulo nuncupauit: Mensuram quoqȝ magnitudinis propriis formis nominis terminauit: vt diceret bipedale esse: aut tripedale: et in aliis eodem modo. Ergo omnibus nominibus ordinatis ad ipsorum rursus vocabulorum proprietates figurasqȝ reuersus est: et huiusmodi vocabuli formam que inflecti casibus possit. nomē vocauit: q̄ vō tēporib⁹ distribui verbū. Prima igitur illa fuit nominum positio. per quā vel intellectui subiecta vel sensibus designarent. Secunda consideratio: qua singulas nominum proprietates figurasqȝ perspicerēt ita vt primum nomen sit ipsius rei vocabulū. Ut vbi gratia: cum quelibet res homo dicatur. Quod autem ipsum vocabulum idest homo nomen vocatur: nō ad significationem nōis ipsius refertur. s; ad figuram: idcirco quod possit casib⁹ inflecti. Ergo prima positio nominis scđm significationem vocabuli facta est. Secunda vō scđm figuram. et est prima positio: vt nomina rebus imponerentur: Secunda vō vt aliis nominibus ipsa nomina designarentur. Nam cū homo vocabulum sit subiecte substantie: id quod dicitur homo nomen est hominis. idest ipsius nominis appellatio ē Dicimus enim quale vocabulum est homo: et proprie respondetur. nomen. In hoc igitur opere hec intentio est: de primis rerum nominibus: et de vocib⁹ res significantibus disputare: non in eo q̄ scđm aliquam proprietatem figurāqȝ formantur. sed in eo quod significantes sunt. Nam cum vel de substantia vel facere vel pati dicitur. non ita tractatur: quasi vnum eorum casibus inflecti possit. Aliud temporibus permutari: sed quasi aut hominem aut equū: aut indiuiduū aliquod: aut speciem genusue significet. Est igitur huius operis intentio de vocibus res significātibus in eo quod significantes sunt pertractare. Hec quidem est tempori introductionis et simplicis expositionis apta sententia: quam nos nūc Porphyrium sequentes: quod videbatur expeditior esse planiorqȝ digessimus. Est vero in mente de tribus olim questionibus disputare: quarū vna est quid predicamentorum velit intentio. Ibiqȝ numeratis diuersorum sententiis. docebimus cui nos quoqȝ accedat arbitriū: qđ nemo hinc in presentiarum sententie repugnare iudicetur: cum videat quanto illa sit altior. Porphyrii: cuius non nimium ingredientium mentes capaces esse potuissent: ad quos mediocriter imbuendos ista cōscripsimus. Afficiendi ergo. et quodāmodo dispensandi mediocri expositione sunt in ipsis quasi disciplinē huius foribus quos ad hanc paramus scientiam admittere: Hanc igitur cām mutate sententie vtriusqȝ operis lector agnoscat: quod illic ad scientiam pythagoricam perfectamqȝ doctrinam: hic ad simplices introducendorum motus expositionis sit accomodata sententia. Sed nunc ad propositum reuertamur sitqȝ in presēs predicamentorum intentio: que superius est comprehensa: idest de primis vocibus significantib⁹ prima rerum genera: in eo quod significantes sunt disputare: et quoniam res infinite sunt: infinitas quoqȝ voces que significent eas esse necesse est. Sed infinitorum nulla cognitio est infinita: namqȝ animo comprehendi nequeūt. Quod autem ratione mentis circumdari non potest nullius scientie fine concluditur. quare infinitorum scientia nulla est. Sed hic Aristoteles non de infinitis rerum significationibus tractat sed decem predicamenta constituens ad que ipsa infinita multitudo significantium vocum referri debeat terminauit. Uerbi gratia: cum dico homo: lignum: lapis: equus: animal: plumbū: stagnum: argentū: aurū: hec et alia huiusmodi que nimirum infinita sunt: hec omnia ad vnum substantie vocabulū deducūtur. hec nāqȝ et si qua sunt alia que certe sunt infinita vocabula: vnum substantie nomen includit. Rursus cum dico bipedale: tripedale: sex: quattuor: decem: lineā superficiem soliditatem: et quecūqȝ alia ex eodem sunt genere infinita: vno quantitatis nomine continētur: vt hec omnia sub quantitate ponantur: Rursus cum dico albū: vel scientiam: vel bonum: vel malum: vel alia huiusmodi: queqȝ in hoc genere quoqȝ infinita sunt: vnum tamen nomen concludēs oīa qualitatis occurrit: et de aliis quoqȝ similiter. Rerū ergo diuersarū indeterminatam infinitāqȝ multitudinem: decem predicamentorū paucissima numerositate conclusit: vt q̄ infinita sub scientiā cadere non poterant: decē generibus propriis diffinita scientia comprehensione claudantur. Ergo decem predicamenta que diximus: infinitarū in vocibus significationū genera sunt. Sȝ qm̄ ois vocū significatio de reb⁹ est: que voce significant in eo quod significantes sunt: genera rerū necessario significabunt. Ut igitur concludenda sit intentio. dicendū est in hoc libro de primis vocib⁹ prima rerum genera significantib⁹ in eo quod significātes sunt: dispositū esse tractatū. ¶ Sed qm̄ de intentione dictū est: breuiter huius operis vtilitas explananda est. Nā cū res infinite infinitis quoqȝ vocibus significētur: et (vt dictum est) sub scientia venire non possent: hac diffinitione: qua decem predicamentorum diuisio facta est cunctarum rerum et vocum significantium acquirimus disciplinam. Hec est quod ad logicam tendentibus primus hic legēdus liber occurrit. Idcirco quod cū omnis logica sillogismorum ratione sit constituta sillogismi vō ppositionibus coniungantur. ppositiōes vero sermōibus cōstent. Prima est vtilitas quid qs sermo significet propria scientie diffinitiōe cognoscere. Hec quoqȝ nobis de decem predicamentis inspectio: et in physica Aristotelis doctrina: et in moralis philosophie cognitione perutilis est: quod per singu-

vtilitas

la currentibus magis liquebit. ¶ Quocirca de ordine quoqз huius libri eadem ratio est. Nam quoniam res simplices compositis priores sunt: que enim composita sunt: ex simplicibus componuntur. Hic quoniã de simplicibus vocibus res significantibus disputatur secundum ipsius simplicitatis principalez naturam: primus hic Aristotelis inchoantibus liber addiscitur. Nec illud fere dubium est: ad quam partez philosophie huius libri ducatur intentio. Idcirco quoniam quidez q de significantibus vocibus tradit. de rebus quoqз est aliquatenus tractaturus. Res etenim ꝛ rerum significatio iuncta est: sed principaliter erit illa disputatio que de sermonibus est. Secundo vero loco illa que de rerum ratione formatur. Quare quoniam omnis ars logica de oratione est: ꝛ in hoc opere de vocibus principaliter pertractatur. Quamqз enim sit huius libri relatio ad ceteras quoqз philosophie partes: principaliter tñ refertur ad logicam: de cuius quodãmodo simplicibus elementis. idest de sermonibus in eo principaliter disputatur. ¶ Aristotelis vero neqз vllius alterius liber est idcirco quod in omni philosophia sibi ipse de huius operis disputatione cõsentit: ꝛ breuitas ipsa atqз subtilitas ab Aristotele non discrepat. Alioquin interruptum imperfectumqз opus edidisse videretur qui de syllogismis scriberet: si aut de propositionibus preter misisset aut de primis vocibus tractatũ quibus ipse propositiones cõtinentur omitteret. Quãqз extet alter. Aristotelis liber de eisdem disputans eadẽ fere cõtinens: cũ sit oratione diuersus. Sed hic proprietatis liber calculum cepit: Archytas autem duos composuit libros. quos καθόλου λογους inscripsit: quorum in primo hec decem predicamenta disposuit. Unde posteriores quidã non esse Aristotelem huius diuisionis inuentorez suspicati sunt quod Pithagoricus vir eadem conscripsisset. in qua sententia. Iamblicus philosophus est non ignobilis: cui non cõsentit Themistius neqз concedit eum fuisse. Architã qui pitagoricus tarentinusqз esset: quiqз cum platone aliquantulũ vixisset: sed peripateticũ aliquem archytem: qui nouo operi auctoritatez vetustate nominis concederet: sed de his alias. ¶ Restat inscriptio que varia fuit. Inscripsere namqз alii de rebus: alij de generibus rerum: quos eadem similisqз culpa confundit. Namqз (vt docuimus) non de rerum generibus: neqз de rebus: sз de sermonibus rerum genera significantibus in hoc opere tractatus habetur. hoc vero Aristoteles ipse declarat cum dicit. Eorum que secundum nullam complexionem dicuntur: singulum aut substantiam significat: aut quantitatem. Quod si de rebus diuisionem faceret non dixisset significat: res enim significatur: non ipsa significat. Illud quoqз maximo argumento est. Aristotelem non de rebus: sed de sermonibus res significantibus speculari. quod ait. singulum igitur eorum que dicta sunt. ipsum quidem secundum se in nulla affirmatione dicitur. Horum autem ad se inuicem complexione affirmatio fit. Res enim si iungantur: affirmationem nullo modo perficiunt. affirmatio namqз in oratione est. ¶ Quocirca si predicamenta iuncta faciunt affirmationez: affirmatio vero non nisi in oratione est: que autem iungũtur: vt affirmatio fiat hec sunt rerum significantes voces: predicamentorũ tractatus non de rebus sed de vocibus est: male igitur vel de rebus vel de rerum generibus inscripserunt. Annotant alii hunc librum legendum ante topica: quod nimis absurdum est. Cur enim non magis ante physicam: quasi vero minor huius sit libri vsus in physicis: cum primi resolutorii ante topica prelegantur: ꝛ ante primos resolutorios. Perihermenias liber ad cognitionem veniat inchoantis. cur non magis hunc librum vel ante perihermenias: vel ante resolutorios inscripserunt. Quare reprobãda est inscriptionis istius quoqз ista sententia. Dicendumqз est: quoniã rerum prima decem genera sunt: necesse sunt decem quoqз esse simplices voces: que de subiectis rebus dicerentur. Omne enim quod significat de illa re dicitur quam significat: inscribendus liber est de decem predicamentis. ¶ Sed forte quis dicat: si de significantibus rerũ vocibus ipsa disputatio est: cur de ipsis disputat rebus. Cui dicendum est: quoniam res semper cum propria significatione coniuncte sunt: ꝛ quicquid in res venit hoc idem in rerum vocabulis inuenitur: quare recte de vocabulis: disputans proprietatem significantium vocuз de his que significabantur: idest de rebus assumpsit. ¶ Erit alia quoqз fortasse questio: cur cũ hic orationem in decem predicamenta sit partitus in perihermenias libro in duas tantũ partes diuisionez fecit. in verbũ videlicet. ꝛ in nomen. Sed hoc interest qd ille figuras vocabulorum diuidit: in hoc de significationibus tractat. quare non est sibimet ipsi cõtrarius. In perihermenias enim libro de nomine ꝛ verbo considerat: que secundum figuram quandam vocabuli sunt: quod illud inflecti casibus potest illud variari per tempora hic vero non secundum has figuras: sed in eo quod voces significantes sunt disputatur: quare diuersam in diuersis rebus atqз tractatibus faciendo diuisionem nulla contrarietate notabitur: neqз nũc orationẽ: diuidit sed ad multitudinem generũ nomina ipsa dispartit. nam quoniam decem rerum genera sunt: non secundũ orationẽ sз fm rerũ significationem in decem predicamenta voces diuidit: deqз his tractat. Atqз ideo necesse fuit quodammodo disputationem de rebus quoqз miscere: ita (vt dictum est) vt non aliter nisi ex rebus proprietates in sermonibus apparerent. atqз ita non de rebus proprie sed de predicamentis: idest de ipsis rerum significatiuis vocibus in eo quod significantes sunt seriem disputationis orditur. Cur autem si de predicamentis disputat: de equiuocis vel vniuocis vel de denominatiuis primus illi tractatus est. Idcirco nimirũ quia quedam semper a disputantibus premittuntur: quibus positis facilior de sequentibus possit esse doctrina: vt in geometria prius terminum preponũtur post theorematũ ordo cõtexitur. Ita quoqз hic queda ad predicamentorũ disputationes eẽ possit vtile: prius quã ad ipsa predicamẽta veniret: exposuit: quare quoniam que predicenda erãt explicaui. Nũc ad ipsius disputationis seriem textũqз veniamus.

Equiuoca dicuntur quorum soluз nomẽ commune est: secunduз nomen vero substantie ratio diuersa. vt animal homo ꝛ quod pingitur. Horum enim solum nomen commune est: secundum nomen vero substantie ratio diuersa. Si quis enim assignet quid sit vtrumqз eorum quo sint animalia: proprium assignabit vtriusqз rationem.

¶ Quid autem equiuoca vel vniuoca vel denominatiua vtilitatis habeant: secundum ipsas singulorum rationes diffinitionesqз tractabitur. ¶ Omnis res aut nomine aut diffinitione monstratur. namqз subiectã rem aut

rem aut proprio nomine vocamus: aut diffinitiõe qd sit ostendimus. ¶ Ut verbi gratia: quandam substantiam vocamus hominis nomine: et eiusdem desinitionem damus dicentes: hominem esse animal rationale mortale: ergo quoniam omnis res aut diffinitione aut nomine declaratur. ex his duob⁹ nomine. s. et diffinitione diuersitates q̃tuor creantur. ¶ Omnes namqʒ res aut eodem nomine et eadem desinitiõe iunguntur vt homo et aial. vtraqʒ enĩ aialia dici possũt et vtraqʒ vna diffinitione iunguntur. Est namqʒ aial substãtia animata sensibilis: et homo rursus substãtia animata sensibilis: et hec vocãtur vniuoca. ¶ Alia vo que neqʒ nominibus neqʒ diffinitionibus coniunguntur. vt ignis lapis vel color; vel que ꝓprie substantie natura discreta sunt. hec autem vocãtur diuersiuoca ¶ Alia vo que diuersis nominibus nuncupantur et vni diffinitioni designationiqʒ subdũtur. vt gladius ensis hec enim multa sunt nomina: sed id quod significant: vna diffinitione declaratur. et hoc vocatur multiuocum. ¶ Alia vo que nomine quidem congruunt diffinitionibus discrepant: vt est homo verus: hõ pictus. nam vtrumqʒ vel animalia vel homines nuncupant. Si vo quis velit picturas hominemqʒ diffinire. diuersas vtrisqʒ diffinitiones coaptabit: et hec vocant equiuoca. Quare quoniam quid sint equiuoca dictum est Singulas aristotelice diffinitionis sententias perseq̃mur. ¶ Equiuoca inquit dicuntur. Res per se ipse equiuoce non sunt: nisi vno nomine predicentur. Quare quoniam vt equiuoca sint: ex communi vocabulo trahunt: recte ait; equiuoca dicuntur. Non enim sunt equiuoca; sed dicuntur. Fit autem non solum in nominib⁹ sed etiam in verbis equiuocatio: vt cum dico complector te: et complector a te. In quibus significationib⁹ cum vnum nomen sit complector alia tamen faciendi ratio est: alia patiẽdi: atqʒ ideo id quoqʒ equiuocatio est. vnum enim nomen quod est complector: diuersis faciendi et patiendi diffinitionibus terminatur. In prepositionibus quoqʒ et in coniunctionibus frequenter equiuocatio reperitur. Atqʒ ideo quod ait. quorũ nomen solum cõmuñe est. nomen accipiendũ est oĩs rerum per uocem significatio idest omne vocabulum non proprium solum neqʒ appellatiuum: quod ad illō tantum nomen pertinet quod casibus inflecti potest: sed ad omnem rerum significationem: qua rebus impositia vocabula predicamus. Solum autem duobus modis dicitur. semel cum aliquid vnum esse dicim⁹: vt si dicamus solus est mundus: idest vnus. Alio vero modo cũ dicimus ad quandã; ab altero diuisionem: vt si dicat quis solam me habere tunicam: idest non etiam togam. ad diuisionẽ videlicet toge. Hic ergo Aristoteles posuit. dicens. solum nomen cõmune. quasi hoc voluisset intelligi non etiam diffinitio. equiuoca enim iunguntur nomine: sed diffinitiõe dissentiũt ¶ Commune quoqʒ multis dicitur modis. Dicitur cõmune quod in partes diuiditur: et non iam totum cõmune est: sed partes eius proprie singulorum: vt domus. ¶ Dicitur commune quod in partes non diuiditur: sed vicissim ĩ vsus habentium transit: vt seruus communis. vel equus. ¶ Dicitur etiam commune qd vtendo cuiusqʒ fit proprium post vsum vero in commune remittitur: vt est theatrum nam cum eo vtor meum est: cum inde discedo. in commune remisi. ¶ Dicitur. quoqʒ commune: quod ipsum quidẽ nullis diuisum partibus totum vno tempore in singulos venit: vt vox vel sermo ad multorum aures vno eodemqʒ tempore totus atqʒ integer peruenit. Secundum hanc igitur vltimam communis significationẽ Aristoteles putat equiuocis rebus commune esse vocabulum. Namqʒ in homine picto et homine viuo in vtrisqʒ totum vocabulum dicitur animalis. secundũ nomen vero substantie ratio diuersa. hoc hac significatione premittit: vt si aliter reddantur diffinitiones quã scdm nomen: statim tota diffinitio labet et titubet. Ac primum de diffinitionis proprietate dicendum est. Ille enim certe diffinitiones sunt. que conuertuntur: vt si dicas quid est homo. animal rationale mortale verũ est. quid est animal rationale mortale homo. hoc quoqʒ verũ est: At vo si ita quis dicat. quid est homo. substantia animata sensibilis verũ est. qd substantia animata sensibilis. homo. hoc non modis omnibus verum est: idcirco q: equus quoqʒ est substantia animata sensibilis: sed homo non est. Ergo illas constat eẽ diffinitiones integras que conuerti possunt. Sed hoc fit in his que nõ de communi sed vno tantum: vt eũ de hoĩs nomine; redduntur verbi gratia. Animal est cõmune nomen: si dixerit quis homo est substantia animata sensibilis; procedit; sed non cõuertitur: quia de communi nomine reddita est diffinitio: sin vo de vno nomine redditur tunc de ipso nomine facienda est diffinitio. Sed tamen est recta facienda vt hominis diffinitio. sit animal rationale mortale: nõ substãtia animata sensibilis. hec enĩ scdʒ hoĩs nomen: illa scdm animalis est reddita. Idẽ ẽt in his nominibus: que de duabus rebus cõmuniter predicãtur: si scdm nomen substantie ratio non reddatur. ¶ Pōt aliquotiens fieri: vt ex vniuocis equiuoca sint et ex equiuocis vniuoca. namqʒ homo atqʒ equus cũ scdʒ nomẽ animalis vniuoca sint possunt eẽ equiuoca: si scdʒ nomẽ minime dissimita sint: hõ nãqʒ et equus cõi nomine animalia nuncupantur. Si qs ergo hoĩs reddat diffinitionẽ dicens animal rationale mortale et equi animãl irrationale hinnibile: diuersas reddidit diffinitiones: et erunt res vniuoce in equiuocas p̃mutate. Hoc autem idcirco euenit. q: diffinitiões si scdʒ animalis nomen reddite sunt: quod eoꝝ cõmũe vocabulũ est: sed secunduʒ hominis atqʒ equi. nã si scdm cõmune nomẽ diffinitio redderetur: ita fieret. hõ est substantia animata sensibilis secunduʒ nomen. s. animalis et rursus equus est substantia animata sensibilis secundum nomen rursus animalis. Secunduʒ idẽ namqʒ animalis vocabulum equus atqʒ homo vniuoce predicãtur. Rursus ex equiuocis vniuoca fiunt hoc modo. Si quis pyrrum Achillis filium et pyrrum epyroten dicat esse equiuocos: idcirco quod vno nomine et pyrri dicantur et sint animalia rationalia atqʒ mortalia. Hic secundum nomen hominis reddita diffinitio ex equiuocis fecit vniuoca. Quod si secundum nomen pyrri diffinitionis ratio iungeretur vel a parentib⁹ vel a patria: diuersis oporteret diffinitionibus terminari. Recte igitur additum est. secunduʒ nomen. idcirco q: si aliter facta sit diffinitio stabilis eẽ non poterit: et frequenter diuci sos secũ ducit errores ¶ Ratio quoqʒ multimode dicitur. Est enim ratio animi: et est ratio computãdi. Et ratio nature, ipsa minimarum similitudo nascentium. Est ratio que ĩ diffinitionibus vel descriptionibus redditur. Et quoniã genera generalissima genere carẽt: indiuidua vo nulla substantiali differẽtia discrepãt: diffinitio vo ex genere et differentia trahitur: neqʒ generalissimoꝝ generũ neqʒ indiuiduorum vlla pōt diffinitio reperiri. Sub

alternorum vero generū: quoniā ⁊ differentias habēt
⁊ genera: diffinitiones esse possint. At vero quorum
diffinitiones reddi nequeunt: illa tantum descriptio
bus terminantur. ¶ Descriptio autē est: q̄ qualibet
rem quadā proprietate designat: Siue ergo diffinitio
sit: siue descriptio: vtraq; rationē substantie designat
Quare cum substantie rationē dixit: ⁊ diffinitiōis ⁊
descriptionis nomen inclusit. ¶ Equiuocorum alia sunt
casu. alia consilio. Casu: vt Alexander priami filius: ⁊
alexander magnꝰ. Casus enim id egit: vt idem vtriq;
nomen poneret. Consilio vero ea sūt quecūq; hominū
voluntate sunt posita. ¶ Horum autē alia sunt scd̄m
similitudinem: vt homo pictus: ⁊ hō verus: quo nunc
vtitur Aristoteles exemplo. alia scd̄m proportionē: vt
principium. namq; principium est in numero vnitas:
in lineis punctus. Et hec equiuocatio secundum ꝓpor
tionem esse dicitur. ¶ Alia vero sunt que ab vno descē
dunt: vt medicinale ferramentum. medicinale pigmē
tum. ab vna enim medicina equiuocatio ista descēdit
Alia que ad vnum referuntur: vt si qs dicat salutaris
vectatio est: salutaris esca est. hec. s. idcirco sunt equi
uoca: q̄ ad salutis vnum vocabulū referūtur. ¶ Cur
autē prius de equiuocis post de vniuocis tractat. Id
circo quod ipsa decem predicamēta cū diffinitionibꝰ
diuersa sint: vno predicationis vocabulo nūcupantur
cuncta enim predicamēta dicimus. ipsa vero p̄dicamen
ta quoniā rerū genera sunt: de subiectis rebꝰ vniuo
ce predicantur. Omne enim genus de speciebus pro
priis vniuoce dicitur: quare rectiꝰ prīo de omniū pre
dicamentorum communi vocabulo tractat: q̄ sūi queād
modū singula. de speciebꝰ propriis predicarent: expo
neret. ¶ At si (vt dictū est) non de rebus: s̄ de nomi
nibus huius libri intentio est. Cur de equiuocis ⁊ nō
de equiuocatiōe tractauit: equiuoce nāq; res sūt: eq
uocatio vero vocabulum. Idcirco: q̄m ipsum nomē ni
hil in se retinet equiuocatiōis: nisi diuerse sint res de
quibus illud vocabulum predicetur. Quare q̄ inde
substantiā ipsa equiuocatio trahit: de ipsis dignꝰ in
choatū est. Videt̄ aūt alius esse modꝰ equiuocatiōis
quē Aristoteles omnino non recipit. Nā sicut dr̄ pes
hominis: ita quoq; dicitur pes nauis: ⁊ pes montis.
que huiusmodi omnia scd̄m trāslationē dicunt̄. Trāf
latio vero nullius proprietatis est. Quare equiuoca nū
q̄ sunt nisi propriis ⁊ immutabilibus subiecte rei vo
cabulis appellentur. Est autem talis hor vniuersalis
inspectio. Neq; enim omnis translatio ab equocatiōe
seiungitur: sed ea tantum cum ad res habentes pro
priū vocabulū ab alia iā nominata re nomē ornatꝰ cā
transfertur: vt q̄ iā dicitur quidē auriga: dicit̄ et gu
bernator. Si quis ornatus gratia eum qui guberna
tor est: dicat aurigam: non erit auriga nomē equiuo
cum h̄ id diuersa idest moderatorem currus nauisq;
significet. Sed quotiens res quidē vocabulo eget: ab
alia quidem re que h̄ vocabulū sumit: tūc ista trāsla
tio equiuocationis retinet ꝓprietatē: vt ex homie vi
uo ad picturā nomē hōis dictū est: Et de equiuocis
hactenus nunc de vniuocis pertractemus.

Vniuoca dicūtur quorū nomen cōmune
est: ⁊ scd̄m nomen eadem ratio substātie
vt aīal hō atq; bos. commune. n. nomine
vtraq; aīalia nūcupātur. ⁊ est substātie rō
eadē. Si qs. n. assignet vtriusq; rōnem qd vtrūq;
sit quo sint aīalia: eandem assignabit rationem.

¶ Post equiuocorum diffinitionem ad vniuocorum termi
num transitū. fecit. in q̄bus nihil aliud discrepat. nisi
q̄ equiuoca diffinitione disiūcta sint. Vniuoca ipso
quoq; termino coniungūt̄. sed cetera oīa quecūq; in
equiuocorum diffinitione dicta sūt: in hac quoq; vni
uocorum designatione conueniunt. Nā quemadmodū
in equiuocis scd̄m nomen equiuocacū rerū diffinitio
fiebat ita quoq; in vniuocis scd̄m nomen substantie
rō assignabitur Sunt autē vniuoca aut genera spe
ciebus aut spēs speciebus: ⁊ genera speciebus: vt ani
mal atq; hō. Nā cum sit hominis aīal genꝰ: dicit̄ ho
mo animal: ergo ⁊ animal ⁊ homo animalia nūcupā
tur. Secundū igit̄ cōmune nomē si vtrosq; diffinias
dicis animal esse substantiā animatā atq; sensibilē
hominem quoq; scd̄m id quod animal est: si substan
tiam animatā sensibilē dixeris: nihil in eo falsitatis in
uenies. Species vero speciebus vniuoce sunt: que vno
atq; eodem genere continent̄: vt hō equus atq; bos.
his commune genus est animal: ⁊ cōmūni nomine aīa
lia nominantur. Ergo secundum nomen vnum quod
illis commūe est animalis: vna illis ratio diffinitiōis
aptabitur. Cuncta enim sunt substantie animate atq;
sensibiles. Secundum igitur posteriorem vniuocatio
nis designationē Aristoteles qua species speciebus
vniuoce sunt: vt homo ⁊ bos: que sub eodem sunt ge
nere. sumpsit exēplum.

Denominatiua vero dicuntur. quecunq;
ab aliquo solo differētia casu scd̄m nomē
hn̄t appellationē: vt a grāmatica grāma
ticus: ⁊ a fortitudine fortis.

¶ Hec quoq; diffinitio nihil habet obscurum. Casus
enim antiqui nominabant aliquas nominum trāsfigu
rationes: vt est a iustitia iustus: a fortitudine fortis
⁊c. Hec igit̄ nomina trāsfiguratio casus ab āntiquio
ribus vocabat̄. Atq; ideo quotienscunq; aliqua rem
alia participat: ipsa participatione sicut rem ita quo
q; nomē adipiscit̄. vt quidā homo: q̄ iustitia ꝑticipat
⁊ rem quoq; inde trahit: ⁊ nomen: dicit̄ enim iustꝰ.
Ergo denominatiua vocantur quecūq; a principali
nomine solo casu: idest sola trāsfiguratione discrepāt
Nā cū sit nomē pr̄icipale iustitia: ab hoc transfigura
tum nomen iustus efficitur. Ergo illa sunt denomina
tiua quecūq; a principali nomine solo casu: idest sola
trāsfiguratiōe nominis discrepātia: scd̄m principale
nomē hn̄t appellationē ¶ Tria sunt autem necessaria
vt denominatiua vocabula cōstituant̄. Priꝰ vt rem
participet: post nomē: postremo vt sit quedam nomi
nis transfiguratio: vt cū aliquis dicitur a fortitudine
fortis: ē. n. quedā fortitudo qua fortis ille participet
habet quoq; nominis participationē: fortis enim di
citur. At vero est quedam transfiguratio: fortis enim ⁊
fortitudo non eisdem syllabis terminantur. Si quid
vero sit quod re non participet. neq; nomine partici
pare potest. Quare quecūq; re non paticipant deno
minatiua esse non possunt. Rursus que re quidē par
ticipant: nomine vero minime: ipsa quoq; a denomina
tiuorum natura discreta sunt: vt si quis cū sit virtuo
sus virtute ipsa participet: nullo cum alio nomine nisi
sapientem vocamus. Sed virtus ⁊ sapientia nomine
ipso disiuncta sunt. hic ergo re quidē participat: noīe
vero minime. Quare sapiens a virtute denominatus
esse non dicitur: sed a sapientia: qua. s. ⁊ participat: ⁊
nomine iungitur: ⁊ transfiguratione diuersus ē ⁊ rur
sus si transfiguratio nō sit: vt quedā mulier musica:
paticipat q̄dē ipsa musice disciplina: ⁊ dr̄ musica. hic
igitur non

igitur non est denominatiua sed equiuoca: vno eniz nomine et disciplina ipsa et mulier musica dicitur. Quum ergo similis terminus syllabarum est et nomen simile et nulla transfiguratio: denominatiua esse non poterunt. quare quecunque denominatiuum esse dicitur: illud et re participabit et nomine et aliqua transfiguratione vocabuli discrepabit. Hec igitur que ad predicamenta necessaria credidit premisit.

De multiuocis.

Multiuoca vero et diuersiuoca respuit. quia ad presentem tractatum vtilia non putauit. Breuiter tamen vtraque diffiniendade sunt. Multiuoca sunt quorum plurima nomina vna diffinitio est: vt est scutum clippeus. His enim plura nomina sunt: sed vna diffinitio est. et Marcus porcius Cato his enim tot nominibus res vna subiecta est. Diuersifica sunt quorum neque nomen idem est neque eadem diffinitio: vt homo color et quicquid omnino a se et nominis nuncupatione et diffinitionis ratione discretum est.

Eorum que dicuntur alia quidem secundum complexionem dicuntur alia vero sine complexione: et ea que secundum complexionem dicuntur sunt homo currit. homo vincit. ea vero que sine complexione dicuntur sunt. vt homo: bos currit: vincit.

Postquam de coniunctione diffinitionum atque nominum quantum ad presens attinebat opus: sufficienter exposuit quum de primis nominibus prima rerum genera significantibus diuisio facienda est non nomine sed genere discrepantibus: nunc ostendit quid sine complexione sit cuiuslibet vocabuli facta prolatio. Sine complexione enim dicuntur quecunque secundum simplicem sonum nominis proferuntur: vt homo: equus his eniz extra nihil adiunctum est. Secundum complexionem vero dicuntur quecunque aut aliqua coniunctione copulantur: vt aut socrates aut plato: vel quecunque secundum aliquod accidens coniunguntur. Nam quum verbi gratia in socratem venit ambulatio: dicimus socrates ambulat: et est prolatio ista secundum complexionem idcirco quia cum dico socrates ambulat: socratem suum cum ambulatione compleui. Quod autem ait. Eorum que dicuntur: nihil aliud demonstrare vult: nisi se de primis rerum vocabulis huius libelli disposuisse tractatum. Rerum enim vocabula sunt que dicuntur. ipsa enim pre nominamus.

Eorum que sunt alia de subiecto quodam dicuntur: in subiecto vero nullo sunt. vt homo de subiecto quidem dicitur aliquo homine. in subiecto autem nullo est. Alia autem in subiecto quidem sunt de subiecto autem nullo dicuntur. In subiecto autem esse dico quod cum sit in aliquo non sicut quedam pars impossibile est sine eo esse in quo est. vt quedam grammatica in subiecto quidem est in anima de subiecto vero nullo dicitur. et quoddam album in subiecto est corpore. omnis enim color in corpore est. Alia vero de subiecto quodam dicuntur et in subiecto sunt: vt scientia in subiecto quidem est in anima. de subiecto vero dicitur. vt de grammatica. Alia vero neque in subiecto sunt. neque de subiecto dicuntur. vt aliquis homo. vel aliquis equus nihil enim horum neque in subiecto est neque de subiecto dicitur. Simpliciter autem que sunt indiuidua et numero singularia. de nullo subiecto dicuntur. in subiecto autem nihil prohibet aliqua esse. quedam enim grammatica in subiecto est. de subiecto autem nullo dicitur.

Hic Aristoteles sermonum omnium multitudinem in partium quattuor colligit diuisionem. Nam quia rerum vocabula in decem predicamenta distribuit. maior hac diuisione non potest inueniri: nihil enim est quod poterit quod huic diuisioni vndecimum adiici queat. Omnis enim res aut substantia est aut quantitas: aut qualitas: aut ad aliquid: aut facere aut pati: aut quando: aut vbi: aut habere: aut situs quocirca tot erunt etiam sermones qui ista significent. et hec est maxima diuisio cui vltra nihil possit adiungi. Paruissima vero est que fit in quattuor in substantiam: et accidens et vniuersale: et particulare. Omnis enim res: aut substantia est: aut accidens: aut vniuersalis: aut particularis. Sicut ergo decem superioribus nihil adiici poterat: ita ex his quattuor nihil demi. namque nec minor vlla diuisio his quattuor fieri potest: nec maior quam si denario limite predicamenta claudantur. cur autem in his quattuor diuisio facta est: paucis exponam: Prima quidem rerum est omnium diuisio in substantiam atque accidens. Sed quum substantia proferri non potest: nisi aut vniuersaliter aut particulariter intelligatur. Nam cum dico hominem dixi vniuersalem: idcirco quod nomen hoc de multis indiuiduis predicatur. cum vero dico socrates vel platonem dixi particularem: quum socrates de nullo subiecto dicitur: et accidens quoque eodem modo. Nam cum dixero scientiam: rem protuli vniuersalem: idcirco quod scientia et de grammatica et de rhetorica: et arithmetica: et de aliis omnibus sub se positis predicatur. Si vero dixero platonis scientiam: quum omne accidens quod in indiuidua venit. indiuiduum fit: particularem scientiam dico. namque platonis scientia sicut ipse plato particularis est. igitur quoniam neque substantia neque accidens vllo modo proferri potest nisi in suo nomine: aut vniuersalitatis vim: aut particularitatis includat. Recte in quattuor diuisio facta est vt sit omnis res aut substantia: aut accidens: et horum aut vniuersalis: aut particularis. Ex his igitur quattuor quattuor fiunt complexiones. Nam cum venerit vniuersalitas in substantiam: fit vniuersalis substantia: vt est homo vel animal. Uniuersale autem est quod aptum est de pluribus predicari. Particulare vero quod de nullo subiecto predicatur. Ergo est vna complexio vniuersalitatis et substantie: vt sit substantia vniuersalis. Si vero particularitas substantie copuletur: fit substantia particularis: vt est socrates: vel plato. et quicquid in substantia indiuiduum reperitur. At cum iniicetur vniuersalitas accidenti. fit accidens vniuersale: vt scientia: que cum sit accidens: et preter animam cui accidit esse non possit: tamen vniuersalis est quod de subiecta grammatica vel aliis speciebus predicari potest. Cum vero particularitas accidenti coniungitur: fit accidens particulare: vt platonis vel Aristotelis scientia. Fiunt enim quattuor complexiones: substantia vniuersalis: substantia particularis: accidens vniuersale: accidens particulare. Ut autem accidens in substantie naturam transeat: vel substantia in accidens fieri nullo modo potest et accidens quoque venit in substantiam: sed non vt substantia sit neque eniz quoniam color quod est accidens venit in substantiam: idcirco color iam substantia est nec quoniam substantia suscipit colorem: idcirco color iam substantia fit. Quare neque substantia in accidens: neque accidens in substantie naturam transit. At vero nec particularitas: nec vniuersalitas in se transeunt. Namque vniuersalitas potest de particularitate predicari: vt animal de socrate vel platone. et particularitas suscipiet vniuersalitatis predicationem: sed non vt vniuersalitas sit particularitas: nec rursus quod particulare est: vniuersalitas fiat. Ergo quattuor complexiones: vniuersalem substantiam: vniuersale accidens: particularem substantiam particulare accidens. Aristoteles disponere cupiens: non

eoꝝ nomina sed descriptiones apposuit. Et quia generalissimorum generum diffinitiones non poterat inuenire descriptionibus vsus est. Id substantiam esse dicens quod in subiecto non esset. Accidens vero qd in subiecto esset Omne namqꝫ accidēs in aliquo est: vt color in corpore: scientia in anima: ⁊ subiectam habet substantiam omne accidēs. Si quis enim substātiam tollat: accidens non erit. Quare substantia locus quidam est: vbi accidens valeat natura cōsistere. Ipsa vero substantia per se constat: atqꝫ ideo dicitur substantia: nec vllo subiecto alio nititur: sed cunctis ipsa subiecta est. Alioquin si substantia in vllo subiecto eē posset: esset accidens. Omne enim accidens in subiecto est: ⁊ quicquid in subiecto est illud est accidēs. qd si substantia esset in aliquo subiecto: cōtinuo fieret accidens. sed substantia accidens esse nō potest: sicut supra docuimus. Quare quoniam accidens in subiecto est: substantia vero accidens non ē. substantia in subiecto non est. Uniuersalitatis vero descriptio ē: de subiecto predicari. Omnis namqꝫ vniuersalitas de subiectis particularibus predicatur. nam quoniam vniuersale est animal; vel homo: de socrate predicatur ⁊ platone. Dicitur enim socrates: animal atqꝫ homo. ⁊ quoniam vniuersale est accidens scientia: dicitur de subiecta grammatica; grammatica enim sciētia est. Particularitas vero quoniam ipsa est rerum vltima: ⁊ nihil est illi subiectum: de nullo subiecto predicatur. nam quoniam vniuersalitas de subiecto predicatur: particularitas vero vniuersalitas non est; particularitas de subiecto non predicabitur. Ubi enim res discrepant: ⁊ diffinitio non discrepabit. ita quoqꝫ in his. naꝫ quoniam discrepat substantia ⁊ accidens; diffinitiones quoqꝫ eoꝝ discrepabunt. Ut quoniam est accidens in subiecto. erit substātia non in subiecto. Et quoniaꝫ vniuersalitas de subiecto predicatur: particularitas autem ab vniuersalitate discrepat. de subiecto non predicatur. Has igitur huiusmodi descriptiones Aristoteles ita permiscuit dicens. Eorum que sunt alia de subiecto quodam dicuntur: in subiecto vero nullo sunt. volens .s. vniuersalem substantiam demonstrare. Nam quoniaꝫ dixit de subiecto dicūtur vniuersale est quod vero ait in subiecto nullo sunt. substantia. ergo qd ait quedam de subiecto dici in subiecto vero nullo esse: vniuersalem substantiam demonstrare contendit. vt enim sepius dictū ē. quod de subiecto dicitur: vniuersale ē quod in nullo subiecto est substantia. Hec iūcta; idest de subiecto quodā dici: ⁊ in subiecto nullo eē: vniuersalem substantiam monstrant. Post vniuersaleꝫ substantiam particulare accidens posuit dicens. Alia aūt in subiecto quidem sunt: de subiecto autem nullo dicūtur Nam qꝫ ait in subiecto sunt: accidens mōstrat. qꝫ vero addidit. de subiecto autem nullo dicuntur particulare. Accidēs enim in subiecto est: particularitas de nullo subiecto predicatur. Ergo quecūqꝫ res ipsa in subiecto est: si de nullo subiecto predicatur; accidens est particulare. vt est quedā grammatica: idest Aristarchi: vel alicuius hominis indiuidua grammatica illa enim quoniam indiuidui hominis est: ipsa quoqꝫ facta est indiuidua ⁊ particularis: ergo quoniaꝫ quedā grammatica in anima est accidens est. ⁊ quoniam de nullo subiecto predicatur. particularis ē. quemadmodum enim ipse Aristarchus de nullo subiecto dicitur ita quoqꝫ eius grammatica de nullo subiecto predicatur. Non autem dicit quod ipsa grammatica particularis est; sed quod quedam grammatica: idest alicuius hominis indiuidui grammatica: quam .s. homo particularis propria retinet cognitione. Et quia incorporale accidens posuit quod anime accideret: idest grāmaticam que esset ī anima. Posuit quoqꝫ aliud exemplum corporale: ait enim: ⁊ quoddam albū in subiecto est corpore. omnis enim color est in corpe: hic quoqꝫ non omne albuꝫ dicit esse particulare; sed quod in indiuiduum corpus albuni venit. Probatur quoqꝫ particulare album in subiecto esse hoc mō. naꝫ color quod genus est albi vel cuiusdam albi in corpore est: ⁊ est in subiecto. Quare cuius genus in subiecto est: ipsum quoqꝫ in subiecto est. Omnes enim species vel indiuidua proprio genere continentur: ⁊ eiusdem habent naturam. ¶ Quoniam vero esse in aliquo multis dicitur modis: quid velit Aristoteles ostēdere esse in subiecto: paucis absoluam. ¶ Dicitur enim esse in aliquo nouem modis. dicimus enim esse aliquid in loco vt in foro vel in theatro. ¶ Dicimus quoqꝫ esse in aliquo: vt in aliquo vase: vt triticū in modio; ¶ Dicitur esse in aliquo velut pars in toto: vt manus in corpore ¶ Dicitur esse in aliquo; velut totum in partibus: vt corpus in omnibus suis partibus. ¶ Rursus velut ī genere species: vt in animali homo: vel genus in speciebus suis. ¶ Dicimus quoqꝫ esse in aliquo velut aliqd in fine esse: vt quoniam bone vite finis beatitudo est Si quis sit beatus: in fine est scilicet bone vite. ¶ Dicimus quoqꝫ esse in aliquo: vt in quolibet potente: vt in imperatore esse regimen ciuitatis. ¶ Dicimus quoqꝫ velut formam in materia. vt similitudinem Achillis in ere vel in marmore. Nouem igitur modis in aliquo esse dicitur: vt in loco. vt in vase: vt pars in toto: vt totum in partibus: vt in genere species: vt in speciebus genus: vt in fine: vt in imperatore; vt in materia forma. ¶ Horum igitur Aristoteles tria sola commemorat: sed duo in vnum commixta aliud separatū Ait enim. In subiecto autem esse dico: quod cum in aliquo sit: non sicut quedam pars: impossibile est esse sine eo in quo est. Sensus autem talis est. Hoc īquit dico esse accidens: quod sit in subiecto idest qꝫ sit ī altero vt ps eiꝰ nō sit ⁊ sine aliquo subiecto esse nō possit: vt vbi gratia: color eiū est in corpe nulla ps corpis ē. Et si color a corpe sepat: color nusqꝫ ē Oīs. n. color ī solo corpe ē. Ergo illud ē accn̄s quod semper in subiecto est altero: vt eius pars non sit. Et cum ab eo in quo ē separatur ad nihilū redigatꝰ: ⁊ p se sine alteriꝰ subiecto esse non possit. Quod aūt ait vt nō sit sicut aliqua pars: ab ea .s. significatione in aliquo consistendi diuidere voluit: secundū quam partes in toto esse dicimus. non enim tale est subiectum: vt eius accidēs pars sit. Quod vero dicit īpossibile est eē sine eo in quo est: ab ea scilicet significatione diuisit que est eē alqd in vase vel in loco: qd enim in vase vel in loco ē: a vase vel loco poterit separari: vt triticū quod in modio ē pōt a modio segregari: ⁊ hō a theatro discedere. accidens vero ab eo in quo est segregari non potest. quare solas tres posuit significationes: idest secunduꝫ quā ī vase vel in loco dicitur esse: ⁊ scdm quaꝫ pars ī toto ē Sꝫ vt in vase ⁊ vt ī loco vna sentētia distribuit dicēs īpossibile ē esse sine eo in quo ē. ¶ Sed fortasse quis dicat non eē diffinitionē veram: illa eē in subiecto q̄ sic sint in alio vt nō sint partes. ⁊ sine eo ī quo sint eē non possint. Socrates enim vel homo quilibet cū accidens non sit: tamē semper in loco est ⁊ sine loco eē nō potest. Quibꝰ respondēdū est: qꝫ socrates loca poterit permutare; ⁊ esse preter locū ī quo fuit: ⁊ postrēo

si intelligētia

si intelligentia capiamus: per se subsistit: accidentia vero per seipsa non constant. ¶ Sed si quis hoc quoque obiiciat: posse locum accidentia permutare. malum namque si in manu teneatur: manus mali odore complet. adeo odor quod est accidens: in aliud subiectum transire potest. Sed non hoc ait Aristoteles: quin mutare accidens locum non potest. nec ita dixit impossibile esse sine eo in quo erat sed sine eo in quo est: hoc autem significat mutare posse locum: sed sine aliquo subiecto esse non posse. Quare recta est atque integra diffinitio eius quod in subiecto est: quod in altero sit: ita non sicut quedam pars: et impossibile sit esse sine eo in quo est. Secundum autem illam significationem dictum est secundum quam formam in materia esse dicimus. Namque forma si in materia non sit: per seipsam nulla ratione consistit. Postquam igitur particulare accidens quid esset ostendit dicens: quod in subiecto est et de subiecto non predicatur. et in subiecto consistentis rei diffinitionem reddidit dicens. Quod cum in aliquo sit non sicut quedam pars: impossibile est esse sine eo in quo est. Ad vniuersale accidens continenti disputatione reuertitur quod deffinit hoc modo. Namque post eius rei que in subiecto est diffinitionem: et post particularis accidentis exempla ad vniuersale accidens transitum fecit. Inquiens alia esse que in subiecto sint: et de subiecto predicentur: quod scilicet accidens vniuersale significet. nam quia de subiecto dicitur vniuersale est quia in subiecto est accidens. in subiecto ergo esse et de subiecto predicari vniuersale accidens monstrat. Huius quoque complexionis conuenientia proponit exempla. ait enim scientiam in subiecto esse in anima. nam nisi sit anima in qua sit: scientia nulla est: idcirco quia scientia actus est anime. nam ea que sunt inanimata nihil sciunt. hinc sequitur substantie particularis propositio: quam scilicet ita declarat. quod neque in subiecto sit neque de subiecto predicetur. Nam quod in subiecto non est: substantia est: et quod de subiecto non predicatur particularitas. Utraque igitur res de subiecto non predicari. et in subiecto non esse particularis est substantia. Res igitur quatuor cum propria complexione non secundum propria nomina: sed secundum proprias rationes diffinitionesque contexuit. Nam pro substantia vniuersali posuit: quod in subiecto non est et de subiecto predicatur. pro accidenti particulari dixit. quod in subiecto est: et de subiecto non predicatur. Accidens vero vniuersale per hoc designauit quod ait: quod et in subiecto est: et de subiecto dicitur. Pro particulari substantia interposuit. quod nec in subiecto est. nec de subiecto predicatur. Simpliciter autem que sunt indiuidua et numero singularia de subiecto nullo dicuntur. In subiecto autem nihil ea prohibet esse; quedam enim grammatica in subiecto est. omnis particularitas aut substantia erit aut accidens. Nam cum dico socratem: indiuiduam et particularem significaui substantiam. cum dico quandam grammaticam: indiuiduum et particulare accidens dixi. Indiuidua autem sunt: que neque in alias species diuidi possunt: neque in alia indiuidua. Nam quemadmodum animal diuiditur in species hominem atque equum: homo autem in singulos homines. id est in socratem et platonem et ceteros: sic plato et socrates non diuiduntur in alios. atque hoc idem de accidentibus dici conuenit. Nam quemadmodum scientia diuiditur in species grammaticam et rhetoricam. grammatica vero ipsa in particulares grammaticas quas scilicet particulares homines nouerunt hic ipsa particularis grammatica in particulares grammaticas non secatur. Ergo indiuidua sunt que cumque numero sunt singularia: et in nullas alias multitudines secundum species vel secundum indiuidua diuiduntur. Omne indiuiduum quia particulare est: de subiecto non predicatur: omne autem quod de subiecto non predicatur: aut substantia erit vt plato aut accidens vt quedam grammatica. His ergo particularibus substantia. scilicet atque accidenti que de subiecto non predicantur. Substantia quidem nec in subiecto est: accidens vero in subiecto est. Ita illa indiuidua: que substantie sunt: in subiecto esse non poterunt. Alia vero indiuidua que secundum accidentis naturam dicuntur: illa in subiecto esse nihil prohibet. Atque hoc est quod ait. Simpliciter autem que sunt indiuidua et numero singularia: de nullo subiecto dicuntur: in subiecto autem nihil prohibet aliqua esse. Quedam enim grammatica in subiecto est. de subiecto autem nullo dicitur. Hoc enim maluit demonstrare: et accidentibus et substantiis particularibus hoc esse commune: quia de subiecto non predicantur. Hoc enim dixit. Simpliciter autem que sunt indiuidua et numero singularia: de nullo subiecto dicuntur. Subaudiendo. scilicet siue substantie sint: siue accidentia: sed non omnia indiuidua non sunt in subiecto. Indiuidua enim accidentium in subiecto esse nihil prohibet quedam. nam grammatica cum sit indiuidua: et de subiecto non predicetur. tamen in subiecto est. id est in anima. Sed vt congregati dicatur: sensus huiusmodi est; omnia quidem quecunque sunt indiuidua: de subiecto quidem nullo dicuntur: sed non omnia non sunt in subiecto. Nam cum particularis substantia in subiecto non sit: vt plato particulare. tamen accidens in subiecto est: vt quedam grammatica in anima. Illud quoque magna attentione notandum est: quis sit huius ordo propositi. Nam cum sint quatuor complexiones facta ex quatuor rebus Quarum due natura discrepant: vt substantia et accidens due quantitate vt particularitas et vniuersalitas: cunctis compositisque bis quatuor omnibus dissentientem lateribus dispositionem fecit. Posuit enim prius substantiam vniuersalem dicens: quod in subiecto non est et de subiecto dicitur. post hanc propositionem totis discrepantem rebus rem subdidit. id est accidens particulare quod in subiecto esset et de subiecto non predicaretur. Nam non substantia dixit aut substantia discrepat. quod particulare dedit: ab vniuersali distinxit. Rursus ex alio latere disposuit in diuisione accidens vniuersale dicens: quod in subiecto est et de subiecto predicatur: et vltimo substantiam particularem contrariam superiori accidenti dixit quod neque in subiecto est: neque de subiecto predicatur: substantie particularitatem vniuersalitati accidentis opponens. Sed vt planius quod dicimus fiat figuram descriptionemque subteximus. In qua superius latus substantie accidentisque notauimus. Reliquum particularitatis et vniuersalitatis titulo inscripsimus Aristotelicam complexionem angulariter et per latera designantes.



¶ Quando alterum de altero predicatur vt de subiecto quecunque de eo quod predicatur dicuntur: omnia etiam de subiecto dicuntur: vt homo predi

catur de quodam hoīe: aīal vero de homine: ergo ᷑ de quodam homine animal predicabitur. quidā enim homo ᷑ homo est ᷑ animal.

¶Cum superius de his que in subo sunt .i. de accidentibus loqueretur: diffinitionem constitutam in subo ret: ᷑ preter subiectum nullo mō permanentis in media tractatione disposuit dicens illud esse: qđ neq; ps esset alicuius: nec sine subo posset vllo mō ꝑmanere. Patefacto igitur quid sit esse in subo: nunc qd sit ꝑdicare de subo declarat. Duplici enim modo ꝑdicationes fiunt Vno scđm accidens: alio de subo. de homine namq; predicatur album. dī enim hō albus. rursus de eodem hoīe ꝑdicatur aīal. dicitur enim homo animal esse. Sed illa prior predicatio que est hō est albus. secundum accidens est. nāq; accidēs qđ est albū de subo homine predicatur: sed non in eo quod quid sit. nam cum albū sit accidēs homo substātia: accidēs de substātia in eo qđ qd sit predicari non potest. ergo ista predicatio scđm accidens dī. de subo vō ꝑdicare est quotiens altera res de altera in ipsa substantia predicatur: vt animal de hoīe. nam qm̄ ᷑ aīal substātia est: ᷑ genus est hoīs: idcirco in eo qđ quid sit de hoīe predicatur. Quare illa sola de subo predicari dicunẗ: quecunq; in cuiuslibet rei substantia ᷑ diffinitiōe ponuntur. ergo quotienscunq; hmōi fuerit predicatio vt alterum de altero vt de subo predicetur. i. vt de eius substantia dicaẗ: vt aīal de homine: hanc ꝓprietatez euenire necesse est: vt si de eo qđ predicatur: quippiā vt de subo. i. in eius substantia ꝑdiceẗ: necessario idē in hoc qđ de ꝑdicato dicitur: dicatur etiam de ꝑdicati subo vt hō ꝑdicatur quidē de socrate in eo qđ qd sit. Interrogantibus enī qd sit socrates: hoīez respōdemus. At vō de ipso hoīe in eo quod quid sit aīal dicitur. in substantia eniz hoīs aīal predicatur. atq; ita fit vt aīal qdē de hoīe: hō vō ꝺ socrate i eo qđ qd sit vt de subo predicentur. Ergo qm̄ ista est cōsequētia: ᷑ aīal de socrate in eo quod qd sit predicabitur. Pōt enim dici interrogantibus quid est socrates. aīal. Ergo manifestum ē ꝙ si qua res de aliquo vt de subo ꝑdicetur: vt hō de socrate. de eadē vō re q̄ ꝑdicatur ꝺ hoīe. s. alia rursus superior vt de subo ꝑdiceẗ: vt aīal necesse erit ᷑ hanc eandē de subo cuius de quo ipsū dī ꝑdicari: vt aīal de socrate. Socrates nāq; subus est hoīs de quo aīal predicaẗ. Ergo constat hmōi diffinitio que dicit. quotiēs alterū de altero predicaẗ vt de subo: vt si qd sit quod de eo qđ predicatur in eo quod quid sit dici possit: hoc idē ipsum de eo qđ pri⁹ subiz erat possit ꝑdicari. ¶Sz fortasse quispiā dicat minime verū esse qđ dictum ē: nā cū hō de Socrate prediceẗ. Socrates enim hō est. de hoīe vō spēs. hō enī spēs est. socrates spēs eē nō dī. Et rursus cū animal de hoīe predicetur: de animali vō gen⁹. aīal enim genus ē hō generis vocabulo caret. non enim dī hō eē genus: hō enim genus nō est: ꝫ tm̄ spēs. His dicēdū est ꝙ minus aduerterit illā esse diffinitionē de subo predicationis q̄ in eo qđ qd sit vnūqđq; ᷑ in ei⁹ suba ꝑdicareẗ. nūc aūt spēs de hōe non in eo qđ qd sit predicaẗ. Neq; enī si quis hoīs diffinitionē reddat spēm nominauit ꝫ designatiuū nomen est tātū: vtrum de pluribus spē differentibus ꝑdiceẗ hoc nomen qđ est homo: an certe tantū de solis īdiuiduis. Nam qm̄ de indiuiduis solis hō ꝑdicaẗ: idcirco spēs dī. ᷑ qm̄ de spē differentib⁹ aīal dī: idcirco aīal genus vocamus. Et sunt quodammodo nominū nomina. Quare neq; genus de aīali: neq; spēs de hoīe in eo qđ qd sit predicatur. sed tantū designatiua ē illa: quō hō ᷑ animal de subiectis (vt dictum ē) predicentur ꝓprijs. Ergo non est mirandum si ad eoꝝ subiectum que de subiecto dicuntur: eius predicati quod de subiecto non dicitur pradicatio peruenire non potest.

¶Diuersorum generū ᷑ non subalternatim positorum diuerse sunt specie differentie: vt animalis ᷑ scientie: animalis quidē differentie sunt: vt gressibile ᷑ volatile ᷑ bipes ᷑ aquatile. scientie vō nulla harum est; neq; enim scientia a scientia differt in eo ꝙ est bipes. Subalternorum vero generum nihil prohibet easdem esse differentias: superiora enim de inferioribus predicantur. quare quecūq; fuerit predicati differentie: erunt eedem ᷑ subiecti.

¶Cum multis modis genus dicatur: solum qđ nūc tractari conuenit assumamus. Diciẗ. n. genus qđ de pluribus spē differentibus in eo qđ qd sit predicatur: vt anima predicaẗ de hoīe ᷑ de equo: ᷑ de cane: ᷑ de boue: ᷑ de ceteris: q̄ oīa spē a seipsa discreta sūt. Spēs vō est qđ de pluribus numero differētibus in eo qđ quid sit predicatur: vt hō predicatur de catone socrate platone virgilio cicerone: ᷑ de singulis hominib⁹: qui specie ipsa non differunt: sed tm̄ a se numero distant: ¶Differētia vō est; q̄ sub eodē genere positas spēs propria qualitate disterminat. Nā cum equus ᷑ hō quantum ad genus vnum sint. (vterq;. n. aīal est) Differentia rōnalis ᷑ irrationalis vtrosq; disiungit at discernit. Qualitate eniz quadā rōnalitatis: ᷑ irrationalitatis vterq; a proprie substantie diffinitionē dissentiunt. Ergo differentia est que de pluribus spē differentibus in eo quod quale sit ꝑdicatur. Namq; hec ipsa differentia que est irrationalitas de multis specie differentibus predicatur: vt de cigno. ᷑ equo vel pisce: que omnia a se rū spē ipsa dissentiunt: irrationalitatis tm̄ qualitate cōiuncta sunt. Sed non solis differentia de pluribus specie differentibus predicaẗ. Sunt enī qdā que nō nisi de vna specie predicantur: vt grauitas de sola terra: leuitas de solo igne proprie dicitur. At vero nec species semper de pluribus numero differentibus predicatur. mundi enim species de vno solo mundo dicitur. ᷑ phenicis species de vna tantū phenice. Sed icirco ita diffinita ē: qđ frequentius differentia de pluribus specie differentibus predicatur: qꝫ de vno. Eodemq; modo ᷑ species frequentius inuenitur de pluribus numero differentibus ꝑdicari: qꝫ de vna tm̄ re ac singulari. ¶His itā positis sunt qdā genera: que generalissima nūcupāẗ. quib⁹ gen⁹ inueniri nō possit. Sunt spēs quibus alias subiectas spēs nullus inueniet. Inter vtraq; autē sūt alia que subalterna genera nominantur: que superiorū quidē species sunt: posteriorū vō genera: vt substantia genus quidem est generalissimū: vt eius gen⁹ inueniri non possit homo vero species est: vt eius spēs alia reperiri non valeat. Animal vō ad substātiam quidem species est: ad hominē vō genus. Decē igitur predicamētorū significatio nihil aliud demōstrat nisi rerum decē gn̄a que gn̄alissima nominamus. Ergo quotiens genera generalissima discrepant eorumq; spēs discrepabunt: ᷑ quotiens species discrepant: quoniā differentijs disiunguntur atq; informanẗ: Differentie quoq; diuersaꝝ specieꝝ discrepabūt. Aīal nāq; ᷑ sciētia qm̄ ē aīal suba: sciētia vō ad aliqd. Quoniāq;

genus

genus aialis ē subā: τ gen⁹ sciētie ē ad aliqd. Ois substantie a se rōne discreta sunt: τ dr̃e quoqꝫ sciētie atqꝫ aialis oib⁹ qualitatib⁹ disiungūt. Est nāqꝫ differē aialis bipes τ quadrupes: aial eni ab alio aiali differt sic: qḋ hoc quidē bipes sit: vt hō vel auis: illud vero q̄drupes: vt equus atqꝫ bos: illud vero multipes vt formica vel apis. Sed sciētia differētias huiusmodi nō hꝫ: neqꝫ .n. sciētia a scia differt in eo qḋ bipes ē. Quare cōstat quotiēs diuersa sunt genera specierū quoqꝫ differētias eē discretas. Atqꝫ hoc ē qḋ ait. Diuersoꝝ generum τ nō subalternatī positoꝝ diuersas scḋm spēm differētias esse. τ hoc exēpli adiectiōe firmauit. dicēs. Aialis τ scie diuersas esse differentias. nā cū sit bipes aīalis differētia: scie nō ē. Et hoc qdē de diuersis generib⁹ dictū ē. i. q̄ subalterna non sūt. Qḋ si subalterna sunt genera: nihil ꝓhibet alias easdē esse differētias: alias diuersas: vt auis ē spēs aīalis τ rursus est genus coruí: τ ē subalternatū: gen⁹ auis. Sꝫ aīalis differētie sont rōnalis. s. τ irrationalis: auis vero differētia rōnalis non ē. Nulla enim auis ab alia aui differt qḋ sit rōnalis. ergo hoc loco nō sunt eedē subalternoꝝ generꝫ differētie. Si qs vo bas generis. i. aīalis differētias dicat: vt aīaliū: alia sunt que pascāt herbis: alia q̄ seminib⁹: alia q̄ carnibus. He differentie cōueniunt i subalterno genere. in auí. nāqꝫ auiū sunt alie que seminib⁹ vescūt: alie q̄ herbis: alie vo que carnibus: vt vultur vel miluᵘ. ergo in subalternis generib⁹ nihil ꝓhibet easdē eē differētias τ iteꝝ discrepare: hoc aūt ideirco euenit: qꝫ de ꝑdicato dicūt: possūt de subiecto ꝑdicari. Quare qḋ dī de genere: pōt etiā dici de specie. Atqꝫ hoc est quod ait. Subalternoꝝ vo generuꝫ nihil ꝓhibet easdē eē differētias. Supioꝛa .n. de īferioꝛib⁹ generíb⁹ ꝑdicāt: Sed cū diceret nihil ꝓhibet easdē esse differētias hoc quodāmō voluit demonstrare eē q̄sdaꝫ easdē differētias. Alias vo posse eē diuersas cui rem cōtrariā innuisse videt. cū dicit. Quare quecūqꝫ ꝑdicati differētie fuerit: eedē erūt ēt subiecti. nā cū ille dixisset. nihil ꝓhibet eē easdē differētias generū subalternoꝝ. Hic oēs easdē eē declarat: dicit .n. Quecūqꝫ fuerit differētie predicati: easdē ēt subiecti eē: atqꝫ hec res plures maximis illigauit erroꝛib⁹: vt emēdandi crederēt locū vt nō eēt ita. Quare quecūqꝫ ꝑdicati differētie fuerit: eedē erunt ēt subiecti. Sꝫ vt non. Quare quecūqꝫ subiecti differētie fuerit: eedē erunt ēt ꝑdicati. Sꝫ hoc abijciendum ē: neqꝫ fieri pōt vt in rē supioꝛē ꝑdicatio posterioꝛis reddēdet. nā si de quecūqꝫ subiecti fuerit differētie. eedē erūt ꝑdicati: hoc. s. significat vt ꝑdicatio subiecti redeat i ꝑdicatū: qḋ fieri nō pōt. Sꝫ dicēdū est qꝫ sunt alie differētie que dicūt cōpletiue predicati: τ cuiuslibet illi⁹ spēm informātes: que cōi noīe specifice noiant. Naꝫ cū dico aiatū τ sensibile: si substantie coniungāt: diffinitionē τ spēꝫ moꝛ aialis efficiunt. Animal enim est substantia aiata sensibilis: atqꝫ he differentie dicuntur specifice τ cōpletiue. Sunt aūt alie que ipse quidē nihil cōplent: nec vllā spēꝫ reddūt: sed gen⁹ tm̄ edmidunt: vt rationale τ irrationale. hec enī diuidūt genus. i. animal. Animal enim rationali differentia irrationaliqꝫ diuidit. Ergo ille que sunt generis diuisiue differētie: possunt aliquotiens eedē esse: possunt aliquotiens nō eedē: vt animalis qm̄ diuisibilis est differētia que est rationale: pōt eā nō habere auis que est subalternū genus. Et rursus easdē diuisibiles habere pōt: vt easdē quas supi⁹ dixim⁹. Nā cū diuidant aīal differētie: que carnib⁹ herbis τ seminib⁹ vescuntur eedē pñt eē subalterni generis. i. auis. ergo he diuisibiles pñt ēt eē diuerse. Ille vo que cōpletiue τ specifice sunt: aliqñ nō ꝑdicari d̄ subiecto nō pñt. Ut qm̄ aīal hꝫ differētias cōpletiuas τ sue spēi effectiuas: sēsibile. s. τ animatū. He differētie de hoīe qḋ est subiectū animalis nō predicari nō possunt. Oēs .n. specifice differentie de his predicāt: quoꝝ spēm cōplent; vt de aiali ꝑdicat sensibile τ aiatū: τ hoc vt de subiecto. In sba enī aialis vtraqꝫ ꝑdicāt: sꝫ aīal ꝑdicat de homine vt de subiecto: necesse ē ergo animatū atqꝫ sensibile de hoīe ꝑdicari vt de subiecto. Hoc est enīꝫ qḋ superius premisit cū diceret quādo alterū de altero predicat vt de subiecto. quecūqꝫ de eo qḋ predicat dicuntur: oīa etiā de subiecto dicūt: atqꝫ hoc in oib⁹ generib⁹ recte constat intelligi. Ergo diuisibiles differētie possunt aliquando cū subiectis esse cōmunes: aliquando diuerse. Specifice vero τ completiue cum subiectis eēdē nō esse non possont. Qḋ ergo Aristoteles ait subalternoꝝ generꝫ nihil prohibere easdē esse differentias: diuisibiles differētias easdē eē nihil prohibere putandū est: que possunt esse ēt diuerse. Qḋ ait. vero quecūqꝫ predicati differētie fuerint eedem erūt etiā subiecti: de specificis intelligendū ē. Que cū speciem cuiuslibet informēt: τ de eo qḋ informāt: vt de subiecto ꝑdicent: ad qḋcūqꝫ vt de subiecto ꝑdicat illud qḋ ipse dr̃e īformāt: de eo vt de subiecto ꝑdicabūt: τ de eo nō ꝑdicari nō pñt. Quare nihil ē in huiusmodi theoꝛemate qḋ vllo mō debeat emēdari.

¶ Eoꝝ quidē q̄ secundum nullam complexionem dicuntur: singulum aut substantiam significat: aut quātitatē: aut qualitatē. aut ad aliquid. aut vbi. aut quando. aut situm: aut habere: aut facere aut pati. Est autem substantia vt figuraliter dicatur. vt hō equus. quantitas vt bicubitum tricubitum. qualitas vt album. grammaticum. ad aliquid vt duplū. dimidium. maius. vbi vt in lycio in foro. quando autem. vt heri. superioꝛi anno. situm vo vt sedet. iacet. habere. vt calciatus. armatus facere vt secare vrere. pati. vt secari. vri. Singula igitur eorum que dicta sunt. ipsa quidem secundum se in nulla affirmatione dicuntur. Horum autem ad se inuicē affirmatio fit complexione. Uidetur autem omnis affirmatio vel vera vel falsa esse. eorum autem que scḋm nullam complexioneꝫ dicūt singula neqꝫ vera neqꝫ falsa sunt. vt hō albū. currit vincit.

¶ Post pacuissimā enumeratione in quatuoꝛ. i. in substantiā: accidēs: vniuersalitatē: particularitatē. Nūc est de partitione maxima tractaturus: que fit in decē hac enim enumeratione maioꝛ nō pōt inueniri. Neqꝫ enīꝫ vndecim ꝑdicamēta poterūt inueniri: nec vltra decem vllo modo aliquod genus recte excogitari. potest. Quare huiusmodi facit enumerationem: sed nō diuisionem. Diuisio nāqꝫ fere est generis in species, predicamētoꝝ vero qm̄ genus vnū nō hñt: diuisio eē nō pōt: sed potius enumeratio est. ¶ Sunt vo qdā q contendunt recte enumeratione non esse dispositam. alij nāqꝫ vt superuacua quedā demunt. alij vt curto operi addunt alij vero permutant: quos minirū non recte sentire alio nobis opere dicendū est ait. aūt. eorū que scḋm nullā cōplexionē dicunt. Adeo nō de rebus: sed de vocibus tractatur⁹ est, vt diceret. Res. n.

pprie nõ dicũt sz voces. ⁊ q̄ addidit: singulũ aut substantiã significat. late patet cũ de vocib⁹ disputare. Si enĩ res sed voces significãt: res aũt significantur. Sine cõplexione vo dicũt vl dictũ est queũqz singulari intellectu ⁊ voce ꝓferunt. Scdm cõplexionẽ vo quecũqz aliqua coniunctione vel accidentis copulatiõe miscẽt sed quid ex his que scdm nullã cõplexionẽ dicũtur efficitur: ipse demonstrat: cũ dicit. Singula igit̃ eoꝝ que dicta sunt: ipsa quidẽ scdz se in nulla affirmatione dicũt. Horũ aũt ad se inuicẽ cõplexiõe affirmatio fit videtur enĩ ois affirmatio vel falsa esse vel vera. Eorũ aũt que scdm nullam complexionẽ dicuntur neqz verũ quicqz neqz falsum est: vt homo: albũ: currit: vincit. Significat ergo ⁊ hic ea que sine vlla cõplexione dicuntur: affirmationis vim non obtinere. si quis enim dicat hõ: vel albũ: vel decẽ: vel quidlibet simplici modo: in eo neqz verũ quid inueniet. neqz falsum. sed omnis affirmatio vel vera vel falsa est. Igit̃ vniuersaliter predicamenta pronũciat affirmationis ratione penitus non teneri. Sed hec eadem si cũ quadã cõplexione cõiũcta sint: fieri propositiões necesse ẽ: que in se verũ falsumue cõtineant. Sed nõ ois cõplexio ꝓpositionem facit. Nec si dixero: socrates in foro: iccirco iam ꝓpositio est. Sz si quis dicat: socrates in foro ambulat: tunc fit ꝓpositio: que aut affirmatio ẽ aut negatio. Affirmationes vo ⁊ negatiões: vel vere videntur esse vel false. atqz ideo quodcũqz neqz verũ neqz falsũ est: illud ꝓpositio nõ est. Ergo quadam complexione ex his que scdm nullã cõplexionẽ dicũtur veritas falsitasqz cõficitur. Affirmationẽ autem solã nunc Aristoteles iterposuit: iccirco q̄ ois affirmatio prior est. hoc enim negatio tollit: quod affirmatio ante constituit. prius quidẽ scdm significationẽ: sed non scdm genus: quod alio liquebit loco. Maxime autem monstrat Aristoteles se non de rebus sed de vocibus tractaturũ quod ait. Voꝝ autem ad se inuicem cõplexione affirmatio fit: non enim reꝝ complexione fit affirmatio vel negatio sed sermonum. Nec in rebus est veritas ⁊ falsitas sed in intellectibus atqz opinionib⁹ ⁊ post hec in vocibus atqz sermonibus: hic hactenus Scdm cõplexionẽ ergo sunt quecũqz ex integris composita sũt: vt socrates ambulat. nã ⁊ socrates ⁊ ambulat vterqz integer sermo est: ⁊ cõiunctus affirmatiõnẽ fecit. At vero si quis dicat flamiger: vel multisonus: vel fluctiuagus: scdm cõplexionem nõ erit ista ꝓlatio: iccirco q̄d ex neutris integris factũ ẽ. Voꝝ ãt decẽ p̄dicamẽtoꝝ diffinitiões inueniri nõ p̃nt. Iccirco q̄ ea que significant generalissima sunt. Sba .n. ⁊ quãtitas ⁊ qualitas nulli vniqz generi videtur ẽẽ subiecta. Quare qm̃ diffinitio ois a genere dr̃ genus q̄d alij generi subiectũ non est a diffinitione relinquit̃. Sed nunc quidẽ oĩuz p̄dicamẽtoꝝ cõuenientia dixit exempla. Post vero latius de vnoquoqz tractabit̃. ⁊ quoniam diffinitio inueniri nulla potest: quibusdam proprietatibus informantur. quare quoniam de his dictum est plene: ad tractatum substantie transeam⁹

Substantia autem est que proprie ⁊ principaliter ⁊ maxime dicitur: que neqz de subiecto dicitur neqz in subiecto est: vt aliquis homo. vel aliquis equus. Secunde autez substantie dicuntur in quibus speciebus ille que principaliter substantie dicuntur insunt. Et quidẽ ⁊ harum specierum genera. vt aliquis homo in specie quidem est in homine. Genus vero speciei animal est. Secunde ergo substantie he dicuntur: vt est homo atqz animal.

¶ Queritur cur predicamentorũ tractatũ a substãtijs inchoauerit. nam quoniam omnis res aut in subiecto est aut in subiecto non est. Quicquid i subiecto ẽ eget subiecto: quoniam in propria natura non potest consistere: ⁊ quoniam rebus omnibus substantia subiecta est: nihil eorum que sunt in subiecto preter substãtiã poterit permanere. Sed prior illa natura ẽ: sine qua alia esse non possunt. Quocirca prior naturaliter videtur esse substantia: non absurde igitur in disputationem quod prius per naturam fuit: prius etiã sumpsit: ⁊ diffinitionem quidem substantie proferre non potuit: sed post exemplum superius datũ, descriptionem quandam profert: qua quid sit ipsa substantia queamus agnoscere. hoc est autem non esse in subiecto. Substantia enim in subiecto non est: facit autez quandam substantiarum diuisionem cum dicit: alias primas esse substantias: alias secundas. Primas vocans indiuiduas. Secundas vero indiuiduarum species ⁊ genera. Ergo cum primis secundisqz substãtijs commune sit non esse in subiecto: additũ primis substantijs de subiectis non predicari: primas substãtias a secundis substantijs separat. substantia enim indiuidua in eo quod est substantia in subiecto non est. Quod autem indiuidua est: de subiecto non predicat. Sunt ergo prime substantie: que neqz in subiecto sũt neqz de subiecto dicuntur: vt est Socrates vel Plato. Hi enim quoniam substantie sunt: in subiecto nullo sunt. Quoniam vero particulares indiuiduiqz sunt de nullo subiecto predicantur. Secunde vero substantie sunt: quibus commune est cum primis substantijs: quod in subiecto non sunt. Proprium vero quod de subiecto predicantur: que secunde substãtie sunt vniuersales vt est homo atqz animal. homo namqz ⁊ animal in nullo sunt subiecto: sed de subiecto aliquo predicantur. Sunt igitur prime substantie particulares. secunde vniuersales ¶ Proprie autem substantias indiuiduas dicit: quod hominem quidem ipsam speciem vel animal quod est genus: non nisi ex indiuiduorum cognitione colligimus. Quare quoniã ex singulorum sensibus generalitas intellecta est: merito proprie substantie indiuidua ⁊ singula nominant̃ Principaliter vero indiuidue substantie dicte sunt: quod omne accidens prius in indiuidua post vero in secundas substantias venit. Nam quoniaz aristarch⁹ grecus est: homo vero est aristarchus: est homo grecus. ita prius omne accidens in indiuiduum venit: secundo vero loco etiam in species generaqz substantiarum accidens illud venire putabitur. Recte igitur quod prius subiectum est: hoc substantia pricipaliter appellatur. Maxime autem substantia prima dicitur iccirco quod que maxime subiecta est rebus alijs: ea maxime substantia dici potest. maxime autem subiecta est prima substantia: omnia enim de primis substantijs dicunt̃: aut in primis substãtijs insunt: vt genera ⁊ species: namqz genera ⁊ species predicant̃ de ꝓprijs indiuiduis: vt animal atqz homo predicantur de socrate. i. secũde substãtie de primis. Sin vo sint accñtia: in primis substãtijs principalr̃ sunt. Quare qm̃ vel accidẽtia in primis substãtijs principaliter sũt vel secũde substantie de primis substantijs predicantur. Prime substãtie secũdis substãtijs accñtibusqz

subiecte

subiecte sūt. Quare quoniā iste maxime subiecte sūt vel accidētiū subsistentie: vel secūdarū substantiarū p̄dicationi: iccirco maxime substātie nūcupantur. Dicit aūt: non oīs species neq; oīa genera secūdas esse substantias: sed eas tm̄ que primas substantias cōtinerēt: vt est hō atq; animal: hō nāq; cōtinet Socratē aliquā indiuiduā subām. Animal vero cōtinet indiuiduū speciemq;.i. hominē ⁊ aliquē hominem. quare gña ⁊ spēs q̄ de primis substātijs p̄dicāt: ipsas secūdas putat esse substantias. hoc aūt hoc modo ait. Secūde autem substantie dicūt in quibus speciebus ille que principaliter substantie dicunt insunt: he ⁊ harū specierū genera ⁊ inde cōuenientia ponit exempla Ac si diceret: non omnia genera neq; oēs spēs secundas sbas dico. Sed eas tm̄ species. in quibus indiuidua illa.i. prime substantie insunt: ⁊ harū specierum.i. que cōtinent primas substantias genera. Hoc aūt iccirco dictū videtur: ne quis colorē quod gen⁹ est: vel albū quod est species: secundas putet esse substantias Ista enī primas sub se nō continent. ¶ Sz dicat aliquis quemadmodū prime poterūt esse substantie indiuidue: cū omne quod prius est sublatū aufert id qđ ē posterius: posterioribus vero sublatis priora nō pereūt. homo nāq; si pereat. socrates quoq; sit cōtinuo periturus. Si vero socrates interierit: homo continuo nō peribit. Si igitur sublatis generibus ⁊ speciebus indiuidua perimūtur: sublatis indiuiduis genera speciesq; pmanent: magis primas substātias species ⁊ genera nominari dignum fuit. ¶ Sed hoc modo indiuiduoꝝ natura nō recte accipitur. Neq; enī cūcta indiuiduoꝝ substantia in vno socrate est: vel quolibz vno homine: sed in omnib⁹ singulis. Genera namq; ⁊ spēs nō ex vno singulo intellecta sunt: sed ex omnibus singulis indiuiduis mentis ratione concepta: Sēper etiā que sensibus propinquiora sunt: ea etiam proprime nuncupanda vocabulis arbitramur. Qui enim primus hominem dixit: non illum qui ex singulis hominibus conficitur concepit animo: sed quēdā singularē atq; indiuiduū cui hominis nomē imponeret. Ergo sublatis singulis hominibus homo non remanet: ⁊ sublatis singulis animalibus animal interibit. Quocirca quoniam in hoc libro de vocabulorum significatione tractatus habetur ea quibus vocabula pri⁹ posita sunt: merito primas substantias nuncupauit. pri⁹ autem illis vocabula sunt indita: que prius sub sensibus cadere potuerunt. Sensibus vero obijciunt᷑ prima indiuidua. Merito igitur eas primas in diuisione posuit. Eodem quoq; modo illa questio soluitur que dicit. Cum naturaliter prime intelligibilis sint substātie: vt deus vel animus cur non has primas substantias nuncupauerit. quoniā hic de nominibus tractat⁹ habetur: nomina autem primo illis indita sunt: que principaliter sensibus fuere subiecta. Posteriora vero in nominibus ponendis putantur: quecunq; ad intelligibilem pertinent incorporalitatem vt ad deum: vel animā: vel ad genus: vel ad speciem. Quare qm̄ in hoc opere pricipaliter de nominibus tractat⁹ est de indiuiduis vero substantijs que prime sensibus subiacent: prima sunt dicta vocabula: in opere quo de vocabulis tractabatur. Merito indiuidue sensibilesq; substantie prime substantie sunt posite. Cum autem tres substantie sint: materia species ⁊ que ex vtrisq; conficitur: vndiq; composita ⁊ compacta substantia: hic neq; de sola specie: neq; đ sola materia: sz de vtrisq; mixtis compositisq; proposuit. Partes autem substantie incomposite ⁊ simplices sunt: ex quibus substātia ipsa conficitur: species: ⁊ materia: quas post per transitum nominat dicens. substantiarum partes ⁊ ipsas esse substantias: atq; hec hactenus. Nunc expositionis cursum ad sequentia conuertamus.

¶ Manifestum est autem ex his que dicta sunt qm̄ eoꝝ que de subiecto dicūtur: necesse est ⁊ nomen ⁊ rationem de subiecto predicari: vt homo de subiecto aliquo homine predicatur. ⁊ predicatur quidē nomen ipsius. Hominem enim de aliquo homie predicabis. Ratio quoq; hominis de subiecto aliquo homine predicabitur. quidam enim homo ⁊ homo est ⁊ animal. quare ⁊ nomen ⁊ ratio p̄dicabit᷑ de subiecto. Eorum vero que in subiecto sunt: in pluribus quidem neq; nomen de subiecto neq; ratio predicabitur. In aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet predicari de subiecto: rationē vero impossibile est predicari. vt album cum in subiecto sit vt in corpore: predicatur de subiecto. dicitur enī corp⁹ album: ratio vō albi nunq̄ de corpore predicabitur. alia autem omnia aut de subiectis dicuntur principalibus substantijs: aut in subiectis eisdem sunt. hoc autem manifestum est ex his que per singula proponentur: vt animal de homine predicatur: ergo de aliquo homine predicabitur animal. nam si de nullo aliquorum hominū neq; oino de homine. Rursus color in corpore est ergo ⁊ in aliquo corpore. nam si non in aliquo singulorū: nec omnino i corpore. Quare alia omnia aut de subiectis principalibus substantijs dicuntur: aut in subiectis eisdem sunt. Non ergo existentibus primis substantijs, impossibile est esse aliquid aliorum: oīa enim alia aut de subiectis eisdem dicuntur. aut in subiectis eisdem sunt. Quare non existētibus primis substantiis impossibile est aliorum aliquid eē.

¶ Omnia quecunq; dicta sunt vel in subiecto sunt vel de subiecto predicantur. sed non omnia quecunq; in subiecto sunt: de subiectis proprijs dicuntur. namq; quod in subiecto aliquo est de proprio subiecto predicatur: vt album predicatur de corpore. dicitur enim corpus album. Sed quoniam secunde substantie primarum substantiarum vel species vel genera sunt: socratis enim species homo est ⁊ animal genus. Gen⁹ autem de subiectis speciebus ⁊ indiuiduis vniuoce p̄dicatur. Secunde substantie de subiectis speciebus vniuoca predicatione dicuntur. Conuenit namq; primarum ⁊ secundarum substantiarum si sit vna facta diffinitio. namq; animal vel homo vel socrates vna diffinitione iunguntur: quod sunt substantie animate atq; sensibiles. Igitur secunde substātie ita de subiectis predicantur proprijs: idest de primis substātijs vt vniuoce predicentur. Illorum vero que sunt in subiecto aliquotiens quidem neq; nomen ipsum de subiecto dicitur. Nam virtus in anima est: sed virtus de aīa minime p̄dicat᷑. Aliquotiēs autem denominatiue dicit᷑: vt grāmatica: quoniam est in homine: denominatiue grāmaticus a grammatica dicitur. Sepe aūt ipm nomē de subiecto predicat᷑: vt qm̄ albū ē i corpe corpus albū dicit᷑: sed siue nomen nō p̄dicet᷑: siue denominatiue dicatur: siue ꝓprio nomine predicatio sit Diffinitio ei⁹ quod est i subiecto: de proprio subiecto

namqꝫ predicabitur: vt albũ quoniam est in subiecto
corpore: predicat̃ albi quidẽ nomẽ de corpore. diffini
tio vero albi ad corpus nullo modo dicitur. albuꝫ nã
q̃ vel corpus vna ratione vtraqꝫ diffiniri non pos-
sunt. Amplius si omne accidens in subiecto est: ꝛ sub
stantia subiectum est differt ab accidente substantia
differt etiam diffinitio substantie atqꝫ accidẽtis: qꝺ
eadem diffinitio subiecti ꝛ eius quidem quod est in
subiecto esse non potest. Atqꝫ hoc est quod ait. Eoruꝫ
que sunt in subiecto in pluribus quidem neqꝫ nomen
de subiecto neqꝫ ratio predicat̃: vt virtus in anima.
Addidit quoqꝫ de quibusdam nihil prohibere predi-
cari: ꝛ in alijs quidem denominatiue: in alijs vero re
cto nomine fit predicatio. De secundis vero substan
tijs semper ad primas substantias predicatio perue-
nit. Nam si quidam homo ꝛ homo ẽ ꝛ animal: ꝛ cer
te vna diffinitio animalis ꝛ ad hominẽ ꝛ ad quendã
hominem conuenienter aptabitur. Magis tamen cẽ
substantias indiuiduas ꝛ particulares ipse significan
tius monstrat. Nam cum omnis res aut substãtia sit
aut accidens: ꝛ substantiarum alie sint prime: alie se-
cunde; fit trina partitio; ita vt omnis res aut accidẽs
sit: aut secunda substantia: aut prima. Horum autem
vt sub descriptione diuisio fiat: hoc modo dicimus.
Oĩs res aut ĩ subiecto est: aut in subiecto non est. eo
rum que in subiecto sunt alia predicant̃ de subiecto:
alia minime. eorum que in subiecto non sunt: alia de
nullo subiecto predicantur: alia vero predicantur. Er
go omnis res aut in subiecto est: aut in subiecto non
est. Aut in subiecto est: ꝛ de subiecto predicatur: aut ĩ
subiecto est: ꝛ de nullo subiecto predicatur: aut ĩ sub
iecto non est: ꝛ de subiecto predicatur. aut ĩ subiecto
nõ ẽ: ꝛ de nullo subiecto p̃dicat̃. His igit̃ suptis si pri
mas substantias separamus: remanent secunde sub-
stantie atqꝫ accidentia. Sed secunde substantie sunt
que in subiecto non sunt: ꝛ de subiecto predicantur.
Ergo esse suum nisi in hoc quod de aliquo predicant̃:
non retinent. Predicantur autem secunde substan-
tie de primis. ergo vt secunde substantie sint: predica
tio de primis substantijs causa est. Non enim essent
secunde substantie: nisi de primis substantijs predica
rentur. illa vero que in subiecto sunt penitus consiste
re non valerent: nisi fundamenti quodammodo loco
primis substantijs niterentur. Ergo omnia quecunqꝫ
sunt preter primas substantias: aut secunde substan-
tie erunt aut accidentia. Sed secunde substantie de
primis substantijs p̃dicant̃: accidẽtia in primis sub-
stantijs sunt. Quocirca oĩa aut de primis substantijs
p̃dicãt̃; vt secũde substãtie: aut in primis substantijs
sunt vt accidẽtia: qꝺ Aristoteles ꝓposuit hoc modo.
Cetera vero oĩa aut de subiectis dicunt̃ primis sub-
stantijs aut in eisdẽ subiectis sunt. hic quoqꝫ verissi-
ma sumit exẽpla. Ait enĩ. Si accidẽs in nullo subiecto
corpore esset: nec in corpore esset oĩno. Nam si in nul
lo singulorum: in nullo generaliter esse diceret̃. Et item
animal nisi de singularibus atqꝫ indiuiduis homini-
bus predicaretur: nec de homine predicaretur omni
no. Quare quoniam iccirco predicantur secunde sub
stantie: quoniam sunt prime: ꝛ iccirco sunt aliquid ac-
cidentia: quoniam eisdem prime substantie subiecte
sunt: si prime substantie non sunt: neqꝫ que de his pre
dicãt̃ mãsura sũt: neqꝫ q̃ ĩ his subiecta sũt p̃manebũt.
¶ Secundarũ vero substantiarum magis substan-
tia est species q̃ genus. propinquior enĩ est prime
substantie. Si quis enim assignet primã substan-
tiam quid est. euidentius ꝛ conuenientius assigna
bit speciem proferens q̃ genus. vt quendã homi-
nem assignans. manifestius assignabit hominem
q̃ animal assignando. Illud enim proprium ẽ ma
gis alicuius hominis. hoc autẽ communius. ꝛ cum ali
quã arborem reddideris. manifestius assignabis.
cũ arborẽ reddideris quã plantã.

¶ Constat indiuiduas substantias primas ꝛ maxime ꝛ
proprie esse substantias. Secunde vero substantie: id
est genera ꝛ species sicut non equaliter a prima sub-
stantia distãt: ita non equaliter substantie sunt. nam
quoniã ꝓpinquior est species prime substantie q̃ ge
nus iccirco magis est species substãtia q̃ gen⁹ propriũ
vt homo ꝓpinquior est socrati q̃ animal; atqꝫ iõ ma
gis ẽ hõ substãtia. Animal vero quanqꝫ ꝛ ipsum sub
stantia sit tamẽ minus homine. hoc autem iccirco cuẽ
nit: qꝺ in omni diffinitione conuenientius species ad
primã substantiam dicitur q̃ genus. Nam si quid sit
socrates aliquis velit ostẽdere: propinquius substan-
tiã socratis proprietatemqꝫ monstrabit si dixerit eũ
esse hominem q̃ si animal. Quod. n. animal est socra
tes: cõmũe est cum ceteris: qui homines non sunt. i.
cũ equo atqꝫ boue. Quod vo hõ ẽ cũ nullo alio est cõ
mune nisi cũ his qui sub eadẽ specie hoĩs continẽtur
Quocirca propinquior erit ad significationẽ designa
tio: cum indiuiduo species redditur: q̃ si generis vo-
cabulũ predicetur. Rursus si quãlibet indiuiduam ar
borẽ designare aliquis volens arborẽ dicat: propinq⁹
designabit quid sit id quod diffiniuit: q̃ si plantã no
minet. planta aũt genus est arboris. predicatur enim
planta ꝛ de his que arbores non sunt: vt de caulibus
atqꝫ lactucis: quare constat species magis esse substã
tias: eo quod sint primis ꝛ maxime substantijs propi
quiores. Et q ĩ eo qꝺ quid sit assignata spẽs cõueniẽ
ti⁹: ꝛ euidẽti⁹ assignet: gen⁹ vo longi⁹ atqꝫ cõmuni⁹.

¶ Amplius principales substantie eo quod alijs
omnibus subiecte sunt. ꝛ alia omnia aut de his
predicantur. aut in eis sunt. ideo maxime dicun-
tur substantie. Sicut autem principales substantie
ad alia omnia se habent. sic ꝛ species ad genus se
habet. subiacet enim species generi genera enim
de speciebus predicantur. species autem de gene
ribus non conuertuntur. Quare ꝛ ex his species
magis genere substantia est.

¶ Magis esse substantias spẽs validiori rursus argu-
mentatione confirmat: per similitudinem namqꝫ ho-
c ita esse declarat. Nam cũ omnes substãtie aut prime
sunt aut secunde. Secundarum autem aut genera;
aut species: specierum atqꝫ generum quod simili⁹ pri
mis substantijs inuenit̃: hoc magis substãtia merito
putabitur. Sed prime substãtie iccirco maxime sub-
stantie dicuntur: quod omnibus ita subiecte sunt: vt
aut in ipsis sint cetera vt accidentia aut de ipsis alia
p̃dicẽt̃ vt sũt scdẽ. Quod ergo in primas substan-
tias: hoc idẽ in spẽs venit. Nãqꝫ species ꝛ cũctis sub
iacent accidentibus: ꝛ de speciebus genera predican-
tur: de generibus vero spẽs non predicãtur. Quare
non similiter genera subiacẽt: queadmodũ spẽs. Nõ
enĩ de generibus species predicant̃. Ergo sicut prime
substantie subiecte sunt secũdis substantijs ꝛ accidẽ
tibus: ita spẽs subiecte sunt ꝛ accidẽtibus ꝛ generib⁹
Genera vero q̃q̃ subiecta sint accidentib⁹: spẽbus
tamen

tamen ipsa nõ subiacet. Quocirca maior ẽ similitudo speciei ad primas substãtias q̃ generis: q̃ si maior est similitudo specierum ad maximas substãtias: ipse erunt magis substantie. Sed ne quis nos arbitretur dicere: quod ea que sunt genera: species esse non possunt. Sed id quod sunt genera: species esse non possunt: Nam in eo quod species est: de superioribus nõ predicatur: sed in eo quod genus de eo predicabitur cuius est genus. Quocirca genera ipsa quorum sunt genera his subiacere non possunt. Species vero quorum sunt species: de his predicari non possunt.

¶ Ipsarum vero specierum quecunq̃ non sunt genera: nihil magis alterum altero substantia est. nihil enim familiarius assignabis de aliquo homine hominem assignando. quam de aliquo equo equũ Similiter autem ⁊ principalium substantiarũ nihil magis alterum altero substantia est. nihil enim magis aliquis homo substantia est q̃ aliquis bos. merito igitur post principales substantias sola aliorum species ⁊ genera dicuntur esse secunde substãtie. Eorum enim que predicantur: principalẽ substantiam sola hec indicant. Aliquem enim hominem si quis assignauerit quid sit speciem quidem vel genus assignans familiariter assignabit. ⁊ manifestius faciet hominem vel animal assignans. Aliorum vero quicquid assignauerit quilibet assignabit extranee: velut album: aut currit: aut quecunq̃ talium reddens. ergo merito he sole aliorum secunde substantie dicuntur. Amplius principales substantie eo quod aliis omnibus subiaceant icirco proprie substantie dicuntur. Sicut autem prime substantie ad omnia alia sese habent: ita principalium substantiarum genera ⁊ species ad omnia reliqua sese habent. De his enim omnia reliqua predicantur. aliquem enim hominem dicis grammaticum esse: ergo ⁊ hominem ⁊ animal grammaticũ dicis. similiter autem ⁊ in aliis.

¶ Predictum est (vt Porphyrius quoq̃ in libro de generibus speciebus differentiis propriis atq̃ accidẽtibus planissime docuit) Alia esse solum genera: quorum genus inueniri non posset: alia solum species: q̃ in alias species diuidi non valerent. He autem sunt q̃ de pluribus numero differentibus in eo quod quid sit predicantur: vt homo de singulis hominibus dicitur: ⁊ equus de singulis equis: ⁊ bos de singulis bob⁹ qui sub propria specie positi a seipsis proprie nature figura non discrepant. Ergo huiusmodi species: vt est homo atq̃ equus que solis indiuiduis presunt: quoniam genera esse non possunt: equaliter semper substantie sunt. Nam tam propinque redditur de quolibet indiuiduo equo nomen equi: q̃ de quolibet indiuiduo homine hominis nomẽ. Quocirca si equaliter species he que genera non sunt: ad primas substantias sunt equaliter esse substantie merito putabũtur hoc autem dicit non quod omnes species equaliter substantie sunt: sed que equaliter primis substantiis distant. Potest enim fieri vt cuiuslibet superioris generis vna qualibet species sit que comparata ad propriam speciem minus illa superior videatur esse substantia: vt animalis si quis dicat speciem esse auem: eiusdem quoq̃ speciem hominem. auis ⁊ homo non equaliter substantie sunt: icirco quod auis hõie superior est. Homo namq̃ in alias species non diuiditur est enim magis species. Auis autem potest in alias diuidi species: vt in accipitrem vel vulturem: que quãq̃ aues sint specie tamen ipse dissentiunt. Proprie autem species accipiter ⁊ vultur est hi enim solis indiuiduis presunt. Quare homo atq̃ accipiter equaliter a primis substantiis distant: ⁊ sunt equaliter substantie. Homo vero atq̃ auis quoniam superior est auis homine: non equaliter substantie sunt. magis. n. substantia homo est. Ergo quecunq̃ species equaliter a suis indiuiduis distant: equaliter substantie sũt. Quod quoniam species he que genera nõ sunt: equaliter a primis substantiis absunt: equaliter substantie dicuntur. Planũ aũt est: vt nõ egeat expositione. primas quoq̃ substantias equaliter esse substantias. aliquis homo enim atq̃ aliquis equus quoniam sunt indiuidua: principaliter substãtie sunt: ⁊ proprie ⁊ maxime. Quocirca in maximis substantiis neq̃ minus neq̃ magis substantia poterit inueniri. Indiuidua igitur equaliter substantie sunt. Recte autẽ post primas substantias sola aliorum species ⁊ genera secunde dicuntur esse substantie. eorum enim que predicantur primam substantiam sola hec significant. Ordine ⁊ conuenienter post primas substantias: id est indiuidua genera ⁊ species secundas esse substantias constitutas monstrat Aristoteles: que est firma atq̃ expedita probatio. ait enim. Post primas substantias recte genera ⁊ species secundas substantias esse nominatas In diffinitionibus enim vbi substãtia cuiuslibet ostẽditur: nihil aliud primam substantiam monstrat nisi genus ⁊ species. Socrates namq̃ si quis quid sit interroget: dicitur homo: vel animal. ⁊ in eo quod quid sit socrates interrogatus recte hominem vel animal esse respondet. Quare quid sint prime: secunde substantie monstrant. quod si quis preter secundas substantias in interrogatione quid sit prima substantia dicat: id alienissime profert: vt si quid sit socrates interroganti aliquis respondeat album: vel currit: vel aliquid huiusmodi: quod secunda substantia non sit: nihil conuenienter vnq̃ profert: si quid de prima substantia preter secundas substãtias dicat. Quare quoniam nihil eorum que non sunt secunde substantie qd sit prima declarat: secunde autem substantie genera ⁊ species sunt. recte post primas substantias species ⁊ genera dicuntur esse secũde substantie. Amplius prime substãtie propterea q̃ omnibus aliis subiacent: icirco proprie substantie dicuntur. Hec quoq̃ de eadem re probatio recte post primas substantias genera ⁊ species esse positas verissima ratione confirmat Namq̃ indiuidua icirco prime dicuntur esse substãtie: quod aliis cunctis subiaceant. Nam quoniam de secundis substantiis ad predicationem supposite sũt: ⁊ de his secunde substantie dicuntur: vel quoniam accidentibus vt possint esse accidentia subduntur: icirco prime substantie sunt. Et sicut prime substantie cũctis subiacent accidentibus: sic etiam secunde. Nam quoniam aliquis homo accidentibus subiacet: ⁊ homo ⁊ animal accidenti supponitur: ⁊ quoniam est quidã hõ grecus. i. aristarchus est homo grec⁹: est etiã animal grecũ. Quocirca accidentib⁹ prime substantie principaliter subdũtur: secunde vero secundo loco ⁊ quẽadmodũ prime substãtie ⁊ accidentibus ⁊ secũdis substãtiis subiacent sic secũde substantie accidentib⁹ supponũt: sed secũde substantie spẽs ⁊ gñia sunt

Recte igitur post primas substantias species ⁊ genera secundas substantias esse proposuit.

¶ Commune est autem omni substantie in subiecto non esse. principalis enim substantia neq; de subiecto aliquo dicitur neq; in subiecto est. Secundarũ vero substantiarum sic etiam constat: q2 nulla est in subiecto. etenim homo de subiecto aliquo homine dicitur. in subiecto autem nullo est. neq; enim in aliquo homine homo est. Similiter animal de subiecto quidem dicitur aliquo homie: nõ est autem animal in aliquo homine. Amplius eorum que sunt in subiecto: nomen quidem de subiecto aliquando nihil prohibet predicari: rationem vero impossibile predicari est. Secundarũ vero substantiarum de subiectis ratio predicabit ⁊ nomen. rationem eni hominis ⁊ animalis de aliquo homine predicabis. Ergo non erit horum substãtia que sunt in subiecto. Non est autem proprium substantie hoc. namq; differentia eorum est: que ĩ subiecto non sunt. bipes enim ⁊ gressibile de subiecto quidem homine dicitur: in subiecto autẽ nullo est. non enim in homine est bipes: neq; gressibile. ratio quoq; differentie de illo dicit: de quo ipsa differentia predicatur: vt si gressibile de homie dicitur: ⁊ ratio gressibilis de homine predicabitur: ẽ enim homo gressibilis. Nõ vero conturbent nos substantiarum partes. que ita sunt in toto quasi in subiecto. ne forte cogamur confiteri non eas eẽ substantias. non enim sic dicebantur esse ea que sunt in subiecto vt quasi partes essent in aliquo.

¶ Post enumerationem substantiarum ⁊ diuisionez in qua alias primas alias secundas esse proposuit: quĩ substantie diffinitio nulla est reddita: iccirco quia generalissimum genus diffinitionib9 non tenetur. Proprietatem quãdã cupit exquirere quasi signũ aliquod quo substantiam queamus agnoscere: priusq; quid ipsis substantijs cõiter possit euenire proponit: post vo quid illis propriũ sit querit. sed iccirco ista premisit: vt ad illud verum propriũ sine vllo errore perueniat: ⁊ quod vere est substantiarũ proprium vltimuz dicat. ¶ Tribus autem modis proprium significatur Est enim proprium quod alicui speciei omni euenit: ⁊ non soli: vt homini bipedem esse. Omnis enim homo bipes est: sed non solus: aues namq; ⁊ ipse sunt bipedes. Aut soli ⁊ non omni: vt eidem homini euenit vt sit grammaticus: sed non omni homini: neq; eniz oĩs homo grãmaticus est. At vero tertia proprij significatio ẽ: que omni ⁊ soli ⁊ semper: vt risibile. Omnis enĩ hõ risibilis est: ⁊ solũ est animal homo q; rideat: Ex his igitur illa duo superiora que diximus: vbi omni ⁊ non soli aut soli ⁊ non omni esse quedam propria dicebamus: a propriorum veritate esse videntur aliena. Hoc vero tertium quod omni inest ⁊ soli: hoc vere ẽ proprium. illa autem superiora consequentia quidem dicuntur non tamen vere propria: hoc autem vltimũ vere est proprium. Quecunq; ergo talia propria Aristotelis inuenerit: que aut solis. ⁊ non omnibus substantijs: aut omnibus: ⁊ non solis eueniant: velut nõ vere in natura cuiuslibet constituta repudiat. Illud vero vltimuz ponit: quod ⁊ omni substantie ⁊ soli valeat euenire. Illa enim sunt propria que cõuertuntur vt si quid fuerit homo risibile ẽ: si quid est risibile homo est. hec autem solum conuerti possunt: que omni soliq; contingunt. nam neq; vlli alij magis: neq; vlli minus eueniunt: quare his predictis ad loci ipsius rationem expositionemq; veniamus. Quod ergo dicit hoc est omnibus substantijs cõmune: vt in subiecto non sint namq; prime substantie: idest indiuidua in subiecto non sunt. quod planissime his demonstratur Nunq; enim particularis substantia alicui accidens potest esse. secunde vero substantie habent quandaz imaginem q; sint in subiecto. videntur enim secunde substantie in subiectis primis substantijs esse: sed falso. nam. secunde substantie de primis substantijs solũ predicantur: non in ipsis sunt. Animal enim de quodam homine tantum dicitur non etiam in aliquo homine consistit vt in subiecto. Hoc autem illa res probat: quod omnia quecunq; in subiecto sunt: eorũ quoq; indiuidua in subiecto sunt. color quoniam in subiecto corpore est: ⁊ quidam color subiecto corpore nitit in hoc vero quoniam prime substantie: idest indiuidua in subiecto non sunt: nec eorum vniuersalia: idest secunde substantie que genera ⁊ species sunt: possunt aliquo niti subiecto. Quare secunde substantie primas substantias ad predicationem tantuz subiectas habẽt non etiam vt ipse primis substantijs accidant. Illud quoq; maximum argumentum est secundas substantias non esse in subiecto quoniaz omne quod in subiecto est potest mutari: illa que subiecta est non mutat: vt color qui est in corpore: eodem corpore manẽte potest mutari: vt niger fiat ex albo: Manentibus autez substantijs primis secunde substantie non mutantur quam vero ipse Aristoteles posuit probationem secũdas substantias nõ esse in subiecto huiusmodi est: p docuit enim quorundam que sunt in subiecto: nomen de subiectis posse predicari: rationem vero nunq;. Album enim cum sit in corpore: dicitur corpus album: ⁊ predicatur albedo de corpore: sed alia est diffinitio albedinis: alia corporis. Secunde vero substãtie de primis substantijs ⁊ nomine predicantur ⁊ diffinitione iunguntur. Nam quidam homo animal est ⁊ homo. sed quidam homo ⁊ hominis ⁊ animalis ratione diffinitur. Et vt veracissime sententia concludatur: omne quod est in subiecto: equiuoce de subiecto dicitur. Secunde vero substantie de primis non equiuoce sed vniuoce nuncupantur: iccirco qd (vt dictum est) ⁊ nomine ⁊ diffinitione consentiunt. Quare quemadmodum prime substantie in subiecto non sunt: sic secunde subiecto carebunt. Commune est igitur omnibus substantijs ⁊ secundis ⁊ primis in subiecto non esse. ⁊ quodcunq; substantia fuerit. consequẽs ẽ vt ĩ nullo subiecto sit. Sed queritur an hoc soli substantie insit an etiam alijs. nam si soli substantie inest quoniam omni substantie hoc inesse monstrauimus quod in subiecto non sit: verum proprium dicitur eẽ substantie non esse in subiecto. Hoc enim dictum est esse maxime proprium quod omnibus inesset ⁊ solis. sed hoc non esse substantie proprium verissima Aristotelis probatione confirmat dicens. Non est autem proprium substantie hoc. namq; differentia eorum est: que in subiecto non sunt bipes enim ⁊ gressibile de subiecto quidem homine predicatur: in subiecto vero nullo est. Non enim in homine est bipes neq; gressibile: ⁊ ratio quoq; differentie de illo dicitur de quo ipsa differẽtia pdicat. vt si gressibile de hoie dicat: ⁊ rõ gressibilis dõ hoie pdicabit. ẽ enĩ hõ gressi-

bilis

bilis.non esse propriū hoc substantie dicit:iccirco qḋ
in differētijs idē sit. In nullo.n.differētia subiecto ē
ad illud namq; recurrit. Si differētia in subiecto eēt:
nomine tm̄ de subiecto:predicaret:non etiam ratio-
ne. Differētia vo de eo de quo dicitur: vniuoce predi
catur:vt si quis dicat gressibile differentiam de hoie
ipsius differentie diffinitio quoq; homini conuenien
ter aptabitur. Gressibile namq; est quod per terram
pedibus ambulat: ⁊ homo est quod per terram pedi
bus ambulet. Ita differentie ⁊ eius de quo ipsa diffe
rentia dicitur: vna poterit esse ratio substantie: idest
vnius possunt ⁊ nominis nuncupatione: ⁊ diffinitio-
nis determinatione coniungi. Quod si ī subiecto eēt
differentia: nunq̄ de subiecto sibi vniuoce predicare
tur. Quare non propriū est substantie quod retinet
etiam differentia. differentia namq; substantia non
est. Esset enim propriū substantie in subiecto non esse
Non est autem differentia accidens. esset enim ī sub
iecto. Omnis autem res aut accidens est: aut substan
tia: idest aut in subiecto est: aut in subiecto non est. ⁊
sunt accidentia quecunq; in substantiā subiecti veni-
unt: queq; permutata naturam substantie non peri-
munt. Si quibus vero peremptis subiecta interimā
tur: illa ꝓprie accidentia non vocamus differentia ve
ro est que de pluribus specie differentibus in eo qḋ
quale sit predicatur. Sed differentia substantia non
est: iccirco quod si esset substantia non in eo quod q̄le
sit de subiecto: sed in eo quod quid sit predicaret. qua
litas vero solū non est: esset enim accidens ⁊ in subie
cto: an magis a substantia ⁊ qualitate differentia ipsa
conficitur. ⁊ ita vt illud de quo predicatur: perempta
differentia simul interimatur vt calor cum est in aq̄
perempto calore potest aqua in sua substantia perma
nere: ⁊ est calor in subiecto aqua: quo interempto aq̄
non peribit. ¶ Idez tamen calor est in igne: sed perē
pto calore ignem interire necesse est. Quare hec qua
litas caloris substātialiter inest igni: ⁊ est propria dif
ferentia. i. substantialis. Concludendū est igitur diffe
rentiam: neq; solum substantiam esse: neq; solum q̄-
litatem: sed quod ex vtrisq; conficitur substantialem
qualitatem: que permanet in natura subiecti: atq;
ideo quoniam substantiam participat: accidens non
est quoniam qualitatem a substantia relinquitur. Sz
quoddam medium est inter substantiam ⁊ qualitatez
que quoniam in subiecto non est: ⁊ substātia non est
ꝓpriū substātie nō ē nō esse in subiecto. ¶ Post hoc
illud quoq; dicit non debere nos conturbari: ne forte
substantiarum partes que ita sunt in toto quasi in ali
quo subiecto: aliquādo cogamur accidentia non sub-
stantias confiteri. Substantiaz partes ī subiecto sūt
sed non vt accidentia. videmus enim quasdam partes
substantiarum ita esse in toto quasi sint in subiecto.
vt caput in toto corpore est: ⁊ manus in toto corpore
est. forma quoq; ⁊ materia que sunt partes composi-
te substantie: in ipsa composita substantia sunt. Ne
forte ergo cogamur aliquando partes substantiarum
quoniam sunt in subiecto: suspicari non esse substan-
tias: sed accidentia: premonet dicens. Non nos
vero conturbent substantiarum partes que ita sunt
in toto quasi in subiecto sint: ne forte cogamur dicere
non esse eas substantias. Nō enim sic dicebantur esse
que sunt in subiecto: vt quasi partes essent in aliquo.
Hoc enim rationis affert: cur ista accidentia esse ali-
quis suspicari non debeat. Illa enī esse diffinita sunt
in subiecto: que non essent vt quedam pars: hoc eniz

superius ait. In subiecto autem esse dico quod cum ī
aliquo sit non sicut quedā pars impossibile est esse si
ne eo in quo est. Quocirca quoniā accidentia ita sunt
in subiecto: vt subiecti partes non sint: substantiarū
vo in toto partes ita sunt: vt in subiecto non sint: par
tes subarū ptes accidētiū eē null⁹ recte suspicari pōt

¶ Inest autē substantijs ⁊ differētijs ex his omnia
vniuoce predicari. Omnia.n. que ab his predica-
ta sunt. aut de indiuiduis predicant: aut de specie
bus. a prima namq; substātia nulla est predicatio
de nullo eni' subiecto dicitur. Secūdarū vero sub
stantiarū species quidem de indiuiduo predicat.
Genus autem ⁊ de specie ⁊ de indiuiduo. Simili
ter autem ⁊ differentie ⁊ de speciebus ⁊ de indiui
duis predicantur. rationem etiam suscipiunt pri-
me substantie specierum ⁊ generum. ⁊ species ge-
neris: quecūq; enim de predicato dicuntur. eadez
⁊ de subiecto dicuntur. Similiter autem ⁊ differē
tiaz rationē suscipiunt species. ⁊ indiuidua. vniuo
ca autem sunt: quorum. ⁊ nomen commune ⁊ ratio
eadem est. Quare omnia que a substantijs ⁊ diffe
rentijs sunt vniuoce dicuntur.

¶ Quoniā in subiecto non esse differentijs ⁊ substan-
tijs cōe monstrauit: aliam rursus cōmunitatem sub-
stantiarum differentiarūq; proposuit. Nam cū sub-
stantiarum alie sint prime: alie secunde. ⁊ prime sub-
stantie sint indiuidue: quoniā nihil indiuidua possunt
habere subiectū: ab indiuiduis nulla predicatio ē. se
cūde vero substantie de indiuiduis: idest de primis
substantijs predicantur: ⁊ de his vniuoce dicunt. Se
cundarum enim substantiarū nomen de indiuidua
predicatur ⁊ ratio. ⁊ de indiuiduo quidem ⁊ species
predicat ⁊ genus: vt de platone idest de aliquo homi
ne: ⁊ homo dicitur ⁊ animal. aliquis enim homo ⁊ ho
mo est: ⁊ animal. ⁊ vtrusq; de indiuiduo predicat ra
tio. Dicimus enim aliquē hominē animal esse rationa
le mortale: que est speciei diffinitio: idest hominis. ⁊
rursus aliquē hominē dicim⁹ substantiam animatam
atq; sensibilem: que est generis diffinitio. i. aīalis. spe
cies vero generis sui ⁊ diffinitionē suscipit ⁊ vocabu
lum de homine enim aīal predicat. dicit. n. homo ani
mal est: ⁊ ipse rursus homo rationem suscipit anima
lis. Dicimus enī esse hominē substantiā animatā at-
q; sensibilem. Cōstat ergo quoniā ⁊ genera ⁊ species
de indiuiduis: ⁊ genera de speciebus vniuoce predicā
tur: idest in omni predicatione secunde substātie vni
uoca appellatione de subiectis dicuntur: quod his cū
differentia cōmune est. Differentia namq; de specie
de qua dicitur ⁊ de eius indiuiduo ipsa quoq; vniuo
ce predicatur. Nam cum sit gressibilis differentia: ꝺ
aliquo homine predicatur dicitur eni quidam homo
gressibilis: vt plato vt cicero. sed ⁊ diffinitionē diffe
rētie suscipiūt indiuidua: de qb⁹ illa differentia predi
cat. Gressibile namq; ē qḋ per terrā pedibus ābula-
re potest. Et quēdā hominē possis ita secūdū nomē
differentie diffinire: vt dicas platonē esse qui per ter
rā pedibus ambulare possit. Et hoc idē euenit de spe
cie cuiusdā hoīs: idest de homine. homo nāq; : idest
ipsa species cum sit gressibilis: potest diffiniri. homo
ē qḋ ꝑ terrā pedibus ambulare possit. Ergo ⁊ differē
tie de his de quib⁹ predicāt. vniuoce dicūt. quocirca
quoniā ⁊ secunde substantie de his de quibus predi

cātur: vniuoce dicuntur: ⁊ differentie codē mō. Quecunqꝫ a substantijs vel differentijs predicationes fuetunt: he ⁊ vniuoce de subiectis predicabuntur. Que aūt causa sit: vt secunde substantie de primis substātijs vniuoce predicentur: illa quā supra docuit Aristoteles nos admonēs dixit. omnia enim quecūqꝫ de predicato dicūt̄: eadem etiam dicentur de subiecto. Omnes enim differentie que sunt speciesq̄ generis predicantur ⁊ de specie ⁊ de indiuiduo: vt quoniā animal efficiunt differentie animatum atqꝫ sensibile: eadem ⁊ de specie: idest homine: ⁊ de indiuiduo: idest aliquo hoīe predicabuntur: qđ quoniam superius dictum ē: nūc q̄ꝫrū expositōis breuitas postulat: dixisse sufficiat

⸿ Omnis autem substantia videtur hoc aliquid significare: ⁊ in primis quidem substantijs indubitabile ⁊ verum est: quoniam: hoc aliquid significat Indiuiduum enim ⁊ vnum numero significatur. In secundis vero substantijs: videtur quidem similiter sub appellationis figura hoc aliquid significare: quando quis dixerit vel hominem vel animal. non tamen verum est. sed magis quale aliqd significat. neqꝫ enim est vnum quod subiectum est quemadmodum prima substantia: sed de plurib' homo dicitur ⁊ animal non autem simpliciter quale quid significat quemadmodum album. nihil. n. album aliud significat q̄ꝫ qualitatem. Genus autē ⁊ species circa substantiam qualitatem determinant. qualem enim quandam substantiam significant plus autem in genere q̄ꝫ in specie determinatio fit. dicens enim animal plus cōplectit̄ q̄ꝫ hoīez

⸿ Postq̄ꝫ superius geminas dixit substantie consequentias: idest in subiecto non esse: ⁊ cuncta ab his vniuoce predicari. ⁊ eas maxime proprio substantie separauit: ideirco quod differentijs etiam videntur esse communes: aliud adijcit. Quod ideirco substātie proprium non sit: quod non sit in omni substantia. Nam quēadmodum quantitas quantū significat. ⁊ qualitas quale: sic etiam substantia videt̄ hoc aliquid significare. Nam cum dico socrates vel plato vel aliquā indiuiduā substantiā nomino: hoc aliquid significo. sed omnibus hoc substantijs nō inest. Indiuiduis nāqꝫ quoniam particularia sunt ⁊ numero singularia: verum ē hoc aliquid a substantijs significari. In secūdis vero substantijs non idem est. Namqꝫ secunde substantie non sunt vne: nec numero singulares: sed species itra se plurima indiuidua continent: ⁊ multas intra se species genus includit. quocirca cum dico homo: non hoc aliquid significam. neqꝫ enim singulare est hominis nomē: ideirco quod de pluribus indiuiduis predicatur: sed potius quale quiddā. qualis enim substantia sit demōstratur: cū dicitur homo. Qualitas autē hec circa substantiā terminatur. nā sicut indiuidua q̄litas species ⁊ genera qualitatis habet: ⁊ sicut singulas quātitates quantitas speciebus ⁊ generibus claudit: ita quoqꝫ indiuiduarum substantiarum species ⁊ genera secunde substantie sunt. Ergo cū dico homo: talem substantiam significo: que de pluribus numero differentibus in eo quod quid sit predicatur. qualem ergo quādā sbstātiā significo. cū hominē dixi: talē scilicet que de indiuiduis nominet̄. idē quoqꝫ de genere est. Nam cum dico animal: talem substantiā significo. que de pluribus speciebus dicatur. Est igitur qualitas vt albū: que semꝑ sit in substātia: sed nō vt ipsaꝫ substantiā informat: ideirco quod proprietatē substātie albedo non habet Qualitas vero hec que de substantijs dicitur: circa substantiā qualitatem determinat. qualis sit enim illa substantia demōstrat. Naꝫ si rationalis homo est. ⁊ substantia erit rationalis: sed rationalis qualitas est. Qualem ergo substantiā mōstrāt secunde substantie. Quocirca non est hoc propriū substantie: hoc aliquid significare. Secunde enī substantie non hoc aliquid sed quale aliquid (vt dictū est) monstrant: ita tñ quale aliquid monstrāt, vt ipsā qualitatem circa substātias determinent: Qualitas enī secūdaꝝ substātiarū in indiuiduis est. de ipsis .n. naturaliter predicat̄: que ipsa indiuidue substātie sūt Qualitas igitur secūdaꝝ substantiarum circa indiuidua: idest que prima sunt: ⁊ ipsas quoqꝫ substantias terminatur. Determinatio vero quotiēs ipse terminus multa concludit: maior est, minor quotiēs pauciora. quocirca genus plurima colligit: species vero non tā plura. Nam cū dico animal: etiā hominē bouēqꝫ ⁊ alia cūcta animalia hoc vno nomine clausi. Cūꝫ vero dico homo: solos homines indiuiduos hac nominis significatione conclusi. quocirca maior fit determinatio per genus q̄ꝫ per se speciē. ⁊ fit determinatio circa substātiā qualitatis: vel quod substantialis qualitas in genere ⁊ specie est: vel quod secūdū quandam cōmunionē subiectoꝝ dicitur. Sed per se qualitas vt album neqꝫ vllius substātiā significat: neqꝫ vllam cōmunionē: sicut genus specierum suarum: ⁊ indiuiduorum species ostendit. Quocirca aliud substantie proprium requirendum est.

⸿ Inest aūt substātijs etiam nihil illis esse contrarium. prime enī substantie quid erit contrarium: vt alicui homini vel alicui animali: nihil enim est contrarium. at vero nec homini nec aiali aliquid ē contrariū non est autem hoc substantie propriū s etiam multoꝝ aliorum. vt quantitatis. bicubito vel tricubito enim nihil est contrariū: at vero nec decē nec alicui talium. Nisi quis forte multa paucis dicat esse contraria vel magnū paruo. determinataꝝ vero quantitatum nullū nulli est contrarium.

⸿ Adiecit quoqꝫ aliud substantie propriū dicens: substantie nihil esse cōtrariū: hoc aūt ex ea que singillatim fit inductione cōfirmat. Homo enī homini vel equo vel alicui alij animalium non est contrarius ⸿ Sed si quis forsitan dicat cū ignis atqꝫ aqua substantie sint ignem aque esse contrariū: mentietur. Non enī ignis aque contrarius est. sed qualitates ignis qualitatib' aque opponūt̄. Calor enim ⁊ frigus contraria sunt: ⁊ humor ⁊ siccitas: que qualitates cū alie sint in igne: alie in aqua. ipsas substantias contrarias facere vidētur. sed non sunt hoc autem ex omnibus alijs substantijs pōt probari: in quib' quisqꝫ nihil poterit inuenire contrariū: Sed hoc solius substantie propriū non est namqꝫ ⁊ quantitas definita contrarijs caret. Nā neqꝫ duo tribus cōtraria sunt: nec duobus quatuor nec aliquid huiusmodi. nam si dicamus tres duob' esse cōtrarios: cur nō his duob' etiā quatuor vel quinqꝫ cōtrarios esse ponamus: nulla. n. afferri ratio pōt cum tres duobus contrarij sint: cur quatuor. vel quinqꝫ duob' cōtrarij non sint. Quod si hoc est: vel quatuor vel tres vel quinqꝫ vel quecūqꝫ a duob' distāt numeri: contrarij fiant duobus. ⁊ erūt vni rei multa cōtraria

traria: quod fieri non potest: Non est igitur cõtrariũ aliquid quantitati. sed si quis dicat magnum paruo vel multa paucis esse contraria: hec quidem etiam si quis quantitates esse confirmet: tamen diffinite quã titates non sunt. Quantum enim sit magnum vel quã tum paruum non definit qui loquitur. eodem modo etiam in multis atq3 paucis. Quare si quis hec quãti tates esse dicat: indeterminatas indefinitasq3 esse cõ stebitur. Dicit autem Aristoteles terminate quanti tati nihil esse contrarium: vt duobus vel tribus: vel linee vel superficiei. Quod si etiam alie quantitates habent contraria: alie vero nõ hñt: nihil omnino impe dit ad hoc quod dicitur proprium non esse substantie idcirco quod constat quasdam quantitates non habe re contraria. Quod si hoc & in quantitatibus euenit: non esse contrariuz substantiarum proprium non est. Atq3 hec quidem si quis magnum vel paruuz in quã titatibus ponat: manifestum est (vt ipse est posterius monstraturus) hec non esse quantitatis sed ad aliqd. magnum enim ad paruum dicitur. sed cũ ad ea loca venerimus: ꝓpositi ordinem loci diligentius exeque mur. Nunc quoniam declaratum est & substantie ni hil esse contrarium: & hoc ei proprium non esse: quo niam idem & in quantitatibus cõsideratur: ad sequẽs proprium expositionis semitam conuertamus.

¶ Videtur autem substantia non suscipere magis & minus. dico autem hoc non q̄ substantia a sub stantia non sit magis & minus substantia. hoc enim dictuz est quia est: sed quoniã vnaqueq3 substantia hoc ipsum quod est non dicitur magis & minus: vt si est hec substantia homo: non est magis aut min⁹ homo: nec ipse a seipso nec alter ab altero: non est enim alter altero magis homo. sicut est album al terum altero magis album: & bonum alterum alte ro magis bonuz. Sed & ipsum a se magis & minus dicitur: vt corpus cum sit albũ: magis album esse di citur nunc q̄ prius: & cum calidum sit magis & mi nus calidum dicitur. Substantia vero non dicitur. nihil enim homo magis nunc homo q̄ prius dici tur: nec aliorum quicquã que substantie sunt. qua propter non recipit substantia magis & minus.

¶ Hoc proprium non simpliciter dicitur: sed cum aliq̃ distinctione. ait enim substantias neq3 magis recipe re neq3 minus: non hoc dicens: quoniam substantia non est magis ab alia substantia. Namq3 quidam hõ cum sit substantia magis est substantia ab homine. i. a specie. & homo ab animali: idest a genere. ergo non hoc dicit: quoniam non inueniuntur substantie que a substantiis magis substantie sint. hoc enim dictum est quoniam est: idest quoniam inueniuntur. Ait enim su perius primas substantias. i. indiuiduas maxime esse substantias: in secundis vero substantiis magis esse sub stantias spẽs q̃3 genera. Ergo hic non dicit q̃n nulla substantia ab alia substantia magis substantia est: sed hoc ipsum qđ est quelibet illa substantia non dicitur magis & minus: vt si est substãtia homo nõ dicit quo niam homo non est magis & minus suba. indiuiduus enim hõ magis est suba: species vero minus: si ad pri mam. i. indiuiduam substantiam referatur. Sed hoc dicit hoc ipsum quod est. i. hõ non erit magis hõ vel minus homo. quocirca nõ dicit: quoniam hõ non est magis substantia vel minus. Sed quoniã homo hoc ipsum quod est: non est magis vel minus homo. non est enim aliquis hõ magis & minus homo: & hoc ide3 in eiusdem comparatione conuenit speculari. Nam ipse hõ a seipso non est plus homo. at vero nec si ad al terum conferat: ad alterũ vero ita vt sub eadem con iugatione sint: vt quidam homo indiuidu⁹ ad aliquẽ indiuiduũ hominem comparatus non erit magis & minus homo: vel ipsa spẽs seipsa non erit magis & mi nus hõ. sed hoc palam est in substantiis. in qualitati bus vero potest esse magis & minus. album eni3 potest fieri magis album seipso: & suscipere magis & minus vt sit magis album & min⁹ albũ. põt & alio albo plus esse album: vt lilium lana: & alio albo minus esse albũ vt lana lilio: vel cignus niue: atq3 idem in aliis quali tatibus. vt bono vel calido. Namq3 hec possunt tem poribus permutari: & in plus minusue transduci. fit enim aliquotiens bone melius & deterius: & calido feruentius & tepidius. homo vero quod est substan tia neq3 nunc plus erit homo quam fuit antea: neq3 post magis aut minus erit homo quam nunc est. Quocirca cum substantia non suscipiat magis & mi nus: tamen proprium eius hoc non erit. Sed cur non sit proprium ipse Aristoteles velut notum conticuit: nos autem addimus. quoniam non solum substantie non suscipiunt magis & minus: sed & alia multa. cir culus enim alio circulo non erit magis circulus aut minus. nec duplum magis duplum vel minus. Equa liter enim duplus est quaternarius ad binarium vel denarius ad quinariũ comparatus: quocirca quo niam etiam & in aliis idem est: hoc substantie propriũ non esse putandũ est. Sed hec quidem oia quecũq3 sint in substantiis omnibus: propria tamen substantie non sunt eo quod etiam in aliis sunt consequentia sub stantie appellantur. Nec enim omnia substantias cõ sequuntur: vt vbicũq3 fuerit substantia: ea que dicta sunt sint: illa vero que non omnibus substantiis insunt accidentia sunt substantiis. quocirca propria non sunt. Que si propria non sunt nondũ quale sit substãtia de monstrant. Quare vt substãtie qualitatem ꝓprie co gnoscamus: talis est hinc requirenda proprietas: que & solis substantiis insit & omnibus: hec autem huius modi est: quam ipse proposuit.

¶ Maxime vero substantie proprium esse videtur cum vnum & idem numero sit. contrariorum susce ptibilez esse. & in aliis quidem non habebit quisq̃ quid proferat quecunq3 non sunt substantie. q̄ cum sit vnum numero susceptibile contrariorum sit: velut color quod est vnum & idem numero non erit album & nigrum. neq3 eadez actio & vna nũero erit praua & studiosa. Similiter autẽ & in aliis que substantie non sunt. Substantia enim cum vnum & ide3 numero sit. capax contrarioruz est. vt homo cum vnus & idem numero sit. aliquando quidem niger. aliquando autem fit albus. & calidus & frigi dus. & prauus & studiosus. In nullis autez aliis ali quid tale videtur. nisi quia forsitan insistet dicens orationem & opinionem eiusmodi esse susceptibi lia. eadem enim oratio vera & falsa esse videtur. ve luti si vera sit oratio sedere quendam. surgente eo falsa erit. similiter autez & de opinatione. Si quis enim vere putat sedere aliquem surgente eo falso putabit. eandem habens de eodem opinionẽ. sed & si quis hoc suscipiat. tamen modo differt. naz ea

que in substantiis sũt. ipsa mutata susceptibilia sũt contrariorum. frigidum enim de calido factuȝ mutatum est. alteratum enim est: ꝛ nigrum ex albo: ꝛ studiosum ex prauo. Similiter autē ꝛ in aliis vnũ quodq; ipsum mutationem suscipiens est susceptibile contrariorum. oratio autem ꝛ opinio ipsa quidem immobilia omnino perseuerant. Cum vero res mouetur: contrarium circa eam fit. oratio namq; permanet eadem eo ꝙ sedet aliquis. Cum vero res mota sit. aliquando quidem vera: aliquando falsa sit. similiter autem ꝛ in opiniõe. Quapropter proprium modo substantie est: eo ꝙ secundũ mutationem suam captabilis est contrariorum. Si quis autem etiam recipiat placitum ꝛ orationem susceptibilia esse contrariorum. non est hoc verum. oratio namq; ꝛ opinio nõ in eo ꝙ ipsa aliquid recipiãt contrariorum susceptibilia esse dicuntur sed in eo ꝙ circa alterum aliqua passio facta sit. nam in eo ꝙ res est vel non est. in eo etiam oratio vera aut falsa esse dicitur. non in eo ꝙ ipsa sit captabilis contrariorum. Simpliciter enim a nullo nec oratio mouetur nec placituȝ. Quapropter non erunt susceptibilia contrariorum. cum nulla in eis cõtrariorum passio facta sit. verum substantia in eo ꝙ ipsa contraria recipiat. in hoc susceptibilis dicit̃ contrariorum esse. Languorem enim ꝛ sanitateȝ suscipit. candorem ꝛ nigredinem. ꝛ vnumquodq; taliũ ipsa suscipiendo contrariorum esse susceptibilis dicitur. quare proprium erit substantie cum idem ꝛ vnum sit numero: contrariorum susceptibilem cũ permutatione suapsius esse. ꝛ substantia quidem hec dicta sufficiant.

¶ Ait maxime proprium esse substantie: ꝙ eadē ꝛ vna numero contrariorum susceptiua sit: nihil contrariũ superioribus dicens. Ille enim dixerat substãtias substantiis non esse contrarias. hic vero dicit non substantias substantiis esse contrarias: sed res in se contrarias posse suscipere: vt vnus atq; idem homo nunc quidem sit sanus alio vero tempore sit eger. egritudo autem ꝛ sanitas contraria sunt. Ergo quoniam declaratũ ē substantias posse contraria suscipere: demõstrãdum est: quemadmodum hoc solis substantiis insit: hoc autem in nullis aliis inuenitur. namq; in qualitate qualitas non erit eadem atq; vna numero contrariorum susceptiua. idem enim ꝛ vnum numero non erit album atq; nigrum: cum album fuerit ꝛ post in nigrum vertitur: tota qualitatis species permutatur ꝛ non erit vnum atq; idem numero: quod contrariuȝ est. sed diuersum. At vero ꝛ actio eadeȝ ꝛ vna numero non erit bona atq; mala: sed fortasse vna bona alia mala: ita vt diuerse sint non eedem numero. hoc etiã in aliis reperitur. Ipsa vero substantia cum vna sit ꝛ numero singularis contraria suscipit: vt idem atq; vnus homo cum fuerit candidus atq; albus sole tactus nigrescit: ꝛ album in nigrum vertitur: ꝛ in contrarium permutatur vtrasq; res in se contrarias suscipiens. Nulli igitur alii inesse hoc nisi solis substantiis. satis superiora demonstrãt. Si quis autem apponat orationem ꝛ opinionem vnam atq; eandem contrariorum esse susceptibilem. ideo quod cum dico cicero sedet; vel cum sedere opinor: cum vere sedet. vera est ꝛ oratio de eodem ꝛ opinio quoniam sedet: cuȝ vero surrexit ille: eadem permanet opinio vel oratio que dicit vel arbitratur cicero sedet sed falsa est: quĩ non sedet: videt̃ enim opinio atq; oratio eadē ꝛ vna numero nunc quidem esse vera nunc autem falsa: ꝛ contraria ipsa suscipere. sed hoc falsum est quod oratio ꝛ opinio contraria non recipiunt. Nam si quis hoc recipiat quod etiam oratio atq; opinio contrariorũ susceptiua sint: non tñ eodem mõ quo substantia: nã substantia ipsa contraria suscipiens permutatur: cicero namq; ipse in se egritudinem suscipiens ex sano factus est eger ꝛ mutatus ipse contraria suscipit: sermo vero vel opinio ipsa quidem immutata permanent: sed cum rebus de quibus dicuntur permutatis ipse inueniuntur false esse vel vere: ꝛ substantia quidem ipsa cum his que suscipit contrariis permutatur. oratio vero ꝛ opinio eo ꝙ res de quibus dicuntur vel arbitrantur; permutentur. ipse videnẗ false esse vel vere: Nam cum dico cicero sedet: si ille surrexit oratio quidē ipsa nihil passa est: sed res de qua illa fuit oratio: mota est. Qui enim sedebat surrexit. iccirco ex vera oratione facta est falsa. Quocirca substantia ipsa suscipiens. (vt dictum est) contraria permutatur: oratio vel opinio nõ mutat̃; sed re circa eas mota ipse vere vel false sunt. Quare proprium substantie ita esse putabitur cõtrariorũ susceptibile: vt ipsa permutata cõtraria suscipiat: nõ vt re mutata ipsa immutata immutabilisq; permaneat. Atq; hoc dictum est: si quis orationē atq; opinionē contrariorum susceptibiles putet: nõ autem esse orationem atq; opinionem contrariorum susceptibiles ipse rursus adiecit. Non est autem hoc verum: etenim oratio ꝛ opinio nõ quo ipsa suscipiãt aliquid: contrariorum susceptibilia esse dicuntur. Sȝ quocirca alterum aliqua passio facta sit. Ait enim orationē atq; opinionē ipsa quidem nullius esse cõtrariorũ susceptibilia: neq; enim falsitas veritasq; in oratione vel opinione insita est. Sed iccirco videntur contrariorũ esse susceptibilia: quod (vt ipse ait) circa alteram quandã passionem sint hoc est circa hoc esse opinionem vel orationem. Nam circa sedere ꝛ non sedere que sunt contraria: est sedendi aliquem ꝛ non sedēdi opinio vel oratio. atq; ideo quoniã circa alias res sunt: que sibi sunt contrarie. Illis permutatis ista videntur esse contraria: non ꝙ ipsa suscipiant: sed quod circa contrarias passiones rerum sint. Nam neq; oratio neq; opinio permutatur: sed sola tantum de quibus est ipsa oratio atq; opinio: idest sedere ꝛ non sedere. Quocirca quoniam nullã ipsa oratio vel opinio suscipiunt passionem: nec quicq; in eis fit. atq; euenit contrarium. contrariorum esse susceptibilia non videntur. At substantia eo ꝙ ipsa suscipiat contrarium: cõtrariorum dicitur esse susceptibilis. cicero enim suscipiens sanitatē sanus fit: suscipiēs egritudinē fit eger. Oratio vero atq; opinio (vt dictum est) contraria nõ suscipiunt. Quare erit hoc proprium substantie contrariorum esse susceptibilem. Sed si quis forsitan dicat; cur cum ignis calidus sit nunq̃ȝ frigus suscipiat ꝛ cur cum aqua sit humida nunq̃ȝ suscipiat siccitatem. His enim oppositis videtur non omnis substantia contrariorũ esse susceptibilis: ꝛ substãtie hoc propriũ infirmabitur: cũ nõ sit ĩ omnibus substantiis. Sȝ dicendũ ē quĩ ea cõtraria suscipere videntur substãtie: que sunt in eius natura nõ insita. alioquin nõ suscipit quicquid illi substantialiter adest. Suscipere enim di-

cunus

cimus aliqd de rebus extrinsecus positis & preter substantiam constitutis. qm̄ igitur in substantia ignis inest calidum esse. ignis calorem non suscipit: quocirca neq3 est ignis caloris susceptibilis: neq3 frigoris. Calorem quidem non suscipit: idcirco q eius nature substantieq3 immutabiliter adhesit. Frigus enim non suscipit. quoniam caloris natura ipsius ignis contrariu3 sponte repudiat. Quocirca si quid est quod suscipiat ignis. idest extrinsecus positu3: accipiat necesse est ei⁹ quoq3 contrarium ipse vnus pmanens ac singularis. Idem quoq3 de aqua dicendu3 est: illa enī sicut ignis calorem: sic non suscipit humiditatem: sed est quodā modo & ipsi humiditas naturaliter insita: atq3 ideo calor ignis vel humiditas aque non solum qualitates dicuntur: sed etiam substantiales ignis & aque qualitates: namq3 aqua quoniam in se neq3 frigus neq3 calorem substantialiter habet: susceptibilis & frigoris & caloris esse dicitur. Quocirca nō de his cōtrariis loquitur que substantialiter insunt: sed de his que potest suscipere vnaqueq3 substātia: idest quod potest extrinsecus exhiberi: hoc autem in omnibus esse substantiis manifestum est. Nam quoniam si cicero hō san⁹ & eger est: & si hō sanus & eger ē: aīal sanū atq3 egrotum est Sed cum duobus modis animal atq3 homo spectentur. vno quod de pluribus predicentur: altero quod substantie sint: in eo q de pluribus predicant: contrariorum susceptiua non sunt: vt animal in eo q de speciebus dicitur neq3 sapiens est neq3 insipiēs: & hō in eo q de īdiuiduis dī neq3 san⁹. neq3 eger. In eo vo q substantie sunt: & q indiuiduis substantiis presunt: contrariorum susceptibiles sunt. Quocirca erit hoc solius proprium substantie contrariorum eē susceptibilem. Hec de substantia dicta sufficiant. Secundi vero voluminis series ab expositione inchoabitur quantitatis.

Explicit primus commentariorum liber. Incipit secundus a quantitatis predicamento.

ET si nos cure officij consularis impediunt: quo minus in his studiis omne ociū plenāq3 operam consumam⁹: pertinere tamen videtur hoc ad aliquā reipublice curam: elucubrate rei doctrina ciues instruere. Nec male de ciuibus meis merear. si cum prisca hominum virtus vrbium ceterarū ad hanc vnam rem publicam dominationē imperiū transtulerit. ego id saltim quod reliquum est. grece sapientie artibus mores nostre ciuitatis instruxero. Quare ne hoc quidem ipsum consulis vacet officio: cum romani fuerit semper moris quod vbicunq3 gētium pulchrum esset atq3 laudabile: id magis ac magis imitatione honestare. Aggrediar igitur & propositi sententiam operis ordinemq3 contexam.

QUanti autem aliud quidem est discretum. aliud continuum. & aliud quide3 ex habentibus positionem ad se inuicem suis partibus constat. aliud autem ex nō habentibus positionem. Est autem discreta quantitas. vt numerus & oratio. Cōtinua vero: vt linea superficies corpus. Amplius autem & preter hec est tempus & locus. Partium etenim numeri nullus est communis terminus ad quem copulantur particule eius. vt quinq3 si ad decem sunt. particule: ad nullum communem terminum copulantur quinq3 & quinq3. sed semper discreta sunt & separata. sed & tria & septem ad nullum commune3 terminum coniunguntur. omnino aute3 non habeas in numero accipere communem terminu3 partiū sed semper discrete & separate sunt. Quapropter numerus quidem discretorum est. similiter aute3 & oratio discretorum est. Quod quidem enī quantitas sit oratio. manifestum est. mensuratur enim syllaba breui & longa. Dico autem orationem cu3 voce factam ad nullum enim commune3 terminū particule eius copulantur. Non enim est communis terminus. ad quem syllabe copulātur sed vna queq3 diuisa est ipsa secundum seipsam.

Post substantie tractatum cur de quantitate poti⁹ ac non de qualitate proposuerit: hec causa est: q oīa quecūq3 sunt simul atq3 sunt in numerum cadunt. oīs enim res aut est vna aut plures. vnum vo vel plures q̄3titatis scientia colliguntur. Sed non omnis res simul atq3 est aliquam accipit qualitatem: Ipsa enim materia sub quantitatis quidem principium cadit: q̄ vna est. sub qualitate vo minime. ipa eni3 est interim cunctis qualitatibus absoluta. superaddita vo forma quadā3 afficitur qualitate. per se autem numero quidem vna est: qualitate vero nulla. quocirca si res omnis simul atq3 est cadit in numerum. Non autem oīs res mox vt est statim suscipiet qualitatem: recte pri⁹ de quantitate proposuit. Est quoq3 alia causa cur prius de quantitatis ratione pertractet. Omne enim corpus vt sit: tribus dimensionibus constat longitudine latitudine altitudine. Ut vero sit corpus cu3 qualitate: tunc erit aut album aut nigrum aut quodlibet aliud: & quoniam prius est esse corpus. post vero esse corpus album: prius erit corpori tribus constare dimensionibus quam esse album. Sed tres dimensiones & numero & continuatione spacij quantitates sunt. Longitudo enī & latitudo & altitudo. in quantitatibus numerantur: album vero qualitatis est. Quocirca si prius est ex tribus constare dimensionibus q̄3 esse album: prior erit qualitate quantitas. quocirca recte est tractatus de quantitate propositus. Item alia causa q quantitas plura habet substantie consimilia Nam quemadmodum substantie nihil est contrariū & substātia nō recipit magis & min⁹: sic etiā q̄3titas. q̄3titati enī nihil est cōtrariū: nec q̄3titas recipit magis & minus: vt paulopost docebimus. Qualitas vo & contraria suscipit: vt album & nigrū: & magis & minus: vt candidius & nigri⁹ & calidissimū & nigerrimū id enim sumit intensionem quod potest sumere diminutionem. Quod si substantie similior quantitas est: recte post substantiam de quantitate ꝓposuit. Quantitatis autem dicit esse differentias duas. quantitatis namq3 alia discreta & disgregata: alia vero continua. Post hanc rursus diuisionem alio modo partitus est quantitatem. dicit enim quantitatis aliam eē: que constat ex habentibus positionem ad se inuicem suis partibus. aliam vero ex non habentibus positionem: vnam vo rem diuerse posse diuidi manifestum est hoc modo. vt si quis diuidat animal dicens. Animalium alia sunt rationalia: alia irratiōalia: & run sus eandem ipsam rem alio partiamur modo vt est. animalium alia sunt gressibilia: alia non gressibilia. Eorumq3 animaliū rursus alia sunt carnibus vescentia: alia herbis: alia seminibus. Hic ergo vna eadēq3 res

diuerso ordine modoqꝫ diuisa est. Ita igitur aristote
les vnum idemqꝫ q̄ntitatis nomen diuerse partitus
est.in ea.s.que discreta essent:vel que continua:ꝛ in
ea que haberent positionez partium:vel que non ha
berent. Sed de secunda diuisione posteri⁹ dicenduz
est:nunc prima tractetur Ait enim de prima diuisio
ne hoc modo. ¶Quanti aliud est continuum: aliud
disgregatum. Disgregatum est cuius partes nullo cō
muni termino coniunguntur. Continuum vero cuius
partes habent aliquem communem terminum: ad
quem videantur esse connnete. Discretarum namqꝫ
quantitatum ipse exempla ponit et species. Oratio
enim discreta est quantitas:eodemqꝫ modo ꝛ nume
rus ꝛ numerum esse q̄ntitatem nemo dubitat. Discre
ta vero est.quoniam denari⁹ numer⁹ cum constet ex
quinqꝫ ꝛ quinqꝫ:que res quinarium ad quinarium iū
gat vt faciat denarii corpus:non potest inueniri. Nā
si tres ꝛ septem quis dixerit:quo communi termino
tres ꝛ septem coniungantur:vt denarii reddat̄ vnuz
integrum corpus.nullus inueniet.atqꝫ hoc quidem in
omni numero speculari licet. Nullus enim numerus
ita;partes habet.vt eas aliquis communis terminus
iungat: sed semper partes ipse disiuncte atqꝫ discre
te sunt.ꝛ huiusmodi vocatur q̄ntitas discreta. Nume
rus ergo discreta q̄ntitas est.orationem vero quanti
tatem esse dicit:idcirco q̄ omnis oratio ex nomine ꝛ
verbo constet:sed hec syllabis constant. Omnis autē
syllaba vel longa vel breuis est. Longuz vero vel bre
uie sine vlla dubitatione q̄ntitas est quocirca quod ex
q̄ntitatibus constat:id q̄ntitatem esse quis dubitet:at
vero oratio ipsa cum sit quantitas:illa quoqꝫ discre
ta est. Cum enim dico cicero quod orationis est pars
partes huius nominis:ci.ꝛ.ce.ꝛ.ro. nullo communi
termino coniunguntur. Non eniz reperimus:quo cō
muni termino iungatur.ci.syllaba ad ce.syllabā. Uel
rursus ce.syllaba ad ro.syllabam. Quocirca etiaz ora
tio quantitas videtur esse discreta. Sed si quis for
tasse dicat hunc esse communem terminum.quo ita
iunguntur:vt aliquid significent:vt in hoc ipso nomi
ne cicero:communis syllabarum terminus ipsa signi
ficatio fit. Si eniz ce.syllaba que media est prima po
natur:ꝛ ro.que vltima est:media:ꝛ ci.que prima:vlti
ma:nomen quod erat antea idest cicero transuersis
per loca syllabis nihil significabit. Illi dicendum est
quoniam si quecūqꝫ in quadam oratiōe proferantur
siue significent:siue nihil significent:syllabarum com
munis terminus nullus est. Nam siquis dicat per mu
tatis syllabis quod ē cicero cei oci:significationez qui
dem amisit:sed equaliter syllabe ad nullum commu
nem terminum coniunguntur. Quod si quis hunc q
dem ipsum sermonem aliquid significare posuerit:vt
hoc ipsum cicer aliquid significet. Significatio quidē
addita est:nullus tamen syllabis communis termin⁹
apposit⁹. Quare siue significet siue nihil significet no
men partes eius discrete atqꝫ disiuncte sunt ꝛ nullo
communi termino coniunguntur.quoniam vero gre
ca oratione λόγοσ dicitur etiam animi cogitatio ꝛ
intra se ratiocinatio: λόγοσ quoqꝫ ꝛ oratio dicitur
ne quis aristotelem cum diceret λόγον idest oratio
nem quantitatem esse discretam de eo putaret dice
re quem quisqꝫ λόγον idest rationem in propria co
gitatione disponeret:hoc addidi. Dico autem illā que
fit cum voce orationem. Apud romanam namqꝫ lin
guam discreta sunt vocabula orationis atqꝫ rationis
Greca vō oīō vtriusqꝫ vocabulū ꝛ rationis ꝛ oratio
nis. λόγον appellat. Quare ne quid mendax trāsla
tio culparetur:idcirco hoc quoqꝫ addidi. Dico vero
illam que fit cum voce orationem apud latinos enim
nulla alia oratio est preter hanc solam que fit cum vo
ce orationem. Apud grecos vero est ali⁹
qui fit in animi cogitatiōe. Quocirca ne quid deesset
etiā hoc quod ad latinā orationē minus esset conueni
ens transtuli. Quod quare ita fecerim: hac exposi
tione patefeci. atqꝫ hec quidem de discreta q̄ntitate
sufficiant. ¶Continua vero quantitas est(vt dictum
est)cuius quantitatis partium communis terminus
inuenitur:vt est linea;superficies:corp⁹:ꝛ preter hec
tēpus:ꝛ locus:qd̄ ipse aristoteles designat his vbis.
¶Linea vero continua est: est enim sumere com
munem terminum ad quem particule eius copu
lantur punctum:ꝛ superficiei lineam. plani namqꝫ
ad quendam communem terminum particule co
pulantur. Similiter autem ꝛ in corpore poteris su
mere communem terminum lineaz vel superficiē
ad quem copulantur corporis particule.
¶Postq̄ȝ de discretis explicuit.transijt ad spēs conti
nue quantitatis. Continue autem quantitates sūt(vt
dictum est)quarum partibus quidam communis est
terminus.vt linea Si quis enim diuidat lineam:que
est longitudo sine latitudine duas in vtraqꝫ diuisione
lineas facit:ꝛ vtriusqꝫ ex diuisione linee singula in ex
tremitatibus puncta redduntur. Linee enim termini
puncta sunt.quocirca cum illa linea diuisa non esset:
vtraqꝫ pūcta q̄ in vtrisqꝫ linear capitib⁹ post diuisio
nez apparent simul antea fuisse intelligūtur:que sūt
in diuisione separata. Intelligitur ergo partiuz linee
communis terminus punctum:idest quoddaz parui
ssimum:quod in partes diuidi secariqꝫ non possit. Su
perficies quoqꝫ:que est latitudo sine altitudine:com
munem terminum habet in partibus lineam:corpus
vero solidum superficiem. Eodem vero modo diuise
superficies duas per singulas partes lineas efficiet;
quemadmodum ꝛ linea diuisa duo puncta altrinsecus
reddebantur. Corpus quoqꝫ solidum cum diuiserit
duas in vtrisqꝫ diuisionis partibus superficies faciet
que cum connecta sint atqꝫ indiuisa:punctum quidē
partium linee intelligitur cōmunis terminus. Linea
vero superficiei:superficies autem solidi corporis. est
autem signum continui corporis:si vna pars mota sit
totum corpus moueri:vel si totum corpus mouetur
certe simul alie partes vicine mouebuntur: vt si ia
ceat virgula vel ex ere:vel ex ligno:vl'ex quolibꝫ alio
metallo:si quis vnum eius caput vel q̄libet ei⁹ par
tez moueat:tota mox virgula commonetur. Hoc aūt
iccirco euenit quod eius partes quodam cōmunī ter
mino coniunguntur:ꝛ ille communis terminus vna
parte mota ceteras mouet. hoc vero in discretis non
est. In nūero nāqꝫ cū sint decē:si vnū mouero ceteri
nō mouenē:immoti enim permanēt nouē. ꝛ plenus
tritico sit modius: si vnum tritici granum mouero:
non oīa continuo grana commouebunē: Idcirco qđ
discreta est multitudo nec granum grano vllo com
muni termino videtur implicituz. At vō si ipsius gra
ni pars vna sit mota. totum corpus grani moueat̄
necesse est: Non autem nunc hoc dicitur: q̄ linea con
stet ex punctis:aut superficies ex lineis:aut solidum
corpus ex superficiebus Sed q vel linee termini pū
cta sunt:vel superficiei linee:vel solidi corporis super
ficies:nullaqꝫ res suis terminis constat. Quocirca pū
ctum

etiam linee nō erit pars: sed communis terminus partium. Superficiei linea: vel superficies solidi corporis non erunt partes: sed partiū terminū communes. Constat igitur ꝛ lineā ꝛ sup̄ficiē ꝛ solidi corporis crassitudinē esse cōtinuā q̄titatē. His alia rursus apponit

¶ Est autem talium ꝛ tempus ꝛ locus: presens. n. tempus ꝛ ad preteritum ꝛ ad futurum copulatur. Rursus locus continuorum est. locum enī quedam corporis particule obtinent: que ad quēdam communē terminum copulantur. igitur. ꝛ loci particule: que obtinent singulas corporis partes, ad eundem terminū copulantur ad quē corporis particule. Quapp continuus erit loc⁹. Ad vnū enim terminum cōmunem copulantur eius particule.

¶ Tempus quoqꝫ ꝛ locum cōtinue q̄titatis esse p̄nūciat. Tempus namqꝫ esse q̄titatem res illa demonstrat quod in spacio idest in longitudine ꝛ in breuitate consideratur. Continuū vō esse res illa demōstrat ꝙ partes temporis habent aliquem cōmunē terminum ac mediū: ad quē coniungantur extrema. Nā cū sint partes temporis preteritum ꝛ futurū: horuꝫ presens tempus cōis est terminus. huius nāqꝫ finis est: illius initium. Locus quoqꝫ continuorum est. Loci vō dicim⁹ quodcūqꝫ illud sit quod partes corporis tenet siue supra: siue a latere: seu subter sit. locus dicitur. Quod si cuncte partes corporis locū aliqueꝫ tenent: ꝛ qui circa corpus est locus per omne corporis spaciū partesqꝫ diffunditur: que omnis corporis partes a loci partibus occupabuntur: Quod si ita est: qui cōmunis terminus coniungebat corpis partes: eius terminus locus illa quoqꝫ loca que sunt corporis partium iungit: ꝛ est eodem mō locus de continua q̄titate: quēadmodum ꝛ corpus. Ita enim cōmunis terminus inuenitur in loco partium quemadmodū corporis: idcirco ꝙ corporis locus per corpus omne diffunditur. qđ autem dixit: sunt autem talium ꝛ locus ꝛ temp⁹: quoniam superius de continuis loquebatur: tempus quoqꝫ vel locum continuis addidit. dicens. Sunt autem talium ꝛ tempus ꝛ locus idest continuorum: sed post continue discreteqꝫ quantitatis diuisionem aliam a principio rursus orditur.

¶ Amplius autem alie quidem constant ex particulis que in eis sunt positionem ad se inuicem habentibus. Alie autem ex non habentibus positionem: vt linee quidem particule positionem habēt ad se inuicem. Singulum enim eorum situm: est alicubi: ꝛ habes vnde sumas ꝛ assignes vnumquodqꝫ vbi situm est in plano ꝛ ad quam particulam reliquarum copulatur: similiter autem ꝛ particule plani habent quandam positionem. similiter namqꝫ vnumquodqꝫ ostenditur vbi iacet ꝛ que ad se inuicē copulēt. sꝫ ꝛ soliditatis quoqꝫ ꝛ loci similiter.

¶ Rursus digerit quantitatis differentias. Sunt enim q̄titatis alie quidem q̄ ex habentibus positionem ad se inuicem suis partibus constant: alie vō que nullam partium habent positionem. Positionē vō partium retinere dicuntur: quarum triplex ista natura est: primum vt eius ptes alicubi sint: deinde ne pereant. tertio vō vt sese partes ipse coniungant ꝛ propria se ordinatione contineant: vt est linea. Posita enim linea in superficie possis agnoscere vbi partes eius sunt: vt dicas: caput quidem linee ē ad dexteram: medium vō hoc loco: extremitas est ad sinistram: ꝛ he: manentibus ipsis partibus dicuntur. Partes enim linee nō pereunt: sed in loco in quo sunt permanēt: possis quoqꝫ monstrare: que pars linee cui parti continuetur. i. ad quam partem caput alterius partis extremitas: q̄ coniūgitur. vt dicas hec pars: verbi gratia: medietas linee hic diffinitur: locum vbi desinat mōstrans. alia rursus pars linee totius hinc incipit. Ergo linea posita in superficie qualibet ꝛ locum aliquem partes eius retinent: ꝛ partes ipse non pereūt: vt possit quilibet agnoscere vbi extremitas partiuꝫ coniūgatur: ꝛ quo ad se inuicem loco continuētur. hoc quoqꝫ idem in superficie euenit. Partes enim superficiei in aliquo loco sunt. ꝛ ipse quoqꝫ nō pereunt: ꝛ vbi pars parti iungatur ostenditur. idem quoqꝫ soliditas habet: ꝛ loci quoqꝫ partes continuātur ad eas. s. partes: ad quas corporis partes sibiinet continuantur: sicut iaꝫ supra dictum est. Quocirca eiusdem nature erit ꝛ locus: cuius tota soliditas erat. Ergo ꝛ locus ex eodem genere quantitatis est quo est ꝛ soliditas. i. ex habentibus ad se inuicem positionem suis partibus constans. Locus igitur ꝛ ipse ex habentibus suis partibus positionem ad se inuicem constat. Ergo tria hec (sicut supra dictum est) cōsiderāda sunt: vt ad se inuicē positionē partes habere videātur. i. locū in quo partes ipse sint posite: vt ptes ille nō pereāt: vt sit ptiū cōtinētia atqꝫ cōtinuatio. Qđ si qs dicat hoc loco deesse eo quod i loco nō sit: in loco. n. cūcta sunt: locus vō in loco esse nō poterit. Dicendū est q̄m idcirco superficies ꝛ soliditas ꝛ linea habere positionem partium dicunē ꝙ in loco sint: ꝛ partes permaneant: ꝛ sint cōtinue. Quare multo magis ipse locus cuius neqꝫ partes pereūt: ꝛ sibi perpetue cōtinuatimqꝫ coniuncte sūt habere positionem partiuꝫ dicitē: ꝛ de his quidē q̄ ex habentibus positionem ad se inuicem suis partibus constant: hec dicta sunt. Que vero non habent positionem: ipse rursus adiecit.

¶ In numero autem non poterit quisq̄ ostendere quemadmodum particule eius positionem aliquā ad se inuicem habeant. aut sint site alicubi. aut que particule eius ad se inuicem nectantur. Sed neqꝫ ea que temporis sunt. nihil enī pmanēt ꝑticule tēporis. qđ aūt nō est permanens. quō positionē aliquā habebit. sed magis quēdā ordinē ꝑticularuꝫ vices habere. vt aliquid quidem primum sit temporis aliud vero posteri⁹. Sed ꝛ de numero similiter. eo ꝙ prius numeratur vnum quā duo. ꝛ duo q̄ tria: ꝛ ita habebunt quendam ordinem. positionem vō non multum accipies. sed oratio similiter. nihil enim permanet particule eius. sed dictuꝫ ē ꝛ non est amplius sumi hoc. quapp non erit positio particularū eius. siqdem nihil permanent. alia itaqꝫ cōstant ex particulis que in eis sūt positionē ad se inuicē habentib⁹. alia āt ex n̄ hn̄tib⁹ positioneꝫ.

¶ Hec. s. idcirco nullā positōnē ad se inuicē partiū retinēt: ꝙ his aliquid de supra dictis rebus deesse manifestū ē. Numerus. n. ipse discret⁹ ē: nec ptes ei⁹ ad se inuicem cōiunguntur. sed oīno discrete sunt. Atqꝫ idcirco non est ex his que habēt ad se inuicē aliquā partiū positionem. nec vō possis ostēdere: qui numer⁹ quo loco iaceat. habere autē positionē dr̄ qđ (vt dictū est) ꝛ in loco aliquo positū est: ꝛ ipsa positio manentibus par-

tibus constat & ad se inuicem coniunctis continuatisque: vt vbi queque iaceat: & que ad quam coniunctim possit ostendi. in numero vero nihil horum est. Nam neque in aliquo loco esse positus demonstratur. nec eius partes coniuncte sunt. Quocirca numero ex his tribus que diximus due res desunt: loci positio: & partium continuatio. tempus etiam quamquam sint eius partes continue: tamen quoniam non permanent: sed semper mouentur semperque pretereunt: habere positionem partium non dicitur. Semper enim veloci agitatione torquetur: & currentis aque more in nulla vnquam statione consistit. quod quia partes eius non permanent. ex habentibus ad se inuicem positionem suis partibus constare non dicitur. Sed hec quamquam positionem partium habere non possunt: tamen habent ordinem quendam: quem preter positionem partium tantum retinent. Dicimus enim priorem esse binarium quam ternarium: atque hunc quam quaternarium: & in tempore minimum idem ordo conuertitur. Prius enim futurum presente presensque preterito: Quocirca & si hec non habent aliquam partium positionem: retinent tamen ordinem. Quod vero dicit positionem vero non multum accipies. tale est ac si diceret penitus non accipias. Multum enim pro omnino videtur adiunctum ac si diceret positionem vero omnino non accipies. Idcirco quod ipsa quidem continuatio dat aliquam imaginem: quod possit habere aliquam partium positionem. sed hoc minime est. Idcirco quod quamuis sint continue quantitates: si tamen vno careant ex his que superius dicta sunt positionem partium habere non possunt. Nam aqua quam fistula euomit. dum cadit quidem retinet positionem: cum vero iam effuse vnde se miscuerit: positionem partium perdit: & fluuius quoque quando in pelagus finit: & positionem videtur habere partium & esse continuus: cum nondum marine aque fluuii superficies ipsa permixta est: cum vero extremitas amnis marina alluuione contingitur: totam sine dubio positionem videtur amittere. Oratio quoque similiter sese habet. nam nec ipsa vllo loco posita est: nec eius partes ad aliquam coniunguntur: sed ad se inuicem ille discrete sunt: nec cum eius partes dicte sunt: permanent. atque hoc est quod ait. Sed dictum est & non est vltra hoc sumi. Mox enim dicitur sermo: mox preterit: nec vlla ratione poterit permanere quare mox vt aliquid dictum sit: ei partes ostendi: & ad demonstrationem sumi non possunt. Constat igitur orationem quoque ex his esse que positionem partium non habent. de ordine vero dubium est. Nam si quis sermo aliquid significet: vt est cicero: est in eo quidam ordo quod ci syllaba primum dicitur: secunda vero ce. tertia ro. & potius ex significatione ordinem sumit: si vero nihil significet nec ordinem dicitur habere: vt scindapsus nihil quidem significat. sed siue secundam syllabam primam ponas: siue vltimam primam: siue quomodolibet syllabarum ordinem seriemque permisceas: idem erit. in significatiuis enim vocibus idcirco esse dicitur: quod illo ordine permutato vis significationis euertitur. hic vero vbi nulla est significatio nihil interest quomodolibet iaceant partes. Quare oratio in aliquibus quidem habet ordinem partium: in aliis vero nec ordo ipse poterit inueniri. An fortasse oratio dici non potest que nihil significat: & nulla est oratio: que ordinem non habeat: Ergo secundum priorem quantitatis diuisionem vbi dicebatur quantitatis alia esse continua: alia vero discreta. Quinque sunt continua: duo vero discreta. Continua quidem linea: superficies: soliditas: locus: tempus. Discreta vero numerus & oratio. In hac vero secunda diuisione qua dicit alias quantitates ex habentibus ad se inuicem positionem constare partibus. quatuor quidem sunt que retinent positionem: idest linea superficies corpus locus. Tria vero que positionem non habent: sed ex his duo semper ordinem retinent: tempus. s. & numerus. Oratio vero si quid significet. habet ordinem. si vero nihil significet: inordinata est: si tamen oratio nihil significans dici possit: his dictis ipse concludit dicens. Igitur alia ex habentibus ad se inuicem partibus positionem constant: alia vero ex non habentibus positionem. Hac igitur diuisione finita transit ad cetera monstrans que proprie quantitates nuncupantur: que secundum accidens.

Proprie autem quantitates he sole dicuntur: quas diximus: alia vero omnia secundum accidens. ad hec enim aspicientes & alia dicimus quantitates: vt multum dicitur album eo quod superficies multa sit: & actio longa eo quod tempus multum sit: & motus multus. neque enim horum singulum per se quantitas dicitur: vt si quis assignet quanta aliqua sit actio tempore diffiniet anni mensuram: vel sic aliquo modo assignans & album quantum sit assignans. superficie diffiniet Quanta enim superficies fuerit. tantum esse album dices. Quare sole proprie & secundum seipsas quantitates dicuntur que dicte sunt. aliorum vero nihil per se. sed si forte per accidens.

¶ Principaliter aliquid esse dicitur: quod per se tale est: quale esse demonstratur. Secundum accidens vero illud quod non per se sed per aliud: tale est quale esse dicitur: vt albedo per se inest colori. secundum naturam enim albi color esse dicitur albedo. cum vero homo dicitur coloratus: non per se dicitur; idcirco quod homo in eo quod homo est: color non est: sed quoniam habet colorem: idcirco dicitur coloratus. Ergo quemadmodum album idcirco color est per se: quoniam color naturale quoddam est genus. homo vero idcirco coloratus dicitur: quoniam habet colorem & dicitur album quidem per se & principaliter color: homo vero secundum accidens coloratus. Ita quoque & quantitates. hec enim omnia que dicta sunt idest linea: superficies: corpus: numerus: oratio: tempus: per se & secundum propriam naturam quantitates dicuntur. Si qua vero alia dicuntur secundum aliquam quantitatem: non per se sed secundum accidens nominantur: vt album dicitur multum; non ideirco quod albedo sit quantitas: sed quoniam multa sit superficies in qua illud album sit. Si enim multum spacium fuerit in quo album sit: multum erit album. quocirca non quoniam ipsa albedo per se aliquam quantitatem habet sed quoniam in aliqua quantitate est constituta; idest in superficie: Ideirco secundum superficiem quod est quantitas que. s. per se multa est album multum dicitur non secundum se. atque ideo album non per se nec principaliter sed secundum accidens multum dicitur. Actio quoque ideo dicitur longa: quod multo tempore sit acta. multam vero egritudinem idcirco dicimus: si eadem multum sit tempore & motum multum ideirco quod multo tempore factus sit: vt si quis multo tempore currat. si quis vero multum cursum dicat illum esse: quod sit velocissimus: ille non conuenienter sermone vtitur. Velocitas enim non quantitas sed potius qualitas est. quales enim secundum eam dicimur idest veloces. non quanti: Secundum quantitatem vero multum dicitur. hoc autem monstrat ipsa rerum diffinitio. qui

pitio. qui enim multum album monstrare desideret: ⁊ proprio termino rationis includere: illi dicendū est multum esse album: q̄ in multa iaceat superficie: ⁊ motū atq; actionem multam: que longo tempore pficiantur. quare qm̄ ad pprias quantitates aspicientes atq; ad eas res ceteras referentes quātitates vocamus: vt album ad superficiem que vere est quantitas: ⁊ cursum ⁊ aliquem motum atq; actionem ad tēpus: q̄ ipsum vere quātitas est: reducimus. Hec non per se q̄ntitates: sed per eas que pre quātitates dicte sunt. nominantur. Quocirca qm̄ quod per se non est: scd̄m accidens est: recte cetera oīa preter ea que superius in quantitate numerata sunt: per accidens esse non per se quantitates dicuntur. Sole igitur proprie ⁊ secundum se ipse quantitates dicūtur: he que superius cōprehense sunt. Alia vo per se quantitates non sunt: sed (vt ipse ait) forte per accidēs. Post diuisionem vo cōtinui atq; discreti ⁊ habentis positionem partium ⁊ non habentis: ⁊ que per se sunt principaliter ⁊ rursus per accidens quātitates: solito more viā inueniendi quantitatum proprietates ingreditur.

¶ Amplius quantitati nihil est contrarium. in desinitis enī manifestum est. qm̄ nihil est contrariū vt bicubito vel tricubito: vel superficiei: vel alicui talium nihil est contrarium: nisi forte quis multa paucis dicat esse contraria vel magnum paruo. horum autem nihil est quantitas. sed magis ad aliqd̄ nihil enim per seipsum paruum vel magnum dicitur. sed eo q̄ ad aliud refertur. naz mons quidē paruus dicitur: milium vo magnum: eo q̄ hoc quidem sui generis maius sit: illud vo minus sui generis. ergo ad aliud est eorum relatio. naz si per se ipsum magnum vel paruum diceretur: nunq̄ mōs quidem paruus. milium vero magnum diceretur Rursus in vico quidem plures homines esse dicimus. in ciuitate vo paucos. cum sint eorum multiplices. ⁊ in domo quidem multos. in theatro vero paucos. cum sint plures. Amplius bicubitum vel tricubitum ⁊ vnumquodq; talium quantitatem significat. magnum vo vel paruum non significat q̄titatem sed magis ad aliquid qm̄ ad aliud spectat magnum vel paruum. quare manifestum est. qm̄ hec ad aliquid sunt. Amplius siue ponat aliquis has eē quantitates siue non ponat. nihil illis contrarium erit. Quod enim non potest sumi per se ipsum: sed ad solam alterius relationem refertur. quō huic aliquid erit contrariū. Amplius si erūt magnum ⁊ paruū contraria. cōtinget et ipsū idē simul cōtraria recipere. ⁊ ca ipsa sibimet esse cōtraria. Contingit enim idem ipsum simul paruum eē ⁊ magnum. est enī aliquid ad hoc quidem paruū ad aliud vo hoc idem ipsum magnū. quare idem paruū ⁊ magnum in eodē tpe esse contingit. quare contraria simul suscipiet. Sed nihil est q̄ videat simul contraria posse suscipere. vt substantia susceptibilis contrariorū quidē esse videtur. sed nullus simul ⁊ sanus est ⁊ eger. nec albus ⁊ niger simul est. Nihil q; aliud simul contraria suscipiet. ⁊ eadē sibiipsi contingit esse contraria. Nā si est magnū paruo contrariū ipsū aūt idē simul est paruū ⁊ magnū. ipsū sibi erit cōtrariū. Sed īpossibile est ipsū sibi esse contrariū. non est igitur magnū paruo contrariū. nec multa paucis. Quare vel si non relatiuorū hec quilibet dicat. sed quantitatis nihil habebunt contrariū.

¶ Desinita q̄titas: est que alicuius termino numeri coercetur: vt sunt duo vel tres ⁊ que ad hūc modū dicuntur: vt si dicas bicubitū tricubitū ⁊ cetera: q̄ aliq̄ ppria significatiōe desinita sunt: vt ē superficies vel soliditas: quid enim ⁊ que q̄titates dicant agnoscitur. quocirca har qm̄ sunt desinite: nulla vlli ꝯtraria est. neq; enim bicubito tricubitū contrariū ē: sicut neq; numerus vlli numero. At vo nec superficies soliditati. nec aliquid hor. sed qm̄ quedā indesinita imaginē q̄dā q̄titatis ostendūt: vt magnum vel paruū: q̄ vident esse ꝯtraria: hec sibi aristoteles opponit dicens: non esse q̄titates sed magis ad aliqd: q̄d ipsius sermonibus astruamus: Sed non est hoc proprium q̄titatis non habere cōtraria. nō enī oīs quantitas cōtrariis caret sed nobis per singula queq; currentib⁹ que q̄titatis spēs contraria non habeant: que ve habeant demonstrādū est. Linea qdē ꝯtrio caret. linea. n. linee contraria non est. sed si quis dicat rectā lineā curue linee eē ꝯtriā fallitur. Non enī in eo q̄ linea est curua linea recte linee contraria est: sed in eo q̄ curua ē. ⁊ in his non linee videntur esse contrarie: sed ipsa rectitudo vel curuitas. Quare nō in eo q̄ q̄titas est linea curua recte linee ꝯtria est: sed i eo q̄ q̄lis. Nā qm̄ curuitas ⁊ rectitudo contraria sunt scd̄m id q̄ curua ⁊ recta est linea: non scd̄m q̄ linee sunt suscipiunt ꝯtrietatem: quocirca linea in eo q̄ linea est contrario caret. At vo nec superficies superficiei ꝯtria est. sed forte dicat aliqs albā superficiem nigre superficiei esse contrariā: cui simr occurēdū est: non in eo q̄ superficies sunt esse ꝯtria. sed in eo q̄ est in his albedo atq; nigredo: que cōtraria esse qs dubitat. Eodē quoq; mō ⁊ lenē. ⁊ asperā superficiē si quis cōtrarias. dixerit: refellit: quod nō s̄m quātitatē superficiei: sed s̄m qualitatē asperitatis lenitatisq; ipse superficies cōtrariū tenent. At vero nec corpori quicq̄ vllo modo contrarietatis opponitur: cui si quis dicat incorporale esse contrariū refutabitur. Quod omnis contrarietas ppriis nominibus dicitur: vt bonum malum: album nigrum. Corporale vero ⁊ incorporale non secundū contrarietatem: sed secundum priuationem habitumq; proferūt. Incorporale enī corporis est priuatio. nec tempori quoq; quicq̄ contrarium est. sed si nox diei videt opposita: nō in eo q̄ tempus ē: sed in eo q̄ dies est aer lucidus: nox aer obscurus. Aer vo neq; tēpus neq; quantitas est. lumē quoq; ⁊ obscuritas qualitates sunt ⁊ non quātitates. Oratio ēt q̄q̄ videat habere cōtrariū: tamē contrariā nō hz oppositionē: videtur enī vera oratio esse vel falsa que sunt cōtraria sed oratio vera vel falsa in significatione ē. Cū. n. q̄d est oratio significat vera ē: cū vo q̄d n̄ ē designat tūc falsa est. Oratio vo nō scd̄m id q̄d significat in q̄titate numerat: sed scd̄m id q̄d profertur. Scd̄m. n. id q̄ proferimus orationē: longa syllaba breuiq; cōponitur. que omnē orationē nō scd̄m id q̄ ipsa significat. sed scd̄m id q̄ ad prolationē est: metiūtur. illud quoq; manifestū est in numero non eē ꝯtria: Duo enī trib⁹ vel tres quaternario ꝯtrij nō sunt: nec vllus alter numerus cuilibet ali numero contrarius ē. Locus vo hz aliquā cōtrarietatē sursū enī ⁊ deorsū cōtrariū est Sz qdā noluūt nō esse q̄titates q̄d sursū dr̄ ⁊ deorsū s̄ potius habitudīes q̄s greci σχεσιν vocāt. q̄ enī ps

ad caput nostrũ est hanc sursum vocamus: que pars
pedibus subiacet: illa deorsum dr̃. quocirca secundũ
habitudinẽ quãdam quodãmodo ad nos ipsos relata
sursum deorsũq3 p̃dicamus. Herminus quoq3 ait sur
sum ⁊ deorsum non esse loca: sed quãdam quodãmõ
positionẽ loci. Est enim res sursum atq3 deorsum. nõ
est autem idẽ esse aliquid loci, q̃d locũ. loci enĩ ẽ posi-
tio in loco: locus v̾o ipse positio nõ ẽ. Sed si qs omnẽ
mũdi respitiat formã: qm̃ rerum omniũ formã spere
ambitus amplectitur: ⁊ terra media est: In spera v̾o
nihil est vltimũ: nisi quod eiusdem terminũ medieta
tis obtinuit: q̃cq̃d in extremo celi cõuexitatis: ẽ illud
sursum esse dr̃: q̃d v̾o est mediũ: illud deorsum Quo
circa sunt scd̃m totũ sursum deorsumq3 contraria sur
sum in celo: deorsum in terra: iccirco q̃d a se lõge dis
iuncta sunt. vnde post quoq3 ɔ̃ria hoc mõ sunt diffini
ta. contraria sunt quecũq3 a se longissime distant. hic
est videlicet tracta diffinitio: q̃ quoniã celõ terraq3
distare longissime videbantur: ⁊ illud esse sursum: il-
lud v̾o deorsum: qm̃ deorsum atq3 sursum nõ ob aliã
causam contraria dicunt̃: nisi q̃ a se longe disiuncta
sunt q̃s esse contrarium longissime distare diffiniunt
quod aristoteles hoc modo pronunciat.

¶ Maxime autem circa locum videtur esse cõtra
rietas quantitatis. sursum enim ad id quod est de
orsum contrarium ponunt locum qui in medio est
deorsum dicentes: eo q̃ multa distantia medii ad
terminos mundi sit. videntur autem ⁊ aliorum cõ
trariorum diffinitionem ab his proferre. que enĩ
a se inuicem multum distant eorum que sub eodẽ
genere sunt contraria determinant.

¶ In omni spera media terra est: quod ipsa astrorum
demonstrat ordinata vertigo. adiecit quoq3 causam
cur huiusmodi loca contraria dicantur: q̃ multa di-
stantia est medietatis ad mundi terminos. Terminos
v̾o mundi celi vltimam conuexitatẽ dicit. ex hac igit̃
loci contrarietate ⁊ cetera desinita esse contraria sic
demonstrat. Uidentur autem ⁊ aliorũ contrariorum
diffinitionem ab his proferre que enim multũ a se
inuicẽ distant: ĩ eodẽ genere contraria esse diffiniũt
Sed qm̃ ne ordo contrarietate q̃titatis impediret̃:
iccirco superioribus in quibus singulis q̃titatibus ni
hil esse contrarium dicebamus: has loci contrarieta
tes adiecimus: ⁊ quedam in medio pretermissa sunt.
Nunc sis ad superiora redeamus: vt expositionis ordo
sese ipse contineat. Ait enim superius enim q̃titati ni
hil esse contrarium proponeret: bicubito vel tricubi-
to vel superficiei vel alicui talium nihil posse esse con
trarium. Diffinitis enim his quantitatibus contra-
riũ nihil esse videtur: vt duobus vel tribus. sed que
dã cũ sint indefinita nec q̃titates vel cõtraria videã
tur hec rursus adiecit. Nisi multa paucis dicat qs eẽ
cõtraria: vel magnum paruo. Horũ autẽ nihil est q̃
titas: sed ad aliq̃d: nihil enim per seipsũ magnum dr̃
vel paruum: sed eo q̃ ad aliq̃d refertur. Nam mõs q
dem paruus dr̃: miliũ v̾o magnũ eo q̃ hoc quidẽ sui
generis maius sit: illud v̾o sui generis minus. Ergo
q̃d aliud est eorũ relatio nam si per seipsum paruũ vel
magnum diceretur: nunq̃3 mõs quidẽ paruus: miliũ
v̾o nũq̃3 magnũ diceret̃. Rursus in vico q̃dẽ plures
homines esse dicimus: in ciuitate v̾o paucos cum sint
eorum multiplices: ⁊ in domo quidẽ multos: in thea-
tro v̾o paucos cũ sint plures. Amplius bicubitũ ⁊ tri
cubitum ⁊ vnũquodq3 taliũ q̃titatẽ significãt: magnũ
v̾o vel paruũ nõ significat q̃titatem: s3 magis ad ali
quid. qm̃ ad aliq̃d spectat magnũ ⁊ paruũ: quare ma
nifestum est qm̃ hec ad aliquid sunt: Quẽadmodum
diffinite q̃titates contrariis nõ tenentur: ipse sup̃
cõprobauit dicens: bicubito vel superficiei nihil eẽ ɔ̃
riũ. Indefinite aũt vt ẽ magnũ vel paruũ vel multa vel
pauca dant imaginẽ cõtrarietatis. S3 illud occurrit
has nõ esse quantitates. Oĩs enim quantitas p̃ se di
bicubitũ enĩ vel tricubitũ vel duo vel tres vel super
ficies ad nihil aliud refertur. magnũ v̾o vel paruũ
sine aliis dici non possunt. Cũ .n. dicis magnũ ad ali
cuius alterius cõparationẽ atq3 equiuocationẽ refert̃.
Eodẽ quoq3 mõ ⁊ paruũ: q̃d ipsa aristotelica probat
inductio: Si enĩ magnũ ⁊ paruũ p̃ se dicerentur non
ad alterius relationẽ. nũq̃3 diceremus montẽ paruũ
miliũ magnũ. Si .n. magnũ paruũq3 nõ ad relationẽ
alterius diceret̃: mons. semp̃ magnꝰ: semp̃q3 paruũ
milium diceret̃; S3 aliquẽ collẽ ad athlantis altitudi
nem cõferẽtes: dicimus paruũ montẽ: ⁊ rursus miliũ
ad minora alia grana milii cõferẽtes: magnũ milium
nominamꝰ: ⁊ simpliciter q̃cq̃d magnũ vel paruũ di
ad eiusdẽ gñis spẽs referẽtes magnũ paruũq3 nom
namꝰ: vt mõti mõtẽ cõparamꝰ: miliũ v̾o milio: ⁊ alia
huiõi. multa: ⁊ pauca eodẽ mõ dicũtur. Dicimꝰ enĩ
si fuerit hoĩes centũ in vico plures eẽ hoĩes. hi v̾o si
ĩ ciuitate sint; paucos dicimꝰ: nũc ad paruitatẽ vicor
nũc ad magnitudinẽ ciuitatũ cõferẽtes. Rursus si si
in domo quiquaginta. multi sunt si in theatro: pauci
iõ q̃ tũc in theatro eẽ paucos dicimꝰ cũ ad eos q̃ in
theatro eẽ debebant cõparamꝰ. Amplius qm̃ cõsistit
⁊ magnũ paruũq3 referri sp̃ ad alterũ: singulas v̾o q̃ti
tates nihil ad aliud comparãtes: suas ac p̃prias noĩa
mus: vt tres vel duo: vel quatuor; vel lineã: vel sup̃fi
ciẽ3: magnũ paruũq3: ⁊ multa vel pauca a q̃titatis ra
tiõe disiũcta sũt; Sũt enĩ ista nõ q̃titates s3 potꝰ
relatiua: Amplius siue aliquis ponat eas eẽ q̃titates
siue nõ ponat. nihil illis erit cõtrariũ. q̃d enĩ nõ ẽ su
mere p̃ seipsum: s3 ad solã alterius relationẽ: quomõ
huic aliq̃d erit cõtrariũ. Hoc quoq3 validissimo ar
gumento approbat̃ q̃titatibꝰ his q̃ predicte sunt ni
hil eẽ ɔ̃riũ: nisi soli forsitan. loco. Nã si qs magnum
vel paruũ ⁊ mũta vel pauca in q̃titatibꝰ põat: ẽt hoc
si cõcedat̃: tñ qm̃ semp̃ referunt̃ ad aliud: cõtrariis nõ
tenent̃. Oẽ enĩ cõtrariũ p̃ se cõsistit; nec illud ad alte
riꝰ cõparationẽ relationẽq3 p̃fert: vt bonũ nõ dicitur
tur mali bonum nec rursus malum bõi malum: s3 ipsũ
ĩ p̃pria natura ⁊ platõe cõsistit. Quecũq3 sunt cõtra
ria: eodẽ mõ sunt. Magnũ v̾o vel p̃uũ qm̃ non per
se constant: sed ad alterius relationẽ referuntur ɔ̃ria
eẽ non possunt. Amplius si sint magnũ ⁊ paruũ cõ
traria cõtingit idem simul cõtraria suscipere. ⁊ eadẽ
sibi eẽ cõtraria. Cõtigit enĩ simul idem paruum esse
⁊ magnũ. Est enim aliq̃d ad hoc quidẽ paruum: ad
aliud v̾o hoc idem ipsum magnũ. Quare idẽ paruũ
⁊ magnũ ⁊ eodẽ tp̃e eẽ contingit; quare simul con
traria suscipiet. sed nihil est q̃ videatur sil̃ cõtraria
posse suscipere: vt substantia susceptibilis quidẽ ɔ̃tra
riorũ videt̃ esse: sed nullꝰ simul est sanus ⁊ eger: nec
albus ⁊ niger simul: nihilq3 aliud simul cõtraria susci
pit. ⁊ eadẽ sibiipse contigit eẽ ɔ̃traria. Nã si est ma
gnũ paruo ɔ̃rium ipsum aũt idem simul est paruũ
⁊ magnũ: ipsũ sibi erit cõtrariũ: s3 ĩpossibile ẽ ipsũ
sibi esse ɔ̃rium: Non est igit̃ magnum paruo contra
rium. Constat hoc ⁊ ĩmutabile in p̃pia ratione cõsi-
stit: vnam eandẽq3 rem vno eodẽq3 tẽpore contraria

non posse

non posse suscipere: vt substantia susceptibilis quidē cōtrarioꝝ ē. Hō nāqꝫ cum sub a sit: ⁊ egritudinē suscipit ⁊ salutē: sed nō eodē tempore: ⁊ albedinem ⁊ nigredinē capit: sed alio atqꝫ alio tempore: vt vo eodē tēpore contraria vtraqꝫ suscipiat. fieri nequit. q si magnū paruo aliquis contrariū ponat: eueniet qđ fieri impossibile: vt vna atqꝫ eadē res eodē tēpore vtrasqꝫ suscipiat cōtrarietates: ⁊ eadē ipsa sibi possint esse cōtraria. Ponamus ergo magnū paruo esse contrarium. sed vna atqꝫ eadez res vno eodēqꝫ tēpore pōt magna esse ⁊ parua vt si sit decē pedum mensura collata ad duoꝝ pedū magnitudinē magna ē: ad centuz vero cubitoꝝ magnitudinez mensuramqꝫ collata: eadem parua est. Potest ergo eadem res eodem tēpore ⁊ magnitudinis esse susceptibilis ⁊ paruitatis. Eadem enim res vno codemqꝫ tempore ad maiorez minoremqꝫ collata eadē magna vel parua est. Quod si magnū puo contrarium est eadem vero res eodez tempore ⁊ magnitudinē suscipit ⁊ paruitatem eodez tēpore contingit vt eadē res cōtraria vtraqꝫ suscipiat. sed hoc impossibile est. Quocirca quoniā res eadē eodē tempore contrariorum susceptibilis non est: potest vero vna atqꝫ eadem res magnitudinem paruitatēqꝫ suscipere: magnitudo ⁊ paruitas cōtraria non sunt. At si vero si quis magnum paruo cōtrarium ponat: eadem ratione vnā eandēqꝫ rem sibiipsi dicit eē contrariā. Nā si paruuz magno est cōtrarium: eadē vero res (vt docui) parua ⁊ magna potest eē ad aliud ⁊ ad aliud scilicet comparata. Res quoqꝫ que parua ⁊ magna est: eadē sibi potest esse contraria. paruum enim ⁊ magnum cōtrariū dictuz est. sed ē īpossibile. Quocirca paruum ⁊ magnū contraria nō sunt. Post huiusmodi vero rationem ⁊ argumentationis firmissime propositionē de contrarietate differit loci: de q̄ iam supra diximus quocirca pterennda est ne repetite expositiōis iteratio. fastidio sit potius q̄ doctrine.

¶ Non videtur quantitas suscipere magis ⁊ minꝰ vt dicubitum. neqꝫ enim est aliud alio magis bicubitum. neqꝫ in numero. vt ternarius quinarius. nihil enim magis tria dicentur q̄ quinqꝫ: nec tria potius q̄ tria. neqꝫ tempus aliud alio magis ⁊ minus dicitur. nec omnino i his que dicta sūt: magis ⁊ minus dī. quare ⁊ q̄titas nō suscipit magis ⁊ minꝰ

Aliud proprium rursus apposuit quod q̄zuis quantitatis ppriū nō sit: cur tn̄ non sit ipse reticuit: nobis tn̄ est demonstrandum. quod autē dicit tale est quātitas magis ⁊ minus non suscipit. nullus enim numerꝰ alio numero nec magis nec minus est numerus. Nam ternarius si quinario comparetur: nec magis nec minus est numerus. ⁊ rursus ipsi tres sibipsis cōparati: nec magis nec minus sunt tres. nec tempus quoqꝫ habet aliquid magis ⁊ minus: vt magis aliud tēpus sit alio tempore. longius quidem tempus tēpore esse potest: vt vero dicatur magis tempus alio tēpore vel minus fieri nequit hoc quoqꝫ etiā in substantia demonstratū est homo nāqꝫ alio homine non est magis homo nec minus. idem quoqꝫ euenit etiā in quātitate. Qđ ergo etiā in substantia est. proprium quantitatis hoc nō est habet hoc quoqꝫ quātitas vt in sequenti ordīe ipse mōstrauit. Quocirca qm̄ priꝰ hoc de substātia dixerat: nunc vero idē de quātitate pposuit. Jccirco non esse hoc propriū quātitatis cōmemorare neglexit. Cur enī esset alterius non suscipere magis ⁊ minus tunc dixit, cum de substantia disputaret. Ait, enim q substantie nunqꝫ magis minusue susciperent: quocirca ad maxie ppria solita cōtinuatiōe rōne regressus ē.

¶ Propriū aūt maxime quātitatis ē. quod ⁊ equale ⁊ inequale dicitur. Singulum enim earum que dicte sunt quantitatum equale dicitur ⁊ inequale: vt corpus equale ⁊ inequale dicitur ⁊ tempꝰ equale ⁊ inequale dicitur. ⁊ numerus equalis ⁊ inequalis dicitur. ⁊ oratio equalis ⁊ inequalis. Similiter autem ⁊ in aliis que dicta sunt singulum equale ⁊ inequale dicitur.

¶ Quantitatis proprium apertissime designat esse: q secundum quantitatem equalitas ⁊ inequalitas nuncupantur. Singule enim quantitates equales atqꝫ inequales dicuntur: vt equalis linea linee ⁊ rursus ineq̄lis ⁊ superficiei superficies equalis atqꝫ inequalis dī: ⁊ corpus equale ⁊ inequale dicitur. Numerus quoqꝫ ⁊ tempus ⁊ locus equalis atqꝫ inequalis dicitur.

¶ In ceteris vero que quantitates non sunt. non multum videbitur equale ⁊ inequale dici. nam affectio ⁊ dispositio equalis ⁊ inequalis non multuz dicitur. sed magis similis ⁊ dissimilis. ⁊ album ⁊ equale ⁊ inequale non multum dicitur: sed simile. quare quantitatis maxime est proprium equale ⁊ inequale dici.

¶ In aliis vo que quantitates non sunt: non est facile vt equalitas vel inequalitas nominetur: dispositiones ergo que affectiones appellantur: non dicuntur equales ⁊ inequales: sed magis similes ⁊ dissimiles. Dispositio autem vel affectio est ad aliquam rem accomodatio ⁊ applicatio: vt si quis grammaticaz legens: quia nondum perdidicit: habet ad eam aliquā dispositionem. i. ea affectus est: ⁊ habet aliquid accomodatū ⁊ quasi propinquum. Possunt autē similiter esse duo dispositi ⁊ affecti: equaliter vo minime: vt duo similiter esse albi: equaliter vo non. Nam si quis de duobus similiter albis equaliter esse albos dicat: recta nominis nuncupatione non vtitur. Omne enim equale ⁊ inequale in mensura ⁊ in quantitate perficitur. Simile vo ⁊ dissimile quemadmodum de quātitate nō dicit: ita nec de alia qualibet re nisi de quātitate recte equalitas ⁊ inequalitas nuncupant. Quare ppriū ē quantitatis equale ⁊ inequale nōiari: sed qm̄ de quātitate dictum est: ad relatiuorum ordinez transeamꝰ

¶ Post quātitatis tractatū tertiū predicamētū de relatiuis ingredit: quare relatiua hoc modo diffinit.

Ad aliquid vo talia dicuntur: quecunqꝫ hoc ipsum q sunt aliorum esse dicuntur vel quolibet aliter ad aliud vt maiꝰ id qđ est alterius dicitur aliquo enim maius dicitur. ⁊ duplum alterius dicitur hoc ipsum q est alicuius enim duplum dicitur. Similiter autez ⁊ alia quecunqꝫ sunt huiusmodi.

¶ Cur āt de his que sunt ad aliqđ differat omisso interim de qualitate tractatu: hec causa ē: q posita quātitate magis minusqꝫ esse necesse ē. Quare cū quātitatē cōtinuo ad aliquid consequat: recte post quātitatē relatiuoꝝ series ordinata est. Illud quoqꝫ est i causa: q superiꝰ cū de quātitate tractaret: relatiuoꝝ mētio facta ē cū de magno pruoqꝫ diceret: vt ergo cōtinuātes ⁊ si cēt opis īterrupta distinctio: iō q̄ztitate finita de relatiōe pposuit: qđ āt ait ad aliqđ vo talia dicit

hoc monstrat: ꝙ non sicut quātitas per se ⁊ singulariter itelligi pōt: eodē quoqȝ modo substātia vel q̄litas vel vnūquodqȝ alioꝝ predicamētoꝝ: sicut per se constat: ita etiā per se ⁊ singulariter itelligit̄: sic ⁊ ad aliquid per se ⁊ singulariter capi intellectu nō potest: vt dicamus esse ad aliqd ⁊ singulariter. Quicquid enī i natura relationis agnoscit̄: id cū alio necesse est cōsiderer̄: cuȝ enī dico dn̄s per seipsum nihil est si seruus desit. Quocirca cū vni⁹ relatiui nūcupatio mox secū etiā aliud trahat: ad aliquid vnuȝ esse per se nō pōt: atqȝ ideo non dixit Aristoteles. Ad aliqd v̄o tale dr̄: sed plurali numero talia dicuutur. inquit demonstrās relatiuoꝝ intelligentiā nō in simplicitate: sed in pluralitate cōsistere. nō esse aūt quādā per se relatiuoꝝ naturā sine coniunctione aliqua alterius subsistentē ipe aristotiles monstrat. Qui dicit ea esse relatiua: quecūqȝ hoc ipsum quod sunt alioꝝ dicunt̄. Docet. n. aliqua cōiunctione alterius relatiua formari. hoc ipȝ. n. qd̄ sunt aliorum dicunt̄. Quod enī est dominus hoc alteri⁹ dicit̄. i. serui. Siue aūt relatiua dicam⁹ siue ad aliqd nihil interest. Ad aliqd enī dicit̄ quod ipȝ qdeȝ cū per se nihil sit: relatū tn̄ ad aliud cōstat: vt dn̄s: si desit ad id qd̄ dr̄. i. seru⁹: nō est: dr̄ enī ad seruū. manifestuȝ ergo est si seru⁹ desit: dn̄m dici non posse. q̄re dn̄s ad aliquid dr̄. i. ad seruū. Relatiua quoqȝ dicunt̄ iccirco: ꝙ eoꝝ nūcupatio sp̄ ad aliqd referat̄: vt dn̄i ad seruū: quare nihil interest quolibet modo dicatur. Huiusmodi aūt diffinitio platonis esse credit̄: q̄ ab aristotile paulo posterius emēdat̄. ¶ Relatiuoꝝ autē alia eisdē casib⁹ referunt̄ alia diuersis: alia v̄o omni casu sunt carentia. Qd̄. s. mōstrans addidit. vel quolibet aliter ad aliud. qd̄ aūt ē ipsi⁹ pene text⁹ sermone mōstratur. Cuȝ enī dico dn̄s serui dn̄s ad gēitiuū casū reddidi nōiatiuū. ⁊ rursus ad eūdē si conuertero. Dico. enī seru⁹ dn̄i seru⁹: ⁊ hic quoqȝ nōiatiu⁹ ad genitiuū relat⁹ ē. Eodē quoqȝ modo hȝ sese pr̄ filij pr̄: ⁊ fili⁹: pr̄is fili⁹: ⁊ magister discipuli magister: ⁊ discipulus magistri discipulus. hec ergo id quod sunt: similiter alioꝝ dicunt̄. Nā qd̄ alioꝝ dicūtur: scd̄ȝ genitiuū reddit̄ casuȝ. alia v̄o nō hȝ eūdē casuȝ cōsequētiā reddūt. Sensus. n. ad aliqd est. sensibilis. n. rei sensus est qd̄ enī sentit̄ sentiri pōt. qd̄ sentiri pōt sensibile est. ⁊ nūc qdem sensus sensibilis rei sensus genitino accomodatus est. Hui⁹. n. rei sensibilis dictū est. at si conuertas: fiet. Sensibilis res sensu sensibilis est. Sȝ cuȝ casui septīo reddit̄ nōiatiu⁹ in hac relatiōe que dicit sensibile sensu sensibile ē. non eodē casu quo supi⁹ dictuȝ est conuertitur. Dicim⁹. n. sensus sensibilis rei sēsus est: ⁊ hic nōiatiu⁹ reddit̄ ad genitiuū. Hec. n. relatio ad septimū casuȝ se aptari non patit̄. Scientia quoqȝ scibilis rei sciētia ē: si qdē hoc scit̄ quod sciri potest: ⁊ quod sciri potest. scibile est. sed non eadē rōne nec ad eūdē casuȝ relatio ista conuertit̄. Dicim⁹ enī scibilis res sciētia scibilis est. Est. n. p̄ria relatio ad genitiuū. scd̄a cōuersio ad septimū. hec quoqȝ relatō hȝ eosdē cōuertit̄ casus: cū dicimus mai⁹ minore eē maius: ⁊ min⁹ maiore esse min⁹. Duplū quoqȝ ⁊ medietas relatiua sunt. sed ⁊ eisdē casib⁹ cōuertunt̄. Duplū nāqȝ dimidij duplū est. dimidiū vero dupli dimidiū est. Sunt autem alia relatiua que ipse sic addidit.

¶ At v̄o sunt etiā ⁊ hec ad aliqd. vt habitus. affectus. sciētia. sensus positio. hec enim oīa que dicta sunt. hoc ipsum ꝙ sūt alioꝝ esse dicūtur ⁊ nō aliud aliqd. habitus enim alicuius habitus dicitur. ⁊ disciplina alicuius disciplina. ⁊ positio alicuius positio. sed ⁊ alia quidem similiter.

¶ De sensu qdē ⁊ sciētia dictū ē superius. nunc v̄o de habitu dispōne: ⁊ positiōe dicēdū ē. Dispositio ē ad aliquam rē mobilis applicatio: vt si qsqȝ flāme ppinquus calcat: ille dispositus dicit̄ ad calorē. i. hūs aliqȝ applicationē cōiunctionēqȝ ad calorē. Idē v̄o ē affectio qd̄ dispō: ne nouo noīe error oriat̄. ⁊ iō dispōsitō cū sit quedā ad aliā rē cōiūctō: vel ab alia affectio: ita facile mobilis ē: celerius eteni pmutat̄. Habit⁹ aūt ē dispōnis vel affectiōis firma ⁊ nō facile pmutabilis recessio: vt si quisquā in sole ambulās fuscior fiat: dispositus ad nigredinē dicit̄ ⁊ nigredine affectus. Sin v̄o illa nigredo fortius ⁊ immutabiliter corpus īfecerit: habitus nominatur. quocirca habit⁹ est inueterata affectio. Vn̄ oīs habitus dispositio vel affectio est nō aūt oīs dispositio vel affectio hītus. Et ne multa dicenda sint hoc distat ī habitu ⁊ dispositiōe: ꝙ hīt⁹ īmutabilis passio ē: dispō v̄o nō sīr: sed affectio q̄dā est ad aliquā rē cōiūctio: q̄ pōt facile pmutari. Positio v̄o est alicui⁹ rei collocatio: vt est statio sessio inclinatio accubatio ⁊ alia hmōi. Nā ⁊ q stat quodāmō posit⁹ eē dr̄ ⁊ collocat⁹: ⁊ q sedet: ⁊ q accūbit: ⁊ q fm ceteras positiōes ē posit⁹ appellat̄. Quocirca ⁊ statio ⁊ sessio ⁊ accubatio positiōes erūt. Sȝ qm̄ qd cēnt dictū ē: nūc si sūt ad aliqd videam⁹. habitū relatiue dici ea res pbat: que alijs quoqȝ reb⁹ hoc documēto facit eē relatiua: vt ē in sensu atqȝ in sciētia. Jccirco. n. dictū ē sensū sensibilis rei eē sensū: ꝙ res sensibilis ē q̄ sentiri pōt. ē ergo habitus habilis rei habit⁹. Habilis. n. res ē que haberi pōt. illi⁹ eni rei habit⁹ ē que haberi potest. Quocirca erit habit⁹ habilis rei habitus: sed res quoqȝ habilis habitu erit habilis. ipso. n. habitu res que haberi pn̄t: habemus. Dispositio quoqȝ eodem modo. Dispositio namqȝ disposite rei dispositio est: ⁊ disposita res dispositione disposita est. Caloris enim dispositio calentis. i. ad calorē dispositi dispositio est. Eodem modo dispositus ad calorē caloris dispositione dispositus est: velut si hoc modo sit dictū oīs affectio affecti affectio est: ⁊ omne affectū affectione affectū ē. Et calor calentis fit calor: ⁊ calens calore fit calidum. Positio quoqȝ relatiua est. nam positio posite rei positio est. ⁊ posita res positione posita est. ⁊ hoc intelligi conuenit secundum priorē habit⁹ ⁊ dispositionis modum. Jlla quoqȝ res probat positionem esse ad aliquid: ꝙ eius species relatiue sunt. statio enim stantis rei statio est: ⁊ qui stat statione stat: ⁊ de sessione quidem ⁊ de accubitu idem dici potest. Quocirca ⁊ habitus ⁊ dispositio vel affectio: ⁊ positio relatiua sunt. ⁊ hec omnia vel similibus vel dissimilibus: conuenientibus tamē predicationis casibus conuertuntur. eorum autem que scd̄m casus conuertuntur. Alia sunt que eodem nomine predicant̄: alia vero que dispari. cū. n. dico simile simili simile ē: ⁊ equale equali equale est. ⁊ dissimile dissimili dissimule est. eisdē vocabulis eisdēqȝ nominibus tota fit predicatio Cū aūt dico duplū medij duplum: vel maius minore maius. disparib⁹ vocabulis facta ē p̄dicatio. qm̄ v̄o relatiuoꝝ diffinitionē ita pposuit: vt diceret. ad aliqd v̄o talia dicūt̄ q̄cūqȝ hoc ipm qd̄ sunt alioꝝ dicūt̄ vel quomodolibet aliter ad aliud quia hoc ipsum ꝙ sunt aliorum dicuntur: iam diximus: nunc quid sit: qd̄ ait. vel quomodolibet aliter ad aliud, requirendum ē quod ipse Aristoteles conuenientibus in ordine probat exemplis. ait enim.

¶ Ad

¶ Ad aliquid ergo sunt quecunq3 id quod sunt alio
rum esse dicuntur: vel quolibet aliter ad aliud: vt
mons magnus dicitur ad alium. Magnum enim
ad aliquid dicitur. ꝛ simile alicui simile dicitur. ꝛ
omnia talia similiter ad aliquid dicuntur. Sunt aūt
ꝛ accubitus ꝛ statio ꝛ sessio positiones quedam. po
sitio vero ad aliquid dicitur. Accumbere autem
vel stare vel sedere ipsa quidem non sunt positio-
nes. denominatiue vero dicuntur ex his que dicte
sunt positionibus.

¶ Qm̄ accubitus ꝛ statio ꝛ sessio positiones dicūtur: ꝛ
qm̄ oīs positio ad aliqd est: sufficienter supius cōpre
hensū ē. Nūc vō quid sit qđ ait: vel quolibet alr ad
aliud. expediemus: in relatiōe p quā dicimus: fili⁹ pa
tris filius: nulla cōiunctio mixta est: nisi tm̄ sola casuū
vis predicatiōis hui⁹ mēbra coniungit. cū. n. dico mō
tē magnū ad aliū referens paruū: ita ꝓpono: mons
magn⁹ ad montē puū ꝛ mons paruus ad magnū. hic
nulloꝝ casuū vis est q̄q̄ enim accusatiuus videt̄ ee
permixtus: tn̄ ille hui⁹ relationis vim non tenet: sꝫ ꝓ-
positio que ad accusatiuum datur: cuꝫ. n. dico: mons
magnus ad puū mōtē: ꝓpositio sola ē q̄ vim hui⁹ cō-
tinet relationis: vt si qs dicat: magn⁹ mons puū mon
tem: nihil significet definitū. Quocirca q̄uis accusa
tiuus casus in hac ꝓdicatiōe sit: non tn̄ hic vim casus
tenet: sed prepositio: atq3 hoc est qđ ait. vel quolibet
aliter ad aliud: vt qm̄ supius scđm casus relatiōes fie
ri dixerat: erant autem quedā relatiōes q̄ nullis casi
bus tenerent̄. Adiecit hoc. vel quolibet aliter ad aliđ
ac si diceret. Oīs relatio autem casibus fit quod per
hoc demonstrauit qđ ait. quecūq3 id qđ sunt aliorum
dicunt̄: aut ꝓter casus sunt: qđ hec sententia docet:
vel quolibet aliter ad aliud atq3 hec hacten⁹. Sꝫ cuꝫ
positio sit ad aliquid ꝛ sint spēs ei⁹ relatiue (sessio. n.
ꝛ statio relatiua sunt) sedere ꝛ stare nulla relatio est.
Stare namq3 ꝛ sedere de statione ꝛ sessione denoīa
tiue dicunt̄. Oīs aūt denominatio nō est id qđ est ea
res de qua nominatur: vt grāmaticus. nō enī idē est
quod grāmatica de q̄ noīat⁹ ē. Quo circa si sedere
de sessione ꝛ stare de statione denominatiuum ē: ses
sio: vero ꝛ statio relatiua sunt: sedere ꝛ stare que re-
latiua denominatiua sunt: relatiuorum genere nō te
nentur: ꝛ vniuersaliter quidem qcqđ ex quibuslibet
positionibus denominatur: illud non ad relatiuam sꝫ
ad predicationeꝫ que situs dicit̄ reduci potest.

¶ Inest autē ꝛ contrarietas in relatione. vt virtus vi
tio cōtrarium cum sit vtrumq3 ad aliquid. ꝛ scien-
tia inscientie. Non aūt omnibus relatiuis inest cō
trarietas. duplici enim nihil est contrarium. neq3
autem triplici. nec vlli talium.

¶ Quēadmodū in subā vel quātitate si coꝝ eēt ꝓpriū
cōtraria suscipe rimat⁹ est: ita quoq3 nūc in relatiuis
de cōtrarietate cōsiderat: vtꝝ relatiuoꝝ sit ꝓpriū cō
traria posse suscipere: ꝛ qm̄ virtus ꝛ vitia vtraq3 sūt
habitus: virtus enī est mētis affectio in bonā parteꝫ
difficile cōmutabilis. ꝛ vitiū affectio in malā parteꝫ
ipsa quoq3 difficile mobilis diuturnitate perdurans
qm̄ igit̄ ꝛ vitium ꝛ virtus habitus sunt: omnis auteꝫ
habitus ad aliqd esse monstratus est (habilis enī rei
habitus est) erūt ꝛ virtus atq3 vitiuꝫ relatiua. sꝫ hec
cōtraria sunt igitur relatiua contraria suscipere non
recusant. Sed dicat quis quid cause est: vt virtutem
atq3 vitium ipsumq3 habitum paulopost inter qua-
litates numeret: atqui vt alia significatione vna res
diuersis generibus supponatur: nihil prohibet. So-
crates nāq3 in eo q· est socrates substantia est in eo
vero q̄ pater vel filius ad aliqđ: ita ad aliud atq3 aliđ
ducta predicatione eandeꝫ rē sub diuerso genere po-
ni nihil prohibet. habitus quoq3 ꝛ virtus ꝛ vitiū eo-
dem modo. Potest enim in qualitate poni habitus
q̄ ex eo quales homines nuncupent̄. habentes enī di
cimus aliquos rei habitus retinētes. Virtus quoq3 q̄
litas est iccirco q̄ ex ea boni homines dicunt̄: ꝛ scđm
illam qualitatē. i. bonitatē quales homines. i. bonos
homines nuncupamus. similiter autem ꝛ vitiū. Ipse
quoq3 habitus ad aliam predicationē dictus fit iterū
relatiuus: q̄. n. habitus habilis rei habitus est ad ali
quid est. ꝛ quod alicuius virtus est: ad aliqđ virtus ē
ꝛ qđ alicui⁹ vitiū est: ad aliquid quoq3 ipsuꝫ est ergo
nihil impedit easdē res ad aliud atq3 aliud versas di-
uerse predicationis constitui. Ipsuꝫ vero ad aliquid
preter vllū aliud predicamentū intelligere non possu
mus: vt patrē ꝛ filiū: vel dn̄m ꝛ seruū scđm substan-
tiā consideramus. Nā ꝛ qui dn̄s ꝛ qui seruus est sub-
stātia est. Duplū ꝛ triplū scđm quātitatē: hec. n. i q̄-
titate consistūt. scientia vō ꝛ inscientia scđm qualita
tē. Scđm enī has quales dicuntur scientes. s. atq3 iscij
quocirca qm̄ ꝓter aliud predicamētū per se relatiua
nullus intelliget: scđm ea predicamēta de quibus in-
telligit̄ relatio: scđm ea dicitur cōtraria posse suscipe
re: vt socrates ipse quidē substantia est: sed substātia
cōtrariū non recipit. Pater vero atq3 fili⁹ scđm sub-
stantiā predicat̄. nō ē. n. pater atq3 filius nisi i substā
tia sit. Quocirca quoniā scđm substantiā dicitur con
trarietate caret. Rursus duplū vel dimidiū scđꝫ quā
titatem dicitur: quantitas vero contraria nō habere
monstrata est. igitur nec duplū atq3 dimidiū contra
rijs pugnat: qualitas vero recipit contrarietatem bo
nū enī vel malū scđm qualitatē opponit̄. bonū igit̄
ꝛ malū cōtrarijs non carēt. Igit̄ scđm que predica-
mēta relatiua dicunt̄: si illa suscipiunt contraria: ꝛ re
latio suscipit. Sin vō illa prius repudiāt cōtrarietatē
nec illud ad aliqđ q̄ secūdū ea dicit̄: vlla vieq3 cōtra
rietate diuiditur. Quare habere cōtraria relationis
ꝓpriū nō ē. nā neq3 i sola relatiōe ē (hꝫ enī hoc quo-
q3 q̄litas) nec in oib⁹ ad aliqđ cōsiderari pōt. Que. n.
scđm talia ꝓdicamēta dicūt̄ ad aliqđ que nō recipiūt
cōtrarietatē: vt scđm substātiā pater ꝛ filius: vel scđm
quātitatē duplū ꝛ mediū in talib⁹ relatiuis cōtraria
nullo mō repiūt̄. Qđ vō neq3 soli neq3 oib⁹ iest: hoc
ꝓpriū nō ē nō ē igit̄ ꝓpriū relatiōis habere cōtraria

¶ Videtur aūt magis ꝛ minus relatiua suscipere si
mile enim ꝛ dissimile magis ꝛ minus dicitur. ꝛ eq̄
le ꝛ inequale magis ꝛ minus dicitur. cum vtrūq3
sit relatiuum. simile enim alicui simile dicitur ꝛ in
equale alicui inequale. non autem omnia relatiua
suscipiunt magis ꝛ minus. duplex enim non dicit̄
magis ꝛ minus duplex. nec aliquid talium.

¶ Queritur nunc an relationis sit proprium suscipere
magis ꝛ minus. sed in hoc illa ratio seruatur quemadđ
modum in contrarijs dictum est. Quoniam quecun-
q3 secundum ea dicuntur: que contraria non recipiūt
ipsa quoq3 contrarijs carent. In hoc vero cum scđm
qualitatē dicat̄ equale ꝛ inequale. suscipit ꝛ magis ꝛ
minus. Dicitur enim magis equale ꝛ minus equale.
Eodem modo ꝛ simile magis simile ꝛ mīn⁹ sile dicit̄

Sed si forte quis dicat cur cum quantitatis sit dici equale ⁊ inequale: ⁊ quantitas magis atque minus non suscipiat equale ⁊ inequale ⁊ intensione crescat ⁊ remissione minuatur. Dicendum est quoniam quemadmodum substantia ipsa pse in eo q̄ substantia est nō ē proprium: ipsi tamen proprium est contraria posse suscipere: ita ⁊ in quantitate consideratur. proprium enim est non hoc ipsum cuius est proprium sed quedā alia extrinsecus qualitas passioqz. Passio enim quantitatis est: ⁊ quedam qualitas equale ⁊ inequale dici q̄ quoniam non est idem proprium quod est illud cuius est proprium: ⁊ equale vel inequale dici non est quantitas: cum est proprium: sed quedam qualitas ⁊ passio quantitatis. Hoc autem dicitur ad aliquid. ipsum enim quod est alterius dicitur. equale enim equali equale dicimus: ⁊ similiter simile simili simile. sed non capiunt omnia relatiua magis ⁊ minus. Nullus enim potest dicere magis ⁊ minus duplum esse aliquid nā siue denarius ad quinarium comparetur: siue quaternarius ad binarium eque vterqz duplus est: eq vterqz medietas. Qualitas quoqz recipit magis ⁊ minus dicimus enim magis album ⁊ minus album: quare quoniam neqz omni relationi neqz soli inest suscipere magis ⁊ minus. Et per relationem qualitas suscipit ⁊ magis ⁊ minus: relationis proprium non est suscipere magis ⁊ minus.

Omnia autem relatiua ad conuertentia dicunt: vt seruus domini seruus dicitur: ⁊ dominus serui dominus ⁊ duplum dimidij duplum. ⁊ dimidium dupli dimidium. ⁊ maius minore maius. ⁊ minus maiore minus similiter autem ⁊ in alijs. Sed casu aliquotiens differunt secundum locutionem: vt scientia scibilis rei scientia dicitur. ⁊ scibile scientia scibile. ⁊ sensus sensati sensus. ⁊ sensatum sensu sensatum.

Clara hec est proponentis ⁊ non inuoluta sententia. Dicit enim omnia relatiua ad conuertētia dici: quod ipse proprijs patefecit exemplis. Omne enim ad aliquid ita ad aliud predicatur: vt illud ad quod predicatur videatur posse conuerti. ⁊ hoc est quod ait. Oīa relatiua ad conuertentia dicuntur. Conuerti autem ē. [?] vt si prima res dicitur ad secundam: secunda rursus dicatur ad primam. Ponatur enim primus pater secundus filius: ⁊ dicatur hoc modo pater filij pater est id rursus conuerti potest: vt prius ponamus filium: ⁊ talis sit predicatio. filius patris filius. Ergo pater ad tale dicitur: idest ad filium qui conuertitur: ⁊ filius q dicitur ad patrem: ad talem rez dicitur: que ipsa quoqz conuertitur: vt de filio predicetur. Omniaqz relatiua hoc modo sunt. omne enim relatiuum ad tale aliquid predicatur q̄ ipsum in predicatione cōuerti possit. sed nec omnia dicuntur secundum eandem vocis prolationem. Alia enim sunt que eisdem casibus conuertuntur: vt dictum est. pater enim filij pater est. ⁊ filius patris filius est. Alia vero que non eisdē: vt sciētia scibilis rei scientia est Hic genitiuus est medius. scibile autem scientia scibile est hic septimus predicationem tenet alia vero nullo (vt supra dictum est) casu commuta sibimet conuertuntur: vt mons magnus ad paruum dicitur ⁊ paruus ad magnum. Ergo omnia relatiua ad conuertentia dicunt quamuis non eisdem casibus conuertūtur: quod ipse ait dicens. Sed casu aliquotiens differunt secundum locutionē: qd̄ vo addidit nimis diligenter adiectum ē.

At vero non aliquotiens videbitur conuerti: nisi conuenienter ad quod dicitur assignetur. Sz peccet is qui assignat: vt ala si assignetur auis non conuertuur auis ale. neqz enim prius conuenienter assignatum est ala auis. neqz enim in eo q̄ auis est in eo auis ala dicitur. sed in eo q̄ alata est. Multorū enim ⁊ aliorum ale sunt que non sunt aues. quare si assignet conuenienter. conuertitur. vt ala alati ala. ⁊ alatum ala alatum. Aliquotiens autez forte ⁊ nomina fingere necesse erit. si non fuerit positum nomen. ⁊ ad quod conuenienter assignetur. vt remus si nauis assignetur. non erit conueniens assignatio. neqz enim in eo q̄ est nauis in eo eius remus dicit Sunt enim naues quarum remi non sunt. quare non conuertitur. nauis enim non dicitur remi nauis. sed forte cōuenientior assignatio erit. si sic quodammodo assignetur. remus remite rei rem'. aut aliquo modo aliter. nomen enim non est positum. conuertitur autem si conuenienter assignetur. remitum enim remo remitum est. Similiter autem ⁊ in alijs vt caput conuenientius assignatur capitati q̄ si animalis assignetur. neqz enim in eo q̄ animal est caput habet. multa enim sunt animalia capita non habentia.

Supra iam de relatiuorū cōuersiōe ꝓposuit: dixitqz quicquid est ad aliquid: vel eisdē casibus vel dissimilibus: tamen ad conuertētia dici. hoc vero iccirco euenit q̄ oē ad aliquid esse suum ex alterius habitudine ⁊ cōparatiōe trahit. q̄ si vtraqz scdm aliquid sint opposita: ad aliquid nuncupantur equā viz vocabuli nūcupationēqz sortita. nam ⁊ si pater ⁊ filius vtriqz ad aliqd sunt si pater ad filium predicatur qm̄ ad aliqd ē Filius quoqz qui ad aliquid est: ad quoddā aliud predicabit: sed nullus est filius nisi patris: Ergo hec vocabula ex alterutra nuncupatione principium sumit. Quocirca que sibi inuicē substantiam donant: recte ad se inuicē p̄dicantur: ⁊ hoc quidē in omnibus relatiuis cōstat itelligi. sed huiusmodi cōuersio non vno modo nec quolibet fieri pōt: nisi enī cōuenienter quelibet illa res ad id quod dicitur predicetur: huiusmodi conuersio nulla ratiōe conuertitur. Cum enim dicat caput aīalis caput dici nō pōt: animal capitis animal Ergo ita redditū nulla ratiōe conuertitur. Atqz hoc est quod ait: non videri in omnibus relatiuis posse cōuerti: nisi conuenienter ad qd̄ dicitur assignetur. Si enim peccet is qui assignat: vt non conuenientem predicatiōez faciat: conuersio non procedit que tamen ē ipsa cōueniētia qua possint semper relatiua cōuerti: huiusmodi ē. Cū .n. dico alā auis eē alā: nō conuertit vt auis ale sit auis: iccirco q̄ nō ē cōuenienter facta predicatio: non enim ī eo q̄ auis est ī eo habet alaz. multa enī sūt que hn̄t alā: aues tn̄ nullo mō nominantur: vt apes sūt ⁊ vespertilie: ⁊ qcqd est aliud tale habere quidē dicim' alas: eas tn̄ aues non dicimus quare nō in eo q̄ auis est in eo est eius ala: sed ī eo q̄ alata est. iccirco enim alam habet quoniā alata est. ⁊ quicquid fuerit alatū alas habebit. quare ita facta p̄dicatio illā cōuersionē retiet atqz custodit. ala .n. alati ala ē: ⁊ alatū ala alatū ē. Eodez quoqz modo de capite: si quis dicat caput animalis est caput: non conueniēter vim predicatiōis aptabit. nō enim in eo q̄ animal ē in eo

in eo habet caput. multa enī sunt animalia que capite
carent: vt ostrea: vel conchium: vel conchilia: & cete
ra huiusmodi. Igitur dicendum est caput capitate
rei esse caput: & capitatā rem capite esse capitatam.
Vides ne quemadmodum conueniens predicatio al-
ternam in se vocabuli conuersionem reuersionemqȝ
reddiderit. Ita quoqȝ speculandum est & de alio exē-
plo qđ ipse ꝓposuit. rem⁹ enī si nauis rem⁹ dicat̄: nul
lo mō cōuertit̄: vt nauis remi nauis eē nomicet̄. Sūt
enī quedā naues q̄ remis penitus nō vtunt̄: vt litte
guas solo subeunt conto: & icerco nō cōuertit̄. Dicen
dū est igit̄ remū & remite rei esse remum: & remitā
rem remo esse remitam. Necesse quoqȝ erit nomē fin
gere si positū nō sit: nā quēadmodū filius patris fili-
us: & pater filij pater: reciproca cōuersione ꝑdicant̄: &
vtrūqȝ nomen in vsu est. Sic si defuerit nomen: ipse
tibi ad aliqd debebis affingere: vt in eo qꝛ est ala ala
ti ala. alatum enim nouiter factum est & nunqȝ ante
dictum: quo autem modo possim⁹ noīa ipsa cōfinge-
re: qm̄ necessariō esse posuimus artem quoqȝ cōponē
di sequēti ordine demonstrem⁹. Sȝ hoc faciendū est
si pri⁹ illud purgauero: qđ quidā cōtra aristotelē cul-
pādi studio ponūt. Aiūt enī nō eē soli⁹ relationis ad
conuertentia dici. Si quis enim sic dicat: cum sol sup
terrā est dies est: & cū dies est: super terrā sol est. re-
cipiunt hec quoqȝ cōuersionē: que cōfesse a relatiuo-
rū definitione segregata sunt. Nō igitur in solis rela
tiuis inquiunt cadit ista cōuersio: sed iamblic⁹ duas
huius rei ꝓtulit solutiones: vnam peruacuam: aliam
vero perfortem. ait enim nihil officere ad aristotelis
sententiam: si & alia conuertantur. non enim inqt ari
stoteles solis hoc relatiuis esse sed omnibus. namqȝ
hoc relatiuis inest: nec vlla ratiōe negari potest. quo
circa quoniam non dicit aristoteles solis hoc inē re
latiuis. Illorum questio huius ꝑclari philosophi sen
tentiam non moratur. sed hoc potius accidentis est
qȝ nature & ad aliud quodāmodo refugiō cōcurrētis
potius qȝ ex ipsa aristotelis auctoritate dictorū eius
aliqđ propugnaculum comparantis. Aliam vero attu
lit causam prorsus grauem. ait enim propriū esse hoc
relatiuorum non secūdū suam nuncupationem sed secū
dū aliquam habitudinē eodem modo conuerti. q. n.
dicit cū sol est super terrā: dies est: & cū dies est: sol ē
super terram nullam habitudinem monstrat: sed tan
tummodo consequentiam ostendit. Consequitur enī
super terram solem esse cum dies est: & cum sol super
terram cursus agat diem esse: cum vero aliquis dicit
filius patris filius: & pater filij pater habitudinem &
comparationem & quodammodo continentiam vtrū
qȝ declarat. Atqȝ hoc quoqȝ in alia quauis relatio-
ne spectare licet. Quocirca quoniam omnia ad aliqd
secundum quandam ad se inuicem habitudinem con
tinentiamqȝ dicuntur secundum continentiam quoqȝ
& habitudinem eorum conuersio facienda est. qua in
re nos quoqȝ grauiter dicentis iamblici auctoritati
concedimus. Nunc vero que sit ars fingendi nomina
sicubi desint dicendum videtur: quam ipse Aristote-
les his verbis tradit.

¶ Sic autem facilius fortasse sumetur: quibus no-
men non est positum. si ab his que prima sunt: & ab
his ad que conuertuntur. nomina ponātur. vt i his
que dicta sunt ab ala alatū a remo remitū. Omīa er-
go que ad aliquid dicuntur. si conueniēter assignē
tur. ad conuertentia dicuntur.

¶ Quoniam sunt que ita dicūtur ad aliquid: vt nisi cō
uenienter aptentur: conuersio nulla sit: in omnib⁹ āt
ad aliquid conuersionē expectari necesse est: que sit
hec conuenientia: & quemadmodum assignari relatio
nes oporteat: ipse demonstrat. Si quid enim dicitur
ad aliquid qꝛ conuerti non possit: ab ipso quod dicit̄ si
denominatio fit mox conuertitur: vt ala dicitur auis
& recta quidem est hec predicatio: sed ad naturā rela
tionis incongrua. Nunc igitur quoniam dici non po-
test auis ale dicitur autem ala auis: ab ipsa predica
tione: que ad aliud predicatur: si denominatio fit: mox
redit confecta reuersio relatiuis. Nam cum dicitur
ala auis: vt dicatur auis ale: inconueniēs est si vō vī
ex ala fiat denominatio: vt dicatur ala alati: sic cōuer
sio manet. Alatum enim ala alatum esse dicim⁹: sicut
alam alati esse alam. & hoc idem in remo euenit. Nā
quoniam remus nauis nō dicitur & remi nauis vt sit
nulla ratione conuertitur. si ex remo sit denominatio
statim reddit ex more conuersio. Dicimus enim esse
remum remite rei remum. & hoc illi conuertitur. Re
mita enim res remo remita est. Ergo ex eo qꝛ prius
dicitur nomen fingendum est. sicut ex eo qꝛ est ala:
quoniam id prius ad auem dicitur: que auis ad alam
non conuertitur: denominatio facta est: vt diceretur
alatum. Atqȝ hoc est quod ait. si ab his que prima sūt
& ab his ad que conuertūtur nomina ponantur. prīa
namqȝ predicatio est ab ala. Dicimus enim alaȝ auis
& hoc querimus vt ad alam predicatio conuertatur:
ergo ab eo quod prius dicitur: & ab eo ad quod con-
uertitur nomen fingendum est: vt ab ea que prius di
citur ala: atqȝ ab eadem ala ad quā conuertitur: si cō
uenienter aptatur fingendum est nomen alatum: qđ
ipsum ex ala denominatum est atqȝ hoc idem & in ce-
teris relatiuis licet intelligi.

¶ Nam si ad quolibet aliud assignentur. & non ad
illud ad quod dicitur non conuertuntur. Dico āt
quoniam neqȝ horum que indubitanter conuerti-
bilia dicuntur. & nomina eis posita sunt. nihil con-
uertitur. si ad aliquid eorum que sunt accidētia as-
signentur. & non ad ea ad que dicuntur. vt seruus
si domini non assignetur seruus. sed hominis vel
bipedis aut alicuius talium non conuertitur. non
enim erat conueniens assignatio.

¶ Aliud quoqȝ argumentum dedit: si relationes conue
nienter non reddantur: non posse conuerti. Fortasse
enim dicat quis alam & caput non esse ad aliquid. qꝛ
si quis hoc quoqȝ concedat: illud tamen nullus nega-
re poterit: quin seruus aut filius semp ad aliud predi
centur. Ergo in hac quoqȝ re: que confesse relatiua ē
non erit relationis propria conuersio: si non conueniē
ter: & ad aliud ad quod proprie dicitur assignetur. nā
cum sit ad aliquid seruus nisi dn̄i reddat̄. i. ad id ad
quod conuenienter dicitur: hac ratione nulla conuer
sio est. Dicatur ergo seruus hominis: vel seruus bipe
dis nō cōuertitur: vt dicat quis bipedē esse serui: aut
hominem esse serui. Eodem quoqȝ modo de filio. er-
go extrinsecus quecunqȝ sunt: si ad ea id quod est ad
aliquid ꝑdicet̄ nulla cōuersio est. Qđ aūt aut acciden
tia: nō qꝛ hō sit accidens: aut bipes: differētia hoīs ac
cidenter insit. sed interdū cōsuetudinis aristotelice ē:
q̄ secūdo loco & extrinsecus predicēt̄: dicere sed accn̄s
predicari. Seruus aūt pri⁹ ad dn̄m ē: secūdo vō loco
ad hoīeȝ. Iccirco enī qꝛ dn̄s homo est: ideo seru⁹ ad

hominẽ dicit᷑. Et iccirco ꝙ dominus bipes est: ideo seruus bipedis dicitur. Ergo secundũ accidens dixit secundo loco: volens ostendere extraneam ⁊ non conuenientem fieri predicationem: si quis ad hominem vel bipedem seruum ⁊ non ad dominũ referat. Manifestum est igitur quoniam in his quoqꝫ que confesse sunt ad aliquid: ⁊ in quibus nomina sunt (Nomen enim ⁊ serui ⁊ domini in vsu est: non quemadmoduꝫ in remo aut in ala: vbi neqꝫ alatũ neqꝫ remitũ nomẽ fuit nisi ipse fingeret aristoteles) Cum ergo hec ita sint manifestum est qm̃ si non conuenienter aptarentur: conuersionem predicatio non teneret.

Amplius si conuenienter assignetur ad id ad qꝺ dicitur: oĩbꝰ aliis circũscriptis quecũqꝫ accidentia sunt: relicto solo illo ad quod assignatum est: semꝑ ad ipm̃ dicet᷑: vt si seruus dicatur ad dñm: circumscriptis alijs oĩbꝰ que sunt accidentia dño vt esse bipedẽ: vel sciẽtie susceptibilẽ. vel hoĩeꝫ. relicto vo solo dño semper seruus dicet᷑ ad ipm̃. seruus enĩꝫ dñi seruus dicit᷑: Si aũt nõ cõueniẽter reddat᷑ ad id qꝺ dicit᷑: circũscriptis oĩbꝰ alijs: relicto illo solo ad qꝺ redditum est non dicitur ad illud assignet᷑ enim seruus hominis ⁊ ala auis. circũscribatur ab homine esse dominum non iam seruus ad hominem dr̃. cũ. n. dñs nõ sit seruus non est. Silr̃ auteꝫ ⁊ de aue adimat᷑ ab ea alatã esse. ⁊ amplius nõ erit ala ad aliquid. cũ enĩ non sit alatum. nec ala erit alicuius. Quare oportet assignari ad id ad quod conuenienter dicitur. ⁊ si sit nomen positũ. facilis erit assignatio. Si aũt non sit. fortasse erit necessariuꝫ fingere nomen. si autem sic reddantur. manifestũ est quoniã oĩa relatiua conuersim dicuntur.

Aliud quoqꝫ validũ addidit argumentum in oĩ secũdũ ad aliqd ꝑdicatione solam esse assignationis conuenientiam requirendaꝫ. quo enĩ ꝑmanente cunctis alijs pereuntibꝰ relatiuoꝝ predicatio constat: ⁊ quo pereũte cũctis alijs permanẽtibus ad aliquid ꝑdicatio non manet. Illud est: ad qꝺ cõuenienter nominis relatio referat᷑. Qui. n. dominꝰ est: idem ⁊ hõ est idẽ qꝫ bipes: idem quoqꝫ scientie perceptibilis. ad qꝺlibꝫ igitur hoꝝ seruus non predicabit᷑: si dñs non sit: ꝙ si dñs sit quodlibet hoꝝ pereat: nihil impedit ꝑdicationem. Predicetur enim seruus ad dñm: ⁊ ab eo cetera perimãtur. Pereant enim ab eo quod ẽ homo ac bipes ꝙ scientie perceptibilis: his omnibꝰ pereuntibus dñs solus permaneat. Ceteris igitur pereuntibꝰ seruus tantum nihilominus dicitur ad dominum. ad hominem vero non dicitur: pereunt enim domini nomine. serui ad hominem nulla predicatio est. ꝙ si ad dominum seruus non referatur: pereatqꝫ domini nomen: omnibus alijs manentibus non erit predicatio. Auferatur enim dominus ⁊ maneat homo ⁊ bipes ⁊ scientie perceptibilis: non potest dici seruus hominis vel seruus bipedis. Domino enim non manente seruus interijt. quare manente domino ad quod seruus conuenienter aptatur: cunctis alijs pereuntibus predicatio manet: sublato vero domino: ad quem est cõueniens predicatio: cunctis alijs manentibus predicatio non est. Eodem modo etiam de ala: nisi enim ad alatum referatur: cunctis alijs manentibus integra predicatio non est. Adeo non solum non conuertitur: sed nec predicatio vlla erit nisi relatio ei ad quod conuenienter dicitur assignetur. Simul etiam hec quoqꝫ ars est ⁊ via noscendi. cum in natura multa sint. ad quod potissimum relatio predicetur. Nam cum in domino sit ⁊ homo ⁊ animal ⁊ discipline perceptibile ⁊ bipes: in seruo quoqꝫ idem: ad quod hominis aut domini nomen aut serui referre possimus: sic ostendit. Qua enim re manente sublatis ceteris predicatio valet: ⁊ qua re sublata ceteris manentibus intercipitur predicatio: ad illud relatio rectissime predicatur. His igitur positis totius argumenti vim sententiamqꝫ cõcludit. ait enim. Omnia quecunqꝫ ad aliquid sunt cꝫ predicatione conuerti. hec autem huiusmodi ẽ. Quecũqꝫ enim ad sese inuicem equaliter predicãtur: ⁊ cõuersione facta retorquentur: illa equali natura ⁊ dimẽsione fundata sunt: vt sunt propria ⁊ species. Relatiua quoqꝫ vt conuertantur: equalia esse oportet. naꝫ si vna res amplior: alia fuerit minor: conuersionẽ nõ habent nam in eo ꝙ est ala auis: minus est auis ala multa enim sunt que alas habent ⁊ aues non sunt. atqꝫ ideo conuersio non fit. Et in eo ꝙ est remus nauis maior est nauis remo. multe enim naues sunt quarũ remi non sunt. Quare in his nulla potest esse conuersio. si vero sunt equalia vt filius atqꝫ pater conuersio non fugit. Nunqꝫ enĩ ẽ filius nisi patris: ⁊ rursus nũqꝫ pater est nisi filij. Quocirca equalia esse oportet: q̃cũqꝫ ad aliquid predicant᷑. Bonum vero si nomen sit positum: positis nominibus vti oportet. Si vero nomen positum non sit: ex his que in prima predicatione sunt (vt superius dictum est) nomen oportet effingere. Quod si ita reddant᷑ vt omne ad aliquid conuenienter ad quod dicitur predicetur: ⁊ equalis erit predicatio: ⁊ mox conuersionis reciproca natura subseq̃tur. Constat igitur omnia relatiua ad conuertẽtiã dici. His aliud proprium iungit.

Uidentur autem ad aliquid simul esse natura. ⁊ in pluribus quidem verũ est. simul enĩ du plũ ẽ. ⁊ dimidiũ. ⁊ cũ sit dimidiũ duplũ ẽ. ⁊ cũ sit seruus. dominꝰ ẽ. similiter aũt his ⁊ alia simul etiã auferunt sese inuicem. Si enim non sit dupluꝫ non est dimidium ⁊ si non ẽ dimidium non est duplũ. silr̃ aũt ⁊ in alijs quecũqꝫ talia sunt.

Illa esse simul dicuntur quecunqꝫ talia sunt. vt vnoq̃ posito quolibet aliud necessario subsequat᷑: ⁊ vnoquolibet perempto aliud modis omnibꝰ interimatur: vt pater ⁊ filius. Nam cum pater est: filium quoqꝫ eẽ necesse est: cum sit filius: pater est. Rursus si pereat filius: patrem quoqꝫ perire manifestum est: non ꝙ pereat ipsa substantia: vt pereunte hectore priamus pereat: sed perit ipsa relatio. Ergo quoniam vel interẽpto patris nomine: filij nomen perit sublato quoqꝫ filij nomine nomen patris perit. Posito etiam patre in substantiaqꝫ constituto filij quoqꝫ nomen infertur ⁊ posito filij nomine sequitur patris ⁊ a patris nomine nunqꝫ separatur: iccirco pater ⁊ filius simul esse dicunt᷑. Ergo simul ea sunt que se inuicem vel interimũt vel inferunt. ⁊ de his quidem ipse posterius tractat Nunc autem hoc quoqꝫ inesse relatiuis exposuit dicẽs relatiuis quoqꝫ esse vt simul sint: nam cum dupluꝫ sit dimidium est: ⁊ cum dimidium duplum. huius auteꝫ argumentum est: ꝙ interempto duplo dimidium perit. Rursus quoqꝫ duplo constituto dimidium constituitur. Igitur quoniam duplum atqꝫ dimidium relatiua sunt: ⁊ hec simul sũt natura: idest ipsa eẽntia: ⁊ hoc manifestũ ẽ quoqꝫ relatiuis accidere. vt simul natura


tura esse videantur. Idem quoqz est in eo q̄ est seruus ꝛ dominus. Nam quoniam alterutris interemptis vterqz deperit: alterutro constituto vterqz subsistit. Constat seruum atqz dominū cum sint ad aliquid simul esse natura. Sed hec ita sunt: vt sint quidem in relatiuis: sed omnibus his que sunt ad aliquid: non equentur. Sunt enim quedam relatiua quorum vnū prius natura sit: quod ipse rursus adiecit.

¶ Non autem in omnibus relatiuis verum videtur esse simul esse natura. Scibile eni scientia pri⁹ naturaliter esse videtur. Namqz in pluribus reb⁹ subsistentibus scientias accipimus. In paucis vero vel nullis hoc quis reperiet simul cū scibili scientiam esse factam.

¶ Proposuit nō in omnibus relatiuis esse hoc vt videantur simul esse natura. hoc aūt probat ex his: q̄ qm̄ scientia ad aliquid est. Scibilis enim rei scientia dicitur. Non poterit esse scientia: nisi sit res aliqua q̄ sciri possit. Hanc autem primā esse necesse est: vt in mathesеos disciplina. Scimus enim triangulum tres interiores angulos duobus rectis angulis equos habere. Unde necesse est prius fuisse quod sciri posset: postea vero ad hanc rem aptam fuisse noticiā: atqz hoc est quod ait. Namqz in plurib⁹ subsistentibus rebus scientias accipimus. Prius enim rebus constitutis ꝛ quasi prepositis scientie ratio sequitur. Quare non ē in omnibus relatiuis simul esse natura. Nam cū scientia ꝛ scibile relatiua sunt: antiquius est scibile q̄ʒ scientia. Qđ vō interposuit: in paucis enim vel nullis. hoc quis ꝓspiciet simul cū scibili scientiam factam tale ē. Quasdā nāqz res anim⁹ sibiipse cōfingit: vt chimerā vel cētaurū: vel alia huiusmodi: que tūc sciūtur: cū ea sibi anim⁹ finxerit. Tunc aūt esse incipiūt qm̄ pri⁹ in opinione versant̄. Tunc igit̄ sciunt̄: cū in opiniōe cōuersata sint: ꝛ hec simul hn̄t. eē ꝛ sciri. Nā qm̄ in opinione nascunt̄: mox esse incipiunt: sed cū in rōne sunt tunc eoꝝ scientia capitur. Igit̄ mox vt fuerint: mox sciunt̄ ꝛ ē eoꝝ sciētia cū eorūdē essentia cōiūcta. Nā qʒ anteqʒ chimera fingeretur: sicut ipsa in nulla opinione fuerat: ita quoqz scientia ei⁹ non erat. Postqʒ vero in ipsa imaginatione constituta est: eius quoqz cū ipsa imaginatione scientia consecuta est. atqz ideo ait: in paucis hoc posse perspici: vt simul cū scientia scibile sit: vt in hac eadē chimera: que cum sit scibilis cum scientia nata est. Sed qm̄ nihil qđ in substantia nō ꝑmanet: neqz in veritate cōsistit: sciri pōt (sciētia eni est rerū que sunt cōprehensio veritatis) ꝛ quicqđ sibi animus fingit: vel imaginatione reperit: cum in substātia atqz veritate constitutū non sit: illud posse sciri non dicitur: atqz ideo non est eoꝝ scientia vlla: q̄ sola imaginatione subsistunt. icirco itaqz dubitans dixit: in paucis enim vel nullis. Hec enim ipsa pauca ita quisqz reperiet: vt si ad verā rōnē examinationēqʒ contenderit: nulla eē perpendat. Qđ si quisqʒ chimere aliquā esse sciētiā dicat: que non est: q̄ʒqʒ hoc falsū sit: tamē hoc quoqz cōcesso pauca erunt: in quib⁹ scientia cū scibili simul natura sit. Multis enim reb⁹ antepositis ꝛ constitutis scientia nascit̄. Quocirca nō in oib⁹ relatiuis veꝝ est: vt simul esse dicantur natura: ꝛ sicut falsum illud ē in nullis hoc eē relatiuis: ita falsū ē rursus ī oib⁹. Sʒ hūc tractatū lōgi⁹ texit.

¶ Amplius scibile sublatū simul aufert scientiam scientia vero simul nō aufert scibile. Nā si scibile non sit. nō ē. sciētia. sciētia vō si nō sit. nihil prohibet esse scibile. vt circuli quadratura si est scibilis. sciētia quidē cuius nōdū est. illud vero scibile est

¶ Diximus illa esse simul: quecūqz alterutro constituto: vel alterutro interempto simul vtraqz constituerētur: vel etiam perimerent̄. Cōstituto enim vt sit pater: cōstituet̄ esse filius: ꝛ pater simul infert substantiā filij. Eodē quoqz modo fili⁹ simul infert vocabulū patris. nō est. n. filius nisi patris. Eodē quoqz modo altero interempto vtrūqz perire necesse ē. alterū aūt altero prius plurib⁹ dicit̄ modis: sed qđ nūc querim⁹ tale est. Nā priora illa esse dicūt̄: que ipsa quidem perēpta res alias tollūt: ipsa vero illata atqz constituta simul res alias non inferunt: vt ē vnus atqz duo. Interēpto eni vno duo quoqz pereūt. Unde. n. est vni⁹ ī duobus geminatio: si vnus intereat. Constituto vō atqz posito vt sit vnus: nondū duo sunt. Nōdū ē. n. facta vnius geminatio. ergo dicūtur illa priora eē: que cūqz alia simul quidē illata non inferūt: sed perimūt interempta. Scibile ergo ꝛ scientiā non eē simul illa res probat: q̄ si quis rē scibilē tollat: sciētiā quoqz sustulerit. Nulla pōt. n. sciētia ꝑmanere si res que sciri possit intereat. Ac si scibile eē cōstituas: non oīno sciētia cōsequit̄: Infantibus eni ea nobis que nunc nouimus erāt: ꝛ in sue nature substātia ꝑmāebāt: sed coꝝ apud nos sciētia nō erat. Multe quoqz sūt artes: q̄s eē quidē ī sue nature ratione ꝓspicimus: quaꝝ neglect⁹ sciētiā sustulit. Multāqz ego ipse ꝛ iam metuo ne hoc verissime de oīb⁹ studijs liberalibus dicatur. Quocirca si ꝛ scientiā sublatū scibile perimit: ꝛ illatū scibile sciaʒ nō īfert neqz cōstituit: pri⁹ ē id qđ sciri pōt quā illud quod cōp̄hendere valet atqz cōplecti noticia. Ipse aūt ad hāc rē obscurissimū cōmodauit exēplū. Solet. n. in geometria huiusmodi esse ꝓpositio Iubemur. n. ꝓposito quatuor laterū spatio equale triangulū cōstituere: ꝛ facimus hoc modo. sit quatuor laterū spaciū. a. b. oportet ergo. a. b. spacio eq̄le triangulū cōstituere. Sit duplū. a. b. spacio. c. d. e. f. spaciū Ducatur angularis. c. f. dico quoniā. c. d. f. triangulū equale est. a. b. spatio: qm̄. c. d. e. f. spaciū duplū est. a. b. spacio. a. b. igitur. c. d. e. f. spatio medietas est. Sed e. d. f. triangulum. c. d. e. f. spacio medietas ē angularis. enim. f. c. totum. c. d. e. f. spacium medium diuidit que autem eiusdem sunt media ꝛ sibi equalia sunt. c. d. f. igitur ꝛ. c. e. f. triangulum. a. b. spacio.



equale est. Posito igit̃ spacio.a.b.equũ triangulũ cõstitutũ est.c.d.f.quod oportebat facere. Eodẽ quoqz modo quesitũ est: si sit proposito circulo equũ fieri q̃dratũ. Quadratũ ergo est: quod equalibus laterib⁹ omnes quatuor angulos equos habet.i.rectos. ⁊ aristotelis quidẽ temporib⁹ nõ fuisse inuentũ videtur. Post vo repertũ est: cuius qm̃ longa demonstratio est pretermittẽda est. Atqz hoc est: quod ait circuli q̃dratura: sicut manente quadrato linea per obliquum ducta triangula figura producitur: ita circulo nõ mutato circumpositis angulis: qui ⁊ ipsius circuli lateribus equaliter diriguntur: quadrati forma consurgit: qd (vt potuimus) coniectura depinximus. Cum enim alicui circulo equũ quadratũ cõstituit̃: i quadraturã circuli illius mensura redigit̃. Nũc ergo hoc est quod dicit hec circuli quadratura. idest eq quadrati ad circulum constitutio si fieri põt: ⁊ si res que est sciri possit: scientia quidẽ eius nondũ inuẽta est. Nondum.n. quisq̃z sub Aristotele equũ quadratum circulo constituerat. Qd si est aliqua eius scientia: que nondum reperta est: certe prius est quod sciri possit: post vo sciẽtia. Nam cum posset Aristotele viuo sciri circuli quadratura nulla tamen adhuc eius scientia reperta est atqz iõ pri⁹ erat qd sciri posset: q̃z ipsi⁹ rei vlla notitia

Amplius animali quidem sublato non est scientia. scibilium vero plurima esse contingit. Similiter his habent sese ⁊ ea que de sensu sunt. Sensibile enim prius quam sensus videtur esse. Sublato enim sensibili simul aufertur sensus sensus vero sẽsibile non simul aufert. sensus enim circa corpus ⁊ in corpore sunt. sensibili autem perempto peremptum est ⁊ corpus. sensibile enim est corpus. cum vero corpus non sit. sublatus est sensus. Quare simul aufert sensibile sensum. sensus vero sensibile non animali enim perempto. sensus quidem perẽptus est. sensibile autem permanet. vt corpus calidum dulce amarum ⁊ alia omnia quecunqz sensibilia sunt.

Addit aliud validius argumentũ prius eẽ scibile sciẽtia. illud enĩ notum est si per desidiam disciplia deperreat: interire quidẽ scientiã: sed scibile permanere. Scire aũt dico quod sciri possit: q si oĩno aĩal non sit cum quis scire possit omnino non fuerit: scientia quidem ipsa funditus interibit: nihil tñ phibet esse ea q̃ permanente animali possit inquirentis animus scientie ratione complecti. Id namqz proponit in sensib⁹ i⁹ueniri dicit enim sensu prius esse sensibile: quod cõi priorum diffinitione probabile esse constituit: Dictũ est namqz illa esse priora: que simul quidem interempta perimerent. Non autem simul alijs interemptis ipsa deperirent: vt orbem solis primum dicimus proprio lumine. sublato enim orbe lumen illud quod ab eo est penitus non manebit: sublato lumine solis orbis manebit. Ita quoqz nunc insensibilib⁹ atqz i ipso sensu esse proposuit. sublato. quod sentiri possit: sens⁹ oĩno sublatus est. Neqz enim esse poterit sensus: cum quod possit sentiri non inuenit. Quod si sensus omnino depereat. sensibile permanebit: ⁊ hoc euidentib⁹ firmat exemplis: nam cum ea que sint in rebus: vel i corporea sint: vel certe corporea: ⁊ quicquid ad corporis materiam referri potest: hoc sensuum variętati subiaceat: quicquid ad incorporalia: intellectus ratione ⁊ speculatione teneatur. Cum sit sensus omnis in corpore: si omnino corpus non sit quoniam que sunt corporea sentiri non possunt: ergo si que sentiri poterant interempta sunt: omnino sensus euertitur. Sed si sensus auferatur sensibilia per manebunt: ⁊ quoni sensus animalium effectiuus est: e qua est vtrorumq perditio. siue enim sustuleris animal sensus peribunt ue sensus euertantur: animalia quoqz sublata sunt. euersis atqz interemptis aĩalibus cũ proprijs sensib⁹ permanẽt corpora que aĩa non vtũt̃: q si sublatis aĩa libus sensibusqz deperditis: corpora inanimata subsistũt: cũ corpora sint que sentiri possũt. Aĩalia que s tire valeant si interẽpta sunt. manẽte sensibili sensu euersus est. Nõ igitur sicut sensibilis interemptio sensus interimit: sic sensuum perditionem extinctio sensibiliũ cõmitatur. Id vero etiã hoc probabil̃ argumẽto: ante enim q̃z actu ipso aliqd sentiamus sensu non est. Nam prius q̃z dulce aliquid degustemus: g statio ipsa dulcedinis non est: quod autẽ gustari pos sit. i. mel vel quodlibet aliud proprie nature rõe cõs stit. Quocirca prius esse quod sentiri possit: post ver sensus Aristotele auctore firmatur.

Amplius sensus quidem simul enim sensato fit si mul enim animal fit ⁊ sensus. Sensibile autẽ an est q̃ sensus esset. Ignis enim ⁊ aqua ⁊ alia huiu modi. ex quibus ipsum animal constat. ãte sunt q animal sit omnino vel sensus. quare prius sensibi le q̃ sensus esse videtur.

In cõpositis rebus atqz ex alijs iunctis priores sun he res que cõponunt aliquid ipsa substantia quã co ponunt. Namqz cũ corpus animalis sit ex igni aere aque vel terra priora hec esse necesse est quã ipsum animal quod illa elementa coniungũt. Hoc quoqz in alijs patet. nã cum sit liber ex versibus: prior ẽ ve suum natura quã libri. Cũqz versus cõstet verbis q̃z nominib⁹ ⁊ ceteris quas grãmatici partes oratio nis vocãt hec ex quibus ipse versus cõstat: versu ip priora necesse est esse. Quocirca sensus quidẽ ipsis compositis superuenit. Nam cũ animal constet ex q tuor elementis: ⁊ cum sensus semper naturã anima liũ cõmitetur: cum ipsis animalibus sensus fieri ⁊ na sci necesse est. Quod si cum animalibus.i. compositis rebus sensus nascitur: sicut animali priora sunt ea e quibus ipsum animal constat: sic quoqz sensui qui cu animali nascitur: illa priora sunt: ex quibus animali natura coniungitur. Coniungitur autem animal atq componitur ex quatuor elementis. Quatuor igit̃ elementa sensu priora sunt: sed quatuor elementa corpora sunt: corpus vero omne sensibile est. Prius igitur sensibile quã sensus est. Sensus enim cũ re composita nascitur: illa vero que componunt ⁊ sensibilia sunt ⁊ priora ipso composito. Uniuersaliter enim si duę res sint simul: cum quelibet res vna earũ prior sit ⁊ altera prior erit vt animal atqz sensus. cũ vtraqz simul sunt simulqz nascuntur: cum quatuor elementa que sunt sensibilia priora sint q̃z animal: sensu quoqz esse priora necesse est. quocirca conclusit dicens. Quare prius q̃z sensus sensibile esse videtur. Sed quidam quorũ porphyrius quoqz vnus est astruunt in omnib⁹ verum esse relatiuis: vt simul natura sint: veluti ipsum quoqz sensum ⁊ scientiam non precedere scibile atqz sensibile: sed simul esse. quã quoniam breuis est ratio non grauabor opponere. Ait enim si cuiuslibet scientia non sit: ipsum quidem poterit per se permanere. Scibile vero esse non poterit: vt si formarũ scientia

pereat

percat. ipse fortasse forme permaneant: atq; in prio re natura consistant: scibiles vero non sint. Cum enim scientia que illas cōprehendere possit: non sit: ipsa quoq; sciri non potest res. Namq; omnis res scientia sciatur: que si non sit: sciri non possit. Porro autem res que sciri non potest: scibilis non est. Hoc idem de sensu: si gustus enim percat. vel forsitan permanebit: gustabile autem non erit. Ita quoq; omnino si sensus percat: res quidem que sentiri poterant sint: sensibiles vero non sint sensu percunte. et fortasse neq; scientia neq; sensus secundum sentientes speculandus est: sed secundum ipsam naturam que sensu valeat comprehendi. Nam res quecunq; per naturam sensibilis est: eam quoq; in natura sua proprium sensum quo sentiri possit: habere necesse est. Et quodcunq; sciri potest per naturam: nunq̃ possit addisci nisi quedam eius in natura scientia versaretur. Hec porphyrius. Sed nos ad aristotelis ordinem textumq; veniamus. Nam ille adiecit quoq; alias questiones.

¶ Habet autem questionem. vtrum nulla substantia ad aliquid dicatur: quemadmodum videtur. an hoc contingat secundum quasdam secundas substantias. nam in primis substantiis necessarium est. nam neq; tote neq; partes ad aliquid dicuntur. nam aliquis homo non dicitur alicuius aliquis homo neq; aliquis bos alicuius aliquis bos. Similiter autem et partes: quedam enim manus non dicitur alicuius quedā manus sed alicuius manus. et quoddam caput non dicitur alicuius quoddam caput: sed alicuius caput. Similiter autem et in secundis substantiis: atq; hoc quidem in pluribus. vt homo non dicitur alicuius homo: nec bos alicuius bos: nec lignum alicuius lignum: sed alicuius possessio dicitur. In huiusmodi ergo manifestum est quoniam non est ad aliquid. In aliquibus vero secundis substantiis habet aliquam dubitationem. vt caput alicuius caput dicitur. et manus alicuius manus dicitur: et singula huiusmodi. quare hec fortasse ad aliquid esse videntur.

¶ Contra ea que superius disputata sūt: huiusmodi nodum questionis opposuit: quā enim prima diffinitio relatiuorum fuerat. illa esse relatiua q̄cunq; hoc ipsum quod essent aliorum dicerentur. secundum hanc diffinitionem possunt quedam substantie videri esse relatiue. quod si fit: substantie in diffinitionem accidentium transeunt. Nam cum sint accidentia relatiua: si has substātias relatiuas esse concedimus: in accidētium numero ponendas esse censebimus sed hoc contrarium est. Si enim substantia in subiecto non est: accidens autem in subiecto est: qui fieri potest. vt idē in subiecto sit et in subiecto non sit: vtrum autē possint quedam sūa accidentium suscipere rationem: hoc modo querendum est. Prime namq; subē ipse quidē ad aliquid non dicuntur. neq; partes primarum substantiarum: quas ipsas quoq; in primis substantiis numeramus. socrates enim non dicitur alicuius aliquis socrates: nec homo alicuius aliquis homo: nec bos alicuius aliquis bos. nec partes primarū substantiarum que ipse quoq; sunt prime substantie. Caput enim non dicitur alicuius aliquod caput: sed tantum alicuius caput: et manus non dicitur alicuius aliqua manus sed tantum alicuius manus. Quare neq; prime substantie neq; primarum substantiarum partes ad relationem dici poterunt. Quod si secundas substantias speculemur: nec ipse quoq; ad aliquid dicentur. Neq; enim dicitur aīal alicuius esse aīal: aut hō alicuius esse hō. Quod si quis dicat posse eē animal alicuius vt equum meū vel quodlibet aliud: non in eo q̄ animal est: sed in eo q̄ est possessio dicitur alicuius et sic non dicitur animal alicuius animal: sed animalis possessio alicuius possessio. Ergo neq; prime substantie: neq; partes primarum substantiarum: neq; secūde substātie ad aliquid dicuntur. Partes autē secundarum substantiarum ad aliquid hoc ipsum q̄ sunt dicuntur. caput enim alicuius caput dicitur: siquidem capitati caput dicemus: et manus alicuius manus. Siquidem ex manu nomen fingere volumus ad quod manus referri possit: sicut caput ad capitatū: et in aliis quidē rebus eodem modo. Quod si ptes secundarum substantiarum accidentes sint: et ipse secūde subē accidentes erunt: aut si hoc non placet: constabūt secunde substantie ex partibus accidentibus. quod fieri nequit. Quid igitur dicendum est: aut enim diffinitio relatiuorum reprehendēda est: aut aliter soluenda dubietas. Sed posita atq; constituta priori diffinitione que dicit: illa esse relatiua que id quod sunt aliorum dicunt: hic questionis nodus solui non poterit. quod ipse aristoteles hac adiunctione testatur.

¶ Si igitur sufficienter eorum que sunt ad aliquid diffinitio assignata est: aut nimis difficile: aut impossibile est soluere: quoniam nulla substantia eorum que sunt ad aliquid dicitur. Si autem non sufficienter sed sunt ad aliquid. quibus hoc ipsum esse est ad aliquid quodammodo se habere. fortasse aliquid contra ista dicetur. Prior vero diffinitio sequitur quidem omnia relatiua: non tamen eis hoc ē esse q̄ sunt ad aliquid: q̄ ea ipsa que sunt aliorum dicuntur.

¶ Proposita ergo atq; firmata priore relatiuorum diffinitione difficile defendi poterit. aut fortasse nunq̃ quasdam substantias non esse relatiuas. Nam si ad aliquid illa sunt quecunq; id quod sunt aliorum dicuntur: vt id quod est caput capitati dicitur caput: habebit igitur substantia que est caput ad aliquid relationem: et ita erit substantia relatiua atq; accidens: qd est impossibile. Quare quoniam proposita atq; constituta priore diffinitione hec incommoditas in disputatione consequitur: vt constet ratione nō integre diffinitionis: assignatio permutetur. Ait enim non eē integrā diffinitionem que supra sit reddita: nec magis illa esse ad aliquid que id quod sunt aliorum dicū tur potius quā ea quibus ipsum esse ē ad aliquid quodāmodo se habere. Sed fortasse videat quibusdā inconsulte legentibus et minime cōsiderantibus: id qd diffiniri oportuerat: hoc in diffinitione esse sumptū. qd est vitiosissimum. Si enim iccirco diffinitio sumitur vt res de qua queritur assignetur: qui magis est aptior diffinitio si re ipsa quam diffinit. in assignatione diffinitionis vtatur Diffinitio namq; iccirco redditur vt res de cuius quidem esse dubitatur: diffinitione pateflat. Quod si rem ipsam quam diffinit in diffinitione protulerit: nihilo planior diffinitio fit: vt si quis hominem diffinire volens dicat hoc ipsum esse hominem quod hominem. Ita quoq; non considerantibus aristoteles relatiuorum diffinitionem reddidisse videbitur. Ait enim esse ad aliquid: quibus hoc ipsum esse

est ad aliquid quodammodo se habere. ac si diceret: ea sunt ad aliquid que se ad aliquid quodammodo habent. Sed minutius atq; acutius considerantibus vis integre diffinitionis prompte atq; veraciter apparebit. non enim in eo ꝙ est dici ad aliquid consideramus: sed in eo ꝙ est esse. ea namq; sunt relatiua: que in quadam comparatione ⁊ relationis habitudine cõsideramus vt quaternarius numerus: ⁊ hoc ipsuz qđ est esse dicitur .i. quatuor: ⁊ aliud quoddam .i. dupluz vt si ad binariuz conferatur. Sed quod de quaternario nomero dicimus quaternariuz: hoc ad ipsius quaternarii numeri naturam refertur. Quod vero duplũ: non est hoc quaternarii sed duorum ad quod dupluz dicitur: ⁊ ad quod propria relatione duplum est. Binarius quoq; numerus ⁊ binarius est ⁊ medietas: binarius quidem secundum suam naturam Medietas vero secundum quaternarii relationem. Quocirca in comparatione quadam atq; in habitudine ea que sũt ad aliquid speculamur. quaternarius enim in eo ꝙ q̄ternarius est ad aliquid nõ dicitur: in eo vero ꝙ est duplus duorum: relatiuus est .s. ad binarium comparatus Binarius quoq; in eo ꝙ sunt duo: ad aliquid non refertur: sed in eo ꝙ est medietas scilicet ad quaternarium comparatus. Ergo vt sit duplus quaternari⁹ non duobus: sed medietate eget: vt sit medietas binarius: non quaternario sed dŭplo opus est. Uides ne vt habitudine quadam ⁊ comparatione res aliud in natura retinentes: aliud tamen ad se inuicem sint: ⁊ hoc non ex propria sed ex inuicem natura mutuentur. nam quod est duplus numerus ex medio trahit. Quod est medietas ex duplo atq; hoc his que sũt ad aliquid extra euenit. ⁊ ideo nihil patientibus neq; permutatis ipsis que ad aliquid referuntur ipsa ad aliqđ fiunt nihil enim permutato de quaternario duplus ipse est: si ad binarium referatur: ⁊ nihil de binario permutato medietas est binarius: si ad quaternarium dr̄. ergo relatiuorum hoc est esse .i. hec eorum natura atq; substantia est .i. id quod sunt ad aliquid referãtur .i. non solum referri dicantur. sed etiam referant̄ Atq; hoc est quod ait: sed sunt ad aliquid quibus hoc ipsum esse est ad aliquid quodammodo se habere. ac si diceret quorum substantia est ad aliquid aliud referri. ⁊ que ita sunt vt ipsa id quod sũt ad aliud referantur ⁊ esse eoruz sit ad aliquid aliud referri. sed nõ omnia que dicuntur ad aliud: ⁊ esse de alio mutuant̄ Illa namq; diffinitio prior maior est. diffinitionem namq; relatiuorum supergressa est includit enim ea quoq; que relatiua non sunt: ⁊ quemadmodum cum dico hominem: mortalem eũ esse necesse est: cum vero dico mortalem: non necesse est esse hominẽ: ita quoq; ea que hoc ipsum quod sunt ex altero trahunt ⁊ eẽ habent ad alterius relationem: ⁊ esse suuz ad alteri⁹ referunt nuncupationem. Que vero ad aliud tñ dicuntur: non necesse est: vt esse suum ad aliquid habeant relatum quo posteriorem diffinitionẽ suscipiant. ista sententia breuiter includatur vt quecũq; hanc diffinitionem susceperint: vt hoc ipsum esse sit ad aliquid quodammodo se habere: habeant eam quoq; diffinitionem: que est relatiua esse quecũq; id qđ sunt aliorum dicuntur: que vero hanc habuerint diffinitionẽ illam si necessario habeant: vt ea que sunt ad aliqđ: et ad aliquid dicantur. Sed ea que dicunt̄ ad aliquid: nõ oĩo ad aliquid sint: ꝙ si ista diffinitio posterior recipiatur: q̄ dicit ea eẽ ad aliqđ quibus hoc ipsuz eẽ est ad aliquid quodammodo se habere: poterit superior solui dubitatio. quo dicam⁹ id qđ ipse posteriore disputatiõe secutus est. qđ aũt ait. Prior vero diffinitio sequitur quidem oĩa relatiua non tñ hoc eis est esse: q̄ sint ad aliquid. qđ ea ipsa que sunt aliorum dicuntur. hoc est ꝙ non ideirco aliqđ relatiuũ esse dicitur: quĩ alterius esse dicitur. Sed tunc merito res aliqua relationis nomine cõtinebitur: quotiens non solũ ad aliquid dicitur: sed hoc ipsum esse eius ad aliquid est quodãmodo se habere. Quare quid hanc diffinitionem proprium consequat̄: ipse addidit.

¶ Ex his ergo manifestum est: ꝙ si quis aliqđ eorũ que sunt ad aliquid diffinite sciet. ⁊ illud ad qđ dr̄ diffinite sciturus est. Si eni quis nouit aliquid ꝙ eorum que sunt ad aliquid est (est autem esse eorũ que sũt ad aliqđ. ad aliquid quodãmõ se habere) ⁊ illud nouit: ad qđ hoc quodãmodo se habet.

¶ Propriũ relationis scđm eã que superius dicta est diffinitionem hoc esse cõfirmat: ꝙ si quis id qđ est ad aliquid definite scit quĩ relatiuũ est: ⁊ illud ad qđ referri potest: definit sciturus ẽ qđ sit. nã relatiua ea sunt quibus hoc est esse ad aliquid quodãmõ se habere: quĩ ut sit quaternarius duplus a binario trahit. si quis nouit eẽ quaternariũ numerũ duplũ: ⁊ binariũ necessario sciturus est eẽ dimidium ad quẽ quaternarius duplus est. fieri eni nullo modo põt: ut cũ quis nouerit aliquam rem eẽ relatiuam definite: non illud quoq; sciat ad qđ illa res dr̄ definite: hui⁹ autem rei vna probatio est que ex diffinitione venit. Diffinita enim sunt illa eẽ ad aliquid quorum ea eẽt substãtia vt quodãmodo se ad aliqđ haberent ꝙ si eo est quaternarium numerum eẽ duplũ: qđ ad binariũ quodãmodo coniungat̄: nullus quaternariũ duplũ eẽ poterit scire: nisi q sciet medietatẽ eẽ binariũ: ⁊ hoc qđẽ in oĩbus cõsideratur. Nã si nesciat qs ad qđ aliquid referatur eoꝝ q̄ relatiua sunt: illud quoq; ignorabit: vtrũ oĩno ad aliqđ referat̄: qđ his vbis aristoteles ait

¶ Si enim non nouerit omnino ad qđ hoc quodãmodo se hꝫ: nec si ad aliquid quodãmodo se habet sciturus est. sed in singulis palã hoc ẽ. vt hoc siqs nouit diffinite qđ est duplum. ⁊ cuius duplum est. mox diffinite nouit. si vero nihil diffinite nouit ipsũ cuius duplum sit neq; si est duplũ omnino nouit. Similiter aũt ⁊ hoc aliquid si nouit aliquis ꝙ melius est diffinite. ⁊ quo melius est. necessarium est nosse. Indiffinite autez non sciet. q: hoc est peiore melius opinio enim id quidẽ sit. nõ disciplina. nõ enim sciuit subtiliter ꝙ est peiore melius. si eni sic cõtingit. nihil est peius eo ꝓꝓ hoc Quapꝓ palam est. ꝙ si nouerit qs aliquid relatiuorũ diffinite. necessarium est ⁊ illud ad qđ dicitur diffinite nosse.

¶ Huius quoq; rei exempla persequitur dicens: si duplum ad aliquid esse nouimus: scimus quoq; id cuius duplum est. q: si nescimus id cuius est duplum: duplũ autem esse cuiuslibet rei ex hoc est: quod ei sit medietas. ipsam quoq; rem que dupla sit: vtrum dupla sit scire non possumus. Si igitur diffinite nouimus quamlibet illam rem esse duplam: ⁊ eam cuius dupla est diffinite nos scire necesse est. Ut si nouit quis anchisem patrem diffinit esse enee: ⁊ eneam diffinite filium esse agnoscet. vel si indiffinite nouit: quoniam pater est: indiffinite etiam sciturus est: quoniam filii pater est. ⁊ rursus si eneam quis diffinite nouit quoniam

nam filius est: sciturus quoq; est indiffinite: quoniā patris est filius. Manifestum est ergo quoniam ea q̄ sunt ad aliquid: si diffinite ad aliquid esse sciantur: et illud diffinite sciendū est: ad qd illa referūtur: Qd in substantiis non eodē modo esse Aristotele probamus auctore: qui huius questionis seriem ita concludit.

¶ Caput vo et manus et horum singula que substan tie sunt. hoc ipsum ꝙ sunt est scire diffinite. Ad quod autem dicantur: non est necessarium scire. Cuius enim caput hoc. vel cuius manus sit: non est scire diffinite. quare non erunt hec ad aliquid. Si vero non sunt relatiuorum: verum erit dicere: ꝙ nulla substantia relatiuorum est.

¶ In capite inquit et in manu et in aliis substantiis non est verum: qm̄ si quis aliquid horum alicuius esse no uit et ad aliquid aliud referri: iccirco et ad quam refe ratur diffinite sciturus est. Si quis enim operto capi te atq; omnibus membris manū foras exerat: mani festum est qm̄ manus illa alicuius manus est. cuius autem manus sit: dici diffinite non potest. Similiter quoq; opertis oculis facieq; velata si cuiuslibet caput aspicias: illud quidem caput alicuius esse non dubitas cuius autē sit diffinite non proferes. Quare quoniā hec huiusmodi sunt ut si quis ea diffinite sciat esse alicuius: cuius sint diffinite. sciri non poterint: a rela tiuorum diffinitione: quorum si vna res quelibet dif finite sciatur esse ad aliquid: illa quoq; res ad quā di citur: diffinite scitur: substantie segregantur. Subui ciendum tamen est illud quoq;: quod non oīno verū est in diffinitionibus rem ipsam que diffinitur: sumi non oportere. Multa enim sunt que aliter proferunt et diffiniuntur: et aliter accipiuntur. vt si quis dicat al bum esse colorem nigro contrarium: potest hoc et in corpore accipi. namq; et color album dicitur et corpus quod albo participat: albus nominatur. Quocirca ne quis putet tale album esse diffinitum: quod ad parti cipationem albi et corporis referatur. ita dicendum ē album est quod cum in aliquibus est: cum est albi co lor nigro contrarium. Atq; ita rem ipsam in sua diffi nitione sumimus: quod .s. aristoteles .i. rem ipsā que diffinitur in diffinitiōe sumi inter verisimilia topico rum posuit argumenta. Nunc autem post relatiuorū disputationem ad maiorem nos de his rebus tracta tum studiosus doctor hortatur dicens.

¶ Fortasse autem difficile sit de huiusmodi rebus confidenter declarare: nisi sepe pertractata. sint. dubitare autem de singulis non erit inutile.

¶ Quod .s. nunq̄ diceret: nisi nos ad maiorem acumi nis exercitationē considerationēq; reuocaret. Quod qm̄ eius est adhortatio. nos quoq; in aliis de his reb᷒ dubitatiōes solutiōesq; pōere minime grauabimur

Consueta in principio questio est: cur post relationis predicamentum disputationem qualitatis aggressus est: quod minus curio sum est. Mirabile enī fuerat: cur post quā titatis ordinem non statī de qualitate ce pisset: sed quoniam quantitati quedam relationis ad miscent: et disputationem de relatione continuaūt: ic circo non est mirabile post expeditam relationis iter positionem ad qualitatis eum ordinem reuertisse. q̄ꝫ q̄ꝫ etiam ex hoc quoq; recta sit series. Nam post ma gnum paruumq; statim proportio et quedā ad aliud comparatio consequitur. vt sit aut maius aut minus: aut equale vel inequale: que sunt ad aliquid. post hec autem innasci quasq; necesse est passiones: que a qua litatis natura non discrepant: vt album: vel nigrum vel calidū: vel frigidū: vel queciq; his sunt consimi lia: que predicatio qualitatis includit. Sed est titulus huius propositi de quali et de qualitate. Queritur enī cur ei non aut de quali dixisse aut de qualitate suffe cerit: quod hoc modo soluitur. Dicimus enim quale non vno modo: qualitatem vo simpliciter. Quale. n. dicimus et ipsam qualitatem: et illam rem que quali tate illa participat ut albedo quidē qualitas est. qui vo participat albedine albus dicitur: sed et albedinē ipsam communiter quale dicimus. i. ipsam proprie q̄ litatem: et album dicimus quale illud .s. quod superi᷒ comprehensa qualitate participat. Ita ergo et ipsam qualitatem et rem que qualitate participat. qualia cō muniter appellamus: qualitas vero simpliciter dici tur. Res enim ipsa que participari potest: sola quali tas nominatur. Res vero que participat: qualitatis vocabulo non tenetur: vt albedo qualitas quidem est albus vo qualitas non est. Differunt ergo hoc ꝙ di cimus quale et qualitas: ꝙ illud dupliciter: illa simpli citer appellatur. Quocirca q̄ꝫ q̄ꝫ quidam negent hūc titulum Aristotelis esse: ideiq; confirmēt posterio re adiectione signatum: nos tn̄ dicimus pp quandā nominum similitudinem demonstrandam vtrunq; posuisse: vt nihil distare videatur: vtrum quale an q̄ litas id qd appositum est predicamentū dicatur. qua le enim ipsam aliquotiens rem (vt diximus) qualita temq; significat. Sit ergo ex rebus sumpta diffinitio qualitatis. ꝙ vo vnq̄ꝫ diffinitionē. quodq; superius in aliis quoq; predicamentis: eodem sumus vsi voca bulo: nullus arbitretur generalem me diffinitionem voluisse signare: sed diffinitionis nomen in rē descri ptionis accipiat. In his enim que generalissima gene ra sunt: diffinitio queri non debet: sed descriptio: que dam nature. non est enim possibile inueniri diffinitio nem eius rei: que genus ipsa sit: et que genus nullum habeat. Quocirca his propositis atq; antea constitu tis incipiendum est de qualitate.

Qualitatem autem dico. secundum quam quales quidam dicuntur.

Hic querit cur oīnꝫ in disceptatione do ctissimus tā culpabili q̄litatē termino diffinitionis inclu serit. Volentib᷒ enī nobis quid sit qualitas scire ita re spondet. qualitas ē scd̄m quā quales quidam dicūtur Nihil enim minus erit obscurius atq; ignorabilius: quod ait. scd̄m quam quales dicuntur: q̄ꝫ si de ipsa so la qualitate dixisset. Nam si illi sunt quales: qui quali tatem habent: vt sciantur quales p...us qualitas co gnoscenda est. Amplius quoq; nihil differt dixisse eā qualitatem scd̄m quam quales quidem dicuntur: q̄ꝫ si diceret eam esse qualitatem que qualitas sit. Nam sic qualitatem diffinire volens ait. Scd̄m quam qua les quidam sunt. Rursus si quis quales aliquos diffi nire voluerit: eodem modo dicere poterit qui in se re tinent aliquam qualitatem. quod si qualitas quidem quid sit per quale. quid autē sit quale: superiore quali tate monstratur: nihil intererit dicere qualitatem eē qualitatē: quā qualitatē esse: scd̄m quā quales dicūt̄ ꝫ si ordinata diffinitio generalisq; in hoc generalissi mo gn̄e poni potuisset: recte culpabilis determinatio videretur. Nunc autē frustra contendit. cū iam (vt sepe dictū est) descriptiōis potius hūc locū terminū

q̄ alicuius diffinitionis addiderit. Quocirca si designatio tantum quedā ꝛ quodāmodo adumbratio rei eius de qua queritur ꝛ non diffinitio est: absurda calumnia est rebus notioribus res ignotiores probantē non ante perspecta descriptionis ratione culpare. Illud autem quis dubitet notiores esse eos qui quales sunt illa ipsa ex qua quales dicuntur qualitate: vt quilibet albus notior est ipsa albedine. Nā si albedo qualitas est albus vō ab albedine. i. a qualitate denominatus est: albus erit qualis nōiatus ab albedine qualitate. Quod si vt dictum est notior alb⁹ est albedine qualis notior erit qualitate; sicut grammaticus quoqꝫ notior est grammatica. grāmaticus quoqꝫ qualis est denominatus. s. a grammatica qualitate. Omnia enim que sensibus subiecta sunt: notiora sunt nobis q̄ ea que sensibus non tenentur. Quare nihil impedit describentem ꝛ quodammodo naturam rei eius de qua queritur designantem rea ignotiores notioribus approbare.

❡ Est autem qualitas eorum que multipliciter dicuntur. ꝛ vna quidem species qualitatis habitus ꝛ dispositio dicitur. differt autem habitus a dispositiōe: ꝙ permanentior ꝛ diuturnior est. Tales enīꝫ sunt scientie ꝛ virtutes. scientia enim videtur esse permanentium ꝛ eorum que difficilime moueantur. siquis vel mediocriter sumat scientiaꝫ: nisi forte grandis permutatio facta sit vel ab egritudine vel ab aliquo huiusmodi. Similiter autem ꝛ virt⁹ vt iustitia ꝛ castitas: ꝛ singula talium non videntur posse moueri, neqꝫ facile permutari. Affectiones vero dicuntur que sunt facile mobiles ꝛ cito permutabiles: vt calor ꝛ frigiditas ꝛ sanitas ꝛ egritudo: ꝛ alia huiusmodi. Afficitur enim circa eas homo quodam modo: cito autem permutatur: ꝛ ex calido frigidus fit: ꝛ ex sanitate in egritudinem transit. similiter autem ꝛ in aliis nisi forte in his que contingit per temporis longitudinem in naturam cuiusqꝫ transferri. vt īsanabilis. vel difficile mobilis existat affect⁹. quē iā glibꝫ habitudinē vocet.

❡ Proponit qualitatem multipliciter dici. que res traxit aliquos: vt eis suspicio nasceretur aristotelem credere qualitatem equiuoce nominari. Nam si omnis equiuocatio multipliciter dicitur: qualitas autē scđꝫ aristotelem ipsa quoqꝫ multipliciter appellatur. secūdum aristotelem nomen qualitatis equiuocū est. nos vero defendimus multipliciter dici esse non vna tantum significatione nominari. Dicitur enim aliquid multipliciter dici: cum ꝛ equiuoce dicitur: ꝛ diuerso modo cum de suis speciebus multipliciter predicatur Et cōmunis est multiplex appellatio etiam in his nominibus que veluti genera de speciebus dicuntur velut equiuoca de subiectis. Namqꝫ ꝛ animal multipliciter dicit̄. Naꝫ si multe sint species: que animali subiecte sunt: ipsum quoqꝫ multipliciter quodammodo nominatur. Istam autem multiplicationem non ad equiuocationem retulisse aristotelem: sed potius vt qualitatem genus esse proponeret: Illa res monstrat quod ait. ꝛ vna quidem species qualitatis habit⁹ affectioqꝫ dicitur. Nam qui speciem dicit esse qualitatis habitum ꝛ affectionem: quis eum dubitet ipsam qualitatem vim obtinere generis arbitrari. Cur vō dicit vnā speciem esse qualitatis: cum geminas proposuerit habitudinem. s. ꝛ affectionem; queritur. Nam si vnuꝫ idemqꝫ sit habitus ꝛ affectio: superflua est eiusdem rei repetita propositio: sin vō differāt: quare differant inuestigandum est. Genere enim ne distent illa res preuenit: quod vtraqꝫ sub qualitate constitut. Restat ergo vt aut specie discrepent: aut numero. Sꝫ si specie discreparent: non ab aristotele pro vna specie ponerētur. Reliquuꝫ est igitur ea neqꝫ genere neqꝫ specie differre: sed numero. Habitus namqꝫ ꝛ dispositio idem est scđm speciem: sed numero tantum ꝛ propria quadam qualitate dissentiunt. dispositionem vō indiscrete idem quod affectionem voco. Naꝫ sicut socrates a platone nil quidem scđm ipsam humanitatis speciem discrepat: sola tamen proprie persone qualitate disiuncti sunt. Ita quoqꝫ dispositio atqꝫ habitus: nec potius hoc modo: sed quemadmodum ipse socrates dum esset paruulus: post vō pubescens a se ipso distabat. Eodem quoqꝫ modo habitus ꝛ dispositio. Namqꝫ habitus firma est dispositio: affectio infirmus est habitus: vt quēadmodum distat albus color ab albo colore: si in pictura hic quideꝫ permaneat ille vō statim periturus sit: nisi quod is qui permanentior est. in habitu est: Ille vō qui facile periturus est in affectione: ita nihil aliud interest inter habituꝫ atqꝫ dispositionem. Nam quāuis permanentior sit habitus. facile vō mobilis dispositio: non nisi tantuꝫ diuturnitate differunt permanendi. Unde fit vt genere ꝛ specie habitus a dispositione non discrepet. Quocirca recte que numero solo distabant non specie: sub vnius speciei nuncupatione vtraqꝫ sunt ab aristotele proposita. sed est horum propria differentia ꝙ habitus diutissime permanentes dispositiones sunt. Dispositio autē facile mobilis habitus. sed si horum exempla queramus: hec poterunt inueniri. Habitudines sunt vt artes: discipline: virtutes. Namqꝫ ars nō facile mobilis videtur ꝛ diutissime permanet. Hoc enim ars ipsa meditatur. vt vsu atqꝫ exercitatiōe nō pereat Quis enim est qui sciens recte grammaticā nulla vi interueniēte validioris passionis amisit. Fertur enim quidam summus orator egritudīe febribusqꝫ decoctus omnē litterarum amisisse doctrinaꝫ: In aliis vō rebus sanus ac sibi constans ꝛ in omni re vegetus permansisse. Disciplina quoqꝫ etiam ipsa est in permutationem difficilis. Quis enim sciens triangulum duobus directis angulis tres interiores similes habere angulos: hanc scientiam preter vim (vt dcm̄ est) fortioris passionis amisit. Uirtutes quoqꝫ in eodem genere ponende sunt. Uirtus enim nisi difficile mutabilis non est: neqꝫ enim qui semel iuste iudicatur iustus est; neqꝫ qui semel adulterium facit est adulter: sed cuꝫ ista voluntas cogitatioqꝫ permanserit. Aristoteles enim virtutes non putat scientias: vt socrates: sed habit⁹ in ethicis suis esse declarat. quocirca constat esse habitus stabiliter permanentes difficillimeqꝫ mutabiles: hoc tantum excepto: vt non eas vis aliqua maior alicuius permutatiōis impellat ꝛ destruat. ❡ Affectionis vero species sunt: vt calefactio atqꝫ perfrictio ꝛ egritudo atqꝫ sanitas; cum ad eas quodammodo sit homo dispositus atqꝫ affectus non tamen immutabiliter aut caloris qualitatem habeat aut frigoris: sicut nec perpetuo sanitatis aut ꝑpetuo egritudinis: quin etiam si qua sunt que per longi temporis egritudinem corporibus immutabiliter indurantur: vt ea iam in naturam quodammodo corporis cuiusqꝫ transierunt: vt si quis percussus cicatricem faciat

cem faciat insanabilem: illi ex dispositione & affectio ne quidam factus est habitus. Quocirca recte dictuz est dispositiones inueteratas habitus facere. Nam cum quelibet dispositio permanens & difficile mobilis facta sit: illa iaz non dispositio aut affectio: sed habitus vocanda est.

¶ Manifestum est autem quoniam hec volunt habitudines nominari: que sunt diuturniora & difficile mobilia: Namqz in disciplinis non multum retinentes sed facile mobiles non dicuntur habitum habere: quamuis sint ad disciplinas peius vel melius dispositi. quare differt habitus a dispositione ꝙ hoc quidem facile mobile est: illud vero diuturnius & difficile mobile.

¶ Habitus esse qualitates difficile mobiles & diuturnissime permanentes hoc argumento confirmat: ꝙ eos quib⁹ quelibet scientia traditur: si ab eis non fortiter adiscatur: eius rei quam discunt habitum retinere non dicimus. Qui enim litteras discens nondum soluto cursu sermonis: sed syllabatim quodammodo atqz intercise per imperitiam legerit: eum quidem dispositum esse atqz affectum dicimus ad scientiam litterarum: non tamen adhuc vllum habitum retinere. Quare idem quoqz est in aliis rebus. Omnes enim quicumqz ad aliquam rem dispositi eius rei qua sunt aliquo modo affecti: non diuturniam in se receptionem habent: eos ad illam rem dispositos quidez esse arbitramur: habitum vero habere non dicimus. Res igitur habitus diuturnior & permanentior: dispositio vero facile mobilis neqz perdurabilis ab Aristotele proponitur.

¶ Sunt autem habitus dispositiones: dispositiones vero non necesse est habitus esse: qui enim retinent habitus: & quodammodo dispositi sunt ad eos. qui autem dispositi sunt, non omnino retinent habitum.

¶ Sensus quidem talis est: ꝙ omnis quicunqz habeat habitum: habet quoqz in eodem habitu dispositionē. Si quis vero habeat dispositionem: non fit eum necesse etiam habitum retinere. Habitus ab habendo dictus est. Idcirco quod ab aliquo immutabiliter habeatur: vt glauci oculi: vel adunce nares: vel alicuius artis scientia atqz doctrina: que si quis habeat: etiam dispositus ad ea esse dicitur. Si quis autem disposit⁹ ad aliquam rem fit non eum necesse est etiam habitum habere: vt fit quis neglige̅tius opertus algore ꝗ patitur: dispositus quidem tunc ad frigus est: non tamen eius retinet habitum. Videtur autem eandem similitudinem seruare genus. Nam genus amplius predicatur: et vbicunqz species fit: mox quoqz nomen generis presto est. Vbi autem fit genus: non necessario speciei vocabulum consequitur: vt si quis est homo: eum animal esse necesse est. Si quis est animal: non statim homo dicitur. Quocirca cum quicquid ē habitus: dispositio fit: quicquid dispositio non omnino sit habitus. Videtur genus esse quoddam habit⁹ dispositio. sed illud verius: vbi intensio est atqz remissio: genus intensionis remissionem esse non posse. Nam sicut in eo quod est album & magis album genus album esse non potest idem namqz est album & magis album: nisi forte ꝙ sola discrepant intensione ꝙ magis album quadam quasi intensione augmento crescit atqz porrigitur. sic etiam habitus atqz dispositio cum idem sint: vtraqz sola differunt intensione: quod auctione quodammodo & incremento quodaz & permanentior firmiorqz est habitus dispositione quocirca dispositio habitus genus non est: eodē quoqz modo nec dispositiōis species habitus. Sed nunc quidam ita est habitus: ut non per dispositionem creuerit: neqz per aliquam nondum durabilem qualitatem ad perfectum venerit statum: vt est nasi curuitas: vel cecitas oculorum: si subita facta sit. Hec enim ab ipso habitu nulla precedente dispositione ceperunt. forte enim nunꝗ ad ea dispositus fuit aliquis qui adhuc non haberet. Alii vero habitus intensione fiunt atqz inueteratione dispositionis: vt ea que in artibus doctrinisqz versantur. Prius enim quis ad ea dispositus est: post vero habitum capit: alia vero non intensione sed quadam permutatione ad habitum veniunt: vt lac quod ex liquido densatur & constipatur in caseum: & vinum quod ex dulci atqz suaui in acidum gustus saporemqz conuertitur. neqz enim plus tunc vinum est ꝗ fuit ante cum esset suaue sed cum quadam permutatione in aliam qualitatem habitudinemqz transgressum est: Et de prima quidē qualitatis specie sufficienter est dictum.

¶ Aliud vero genus qualitatis est secunduz quod pugillatores vel cursores vel salubres vel insalubre dicimus: & simpliciter quecunqz secundum potentiam naturalem vel impotentiam. dicuntur.

Non enim quoniam sunt dispositi aliquo modo vnumquodqz huiusmodi dicitur: sed ꝙ habēt potentiam naturalē vel impotentiam facere quiddam facile vel nihil pati. vt pugillatores vel cursores dicuntur. non ꝙ sint dispositi aliquo modo. sz ꝙ habeant potentiam naturalem hoc facile faciendi. Sanatiui autem dicuntur. eo ꝙ habeant potentiam naturalē. et nihil a quibuslibet accidentibus facile patiantur. Egrotatiui vero eo ꝙ habeant impotentiam naturalem nihil facile patiendi. Similiter autem his & molle & durum se habent durum enim dicitur. quia habeat potentiam non citius secari. Molle vero ꝙ habeat eiusdem ipsius impotentiam.

¶ Secundam speciem qualitatis esse commemorat: que ex quadam naturali potentia impotentiaqz proueniat. hoc autem huiusmodi est: vt cuz aliquos validi corporis intuemur nondum pugiles: neqz huius peritie artis imbutos: sed sic eos pugillatores dicimus: non in eo ꝙ iam sint pugiles sed eo ꝙ esse possint: & si quorum leue corpus aspicimus: suras qz non magnas: eos facile moueri cursuqz veloces existimamus: quamquam nondum ad cursus certamen aspirent: nec sint cursores: eos tamen cursores secunduz potentiam nominamus. Non ꝙ iam currant: sed ꝙ possint currere: non absurde vocabimus. Eodem quoqz modo eos vocamus salubres vel insalubres: quos valenti corpore vel fragiliore vel ad sanitatem aptos vel ad egritudinem credimus. Vnde fit vt quosdam egrotos possimus salubres vocare. quosdam vero sanos insalubres dicere: non enim ꝙ iam actu vel sani vel egroti sint: salubres vel insalubres dicuntur: sed ꝙ vel sani diuti⁹ esse possint vel egroti. ¶ Sed questio ē cur cum de qualitatis speciebus propositum sit: secundā genus dixerit qualitatis & non speciem: ita enim ait.

Aliud vero genus qualitatis est secundum quod pugillatores vel cursores vel salubres et insalubres dicimus. Sed qui hoc querunt ignorare videntur illud esse solum genus: quod super se aliud genus non habeat. Illud vero solum speciem: quod sub se nulla species claudat. illa vero que inter genera generalissima species specialissimas sunt: communi posse generis et speciei nomine nuncupari. Quocirca quoniam de ea specie qualitatis aristoteles tractat: que nondum sit species specialissima: sed magis generis prima species: et huiusmodi species que possit esse et genus: nihil absurdum est eandem et speciei et generis loco ponere. Sed sunt quedam qualitates: a quibus denominatione quadam facta quelibet illa res dicitur: vt ab albedine album: vel a luxuria luxuriosum: vel quicquid huiusmodi est. in his que secundum potentiam naturalem non ita est. Ars enim ipsa pugillatoria non est posita: a qua pugillatores dicamus. Pugillatores. n. non dicuntur ab eo quod vsum pugillatorie artis exerceant sed ab eo quod ad eam secundum potentiam naturalem affecti sunt. quocirca quos dicimus pugillatores a pugillatoria dicti si sunt neque ab ea denominari possunt: sed magis a pugillatoria arte pugilles appellantur. Pugillis enim est: qui pugillatoria arte vtitur. atque hoc idem in ceteris licet videre. In his ergo nulla certa qualitas est: a qua cetera nominentur. Sed si qua tamen inuenienda atque exprimenda sit: talis est quam ipse aristoteles hoc modo denunciat: que sit secundum potentiam aliquid faciendi: vel impotentiam aliquid patiendi. Pugillatores enim et cursores icirco dicimus: quod habeant potentiam faciendi: idest currere atque esse pugiles. Salubres vero denominamus: quod ipsi habeant aliquam quodammodo impotentiam aliquid patiendi. qui enim minus ab extrinsecus accidentibus patitur hic de sanitate securus est. et qui de sanitate securus est illum salubrem esse re vera possimus predicare. Alia est qualitas que secundum nihil patiendi impotentiam dicitur. vt eos quos insalubres vocamus. hi enim impotentiam habent nihil patiendi: icirco quod habeant potentiam aliquid cito patiendi. quod si quis est qui ab extrinsecus accidentibus aliquid facile patiatur: ille potens est facillime egritudini subiacere: secundum quam potentiam insalubres dicimus. etiam si sint sani. Eodem quoque modo durum dicitur et molle. Durum enim est quod habet potentiam non citius secari. quod enim durum est: difficillime aliqua sectione diuiditur. Molle autem quod habeat impotentiam difficilius secari. quod quoniam molle secatur facile: secundum impotentiam difficilius secari molle dicimus. Et hec est secunda species qualitatis. nunc transeamus ad tertiam.

Tertia vero species qualitatis passibiles qualitates et passiones. sunt autem huiusmodi. vt dulcedo et amaritudo et austeritas et omnia his cognata. amplius et calor et frigus et albedo et nigredo. Et quoniam he qualitates sunt. manifestum est. Quecunque enim ista susceperint. qualia dicuntur secundum ea. vt mel quoniam dulcedinem suscipit. dulce dicitur. et corpus album eo quod albedinem suscipit. Similiter autem sese habent in ceteris.

Tertium genus qualitatis proponit. quod nos in partem qualitatis speciemque conuertimus passibiles qualitates et passiones. He autem a se plurimum distant: tamen cum vtraque qualitates sint vtraque prius docet post vero que eorum distantia esse videatur edisserit et prius eorum conuenientia proponit exempla. Nam quid sint passibiles qualitates dicens ait. vt dulcedo. vel amaritudo: calor et frigus: et nigredo et albedo: et alia his cognata. hec que superius comprehensa sunt qualitates esse illa ratione confirmat: quam in primordio de qualitatis disputatione ipsius qualitatis esse reddiderat Diffinitionem enim qualitatis esse prodixerat. secundum quam quales vocamus. Quod si secundum qualitates quales vocamus. ab amaritudine vero vel a dulcedine amarum vel dulce dicitur: A nigredine atque albedine nigrum atque album: quis dubitet has esse qualitates in quibus qualitatis conuenit diffinitio. Illa enim semper eiusdem nature esse creduntur: quecunque eiusdem descriptionis finibus terminantur: vt si qua res diffinitionem hanc que est animal rationale mortale susceperit eam hominem manifestum esse est. quocirca si hec quas passibiles qualitates vel passiones dixerat: suscipiunt qualitatis diffinitionem eo quod qualia dicuntur que illa susceperint: has etiam constat esse qualitates.

Passibiles vero qualitates dicuntur non quod hec que illas susceperint qualitates. aliquid patiantur. neque enim mel quod aliquid passum sit. icirco dicitur dulce. nec aliquid aliud huiusmodi. similiter autem his et calor et frigus passibiles qualitates dicuntur. non quod ipsa que eas suscipiunt. aliquid passa sint. sed quoniam singula eorum que dicta sunt. secundum sensuum qualitatem passionis perfectiua sunt. passibiles qualitates dicuntur. dulcedo enim quandam passionem secundum gustum efficit. et calor secundum tactum similiter autem et alia

Passibilium qualitatum exempla constituerat dulcedinem vel amaritudinem: frigus atque calorem: albedinem atque nigredinem: que cum passibiles qualitates sint: non tamen vno eodemque modo passibiles qualitates dicuntur sed longe distant rationes: quibus hec omnia qualitates passibiles appellantur: vt prius dulcedo vel amaritudo: calor et frigus passibiles qualitates dicuntur: non quo ea que sunt dulcia: aliquid extrinsecus patiuntur: nec vero ea que sunt amara: ex aliqua passione saporem asperum amaritudinemque susceperint. Neque enim mel aliquid passum est: vt ei dulcedo esset in natura. nec vero absinthium ab vlla aliqua extrinsecus passione amaritudinis horror infecit. quocirca hec et his similia non icirco dicantur esse passibiles qualitates: quod ipse aliquid passe sint sed quod ex his passiones quedam in sensibus dimittantur. Namque ex melle quod dulce est dulcedo quedam in gustu relinquitur: similique etiam calor et frigus passionem quandam sensibus faciunt. Patimur dulcedinem cum aliquid dulce gustamus: similique secundum caloris et frigoris qualitatem talium sensuum passionem subimus. Quocirca calor et frigus amaritudo atque dulcedo: icirco passibiles qualitates dicuntur: quod secundum sensuum qualitatem quandam in nobis efficiant passionem: non quod ipsa extrinsecus aliquid patiantur

Albedo autem et nigredo et alii colores non similiter his que dicta sunt. passibiles qualitates dicuntur sed hoc quod he ipse qualitates ab aliquibus passionibus innascuntur.

Quoniam vero passibiles qualitates etiam colores esse dicuntur

esse dicuntur: idest albedo ⁊ nigredo. Non autem eodem modo passibiles qualitates dicuntur: quemadmodum amaritudo atqꝫ dulcedo calor ⁊ frigus: nūc que eorum distantie esse possint exponit. Amaritudo enim atqꝫ dulcedo non ꝙ ipsa aliquid extrinsecus paterentur sed ꝙ ipse efficerent passiones: passibiles q̄litates vocabantur albedo vero ⁊ nigredo contrarie Non enim ꝙ ipse aliquas sensibus passiones importent: sed ꝙ ex aliis quibusdam passionibus innascant Hoc autem videtur. Aristoteles ex eo quodammodo considerasse: quod post ipse proposuit hoc modo.

¶ Quoniam ergo fiunt per aliquam passionem multe colorum mutationes manifestum est rubescens enim aliquis rubeus factus est ⁊ timens pallidus: ⁊ vnumquodqꝫ talium.

¶ Hoc autem ex non longi temporis passionibus ad passibiles qualitates ⁊ diutissime permanentes acutissima consideratione transfertur. fit enim rationis probabilitas hoc modo. Monstrantur enim colorum qualitates ex passionibus nasci. ꝙ cum verecundia passio quedam sit: ex ea rubor exoritur: ⁊ cum timor loco passionis habeatur: ab ea pallor metuentis vultum atqꝫ ora defigit Quare quoniam hi colores ex quadam passione videntur innasci: etiam in naturali colore eandem verisimile est euenisse rationem. Naꝫ quoniā cum verecundia fit. in os omnis sanguis egreditur: ⁊ velut delictum tecturus effunditur: ita quoꝙ fit rubor ex sanguinis progressione atqꝫ in apertum effusione. Quocirca si hoc ex snaturali passione contigerit: naturali facies rubore perfunditur: Pallor vero fit quotiens a facie sanguis ad precordiorum interiora ingreditur. Quod si hoc quoqꝫ naturalis passio det verisimile est eodem infectum colore procreari: Quocirca siue per egritudineꝫ pallor fit: quod naturale non est: siue per aliquem naturalem euentum passionis accidat: ceterasqꝫ ad eundeꝫ modum: passibiles qualitates dicuntur: eo ꝙ ex aliquibus passionibus sint. quod ipse aristoteles hac voce testatur

¶ Quare vel si quis naturaliter aliquid talium passus est: similem colorem oportet eū habere. Que enim affectio nunc ad verecundiam circa corpus facta est: ⁊ secundum naturalem passionem eadem fiet affectio: vt naturalis color sit similis.

¶ Nam siue aliquis vel nondum natus aliquid patiatur quo faciem sanguis relinquat: siue quolibet alio modo sanguis ex infantis vultu ad interiora migrauit: facieꝫ naturalis inficit pallor: ⁊ que nunc non naturales passiones dispositionesqꝫ sint: vt cum hi colores faciem vel totum corpus inficiunt: he si naturaliter contigerint eisdem: similibus signatus colorib⁹ vultus aspicietur. Nunc enim cum estus in superficie vultus sanguinem impositum decoxerit. ingrediens perusti sanguinis rubor reddit colorem. Quod si idē aliqua passione in faciem nondum geniti infantis acciderit: eandem verisimile est affectionem coloris corpus suscipientis inficere. Quare que in coloribus sūt iccirco passibiles qualitates dicuntur: si ꝙ ipse aliqd patiantur: sed ꝙ ex aliquibus passionibus in cuiuslibet corpus atqꝫ ora proueniunt.

¶ Quecunqꝫ ergo talium casuum ab aliquibus passionibus difficile mobilibus ⁊ permanentibus pricipium sumpserunt: passibiles qualitates dicuntur siue enim secundum naturalem substantiam pallor aut nigredo facta est: qualitates dicuntur: Quales enīꝫ ⁊ secunduꝫ eas dicimur: siue propter egritudinem longam vel estum aliquid tale contingit: vel nigredo vel pallor: ⁊ non facile preterit: ⁊ in vita permanet. qualitates ⁊ iste dicuntur. Similiter enim quales ⁊ secundum eas dicimur.

¶ Dat quoddaꝫ signuꝫ quo perspecto valeamus agnoscere: quas harum omnium que supradicte sunt: qualitates oportcat appellari. Si enī ita vel casu aliquo vel natura hec qualitates euenerit: vt eorum sit tardus exitus permutatioqꝫ difficilis: qualitates vocantur. Si quis enim vel per egritudinem vel per naturam pallidus fiat: sitqꝫ in eius corpore permanēs pallor: tunc qualitas appellatur. ⁊ hoc non in corporalib⁹ solum vitiis: sed etiam in animi quoqꝫ affectionibus inuenitur. Si quis enim vel per naturam vel quomodolibet alio postea casu assiduis commessationibus delectetur. ⁊ hoc illi quodammodo in ipsa mentis dissolutione permaneat: ab eoqꝫ difficile moueatur: passibilis qualitas effecta est; iccirco ꝙ secundum eam quales dicuntur: quibus illa prouenerit. Niger enim dicitur in quo nigredo permanserit. Commessator cui voluptas perpetua commessandi est. Est ergo signum in passibilibus qualitatibus hoc: eas esse immobiles ⁊ permanentes. que autem huiusmodi sūt q̄ facillime permutantur ⁊ temporali statu sunt; de his talis aristotelis videtur esse sententia.

¶ Quecunqꝫ vero ex his que facile soluuntur: ⁊ cito transeunt: fiunt. passiones dicuntur. qualitates vero minime. non enim dicimur secundum eas quales. neqꝫ enim qui propter verecundiam rubeus factus est. rubeus dicitur. nec cui pallor propter timorem venit. pallidus est. sed magis quidē aliquid passus sit. quare passiones huiusmodi dicuntur. qualitates vero minime. Similiter his. ⁊ secundum animam ⁊ passiones ⁊ passibiles qualitates dicuntur. Quecunqꝫ enim mox in nascendo ab aliquibus passionibus difficile mobilibus fiūt. qualitates dicuntur. vt dementia ⁊ ira ⁊ alia huiusmodi. quales enim secundum eas dicimur. idest iracundi ⁊ dementes. Similiter autem ⁊ quecunqꝫ alienationes non naturaliter. sed aliquibus casibus facte sunt difficile pretereuntes ⁊ omnino immobiles. ⁊ huiusmodi qualitates sunt. quales eniꝫ ⁊ secundum eas dicimur. Quecunqꝫ vero ex his que facile ⁊ cuius pretereunt fiunt. passiones dicū tur. vt si quis contristatus iracundior fit. non eniꝫ iracundus dicitur. qui in huiusmodi passione iracundior est. sed magis aliquid passus. quare passiones quidem huiusmodi dicuntur. qualitates vero minime.

¶ Quid de his affectionibus iudicaret: que ad presens tempus atqꝫ ad momentum animis vel corporibus inhererent: ipse non obscura oratione vulgauit. Naꝫ cum prius eas esse passibiles qualitates pronunciaret que ex aliquibus passionibus gignerentur: ⁊ tamen in subiectis immutabiliter permanerent: nunc illas affectiones que ita sunt in subiectis: vt cito pretereāt: nō qualitates sed passiones vocat. Si quis eniꝫ propter verecundiam rubore infectus est: quoniam rubor ille non permanet: rubeus non vocatur. Quod si rubeus

diceretur: esset quoq; ipse rubor passibilis qualitas: quoniam in subiecto corpore diutissime permaneret. Nunc autem quoniam nullo modo rubeus dicit: cui q̃ verecundia rubor venit: qualitates autem sunt secundum quas quales vocamur: verecundie rubor nõ qualitas: sed quedam passio est: nam si esset qualitas: ab eo rubore rubei dicerentur: idest quales: sed hoc non ita est. Non igitur. huiusmodi affectiones que non multo durant tempore qualitates vocantur: sed potius passiones. Passus enim aliquid dicitur qui ꝓpter verecundiã rubeus sit. Eadem ratio est in anime passionibus: Nam si ad momentum quis iratus est. non iccirco eum iure aliquis iracundum vocet: sꝫ si huiusmodi vitium in cuiuslibet animo constanter inheserit. Nam si quis vel per naturam vel per egritudinem sit lesus corpore: vt vel perpetuam dementiam: vel immobilem incurrat iracundiam: ille vel demens vel iracundus dicitur. Et quecunq; alienationes. (vt ipse ait) vel secundum naturam vel per casum permanentes fuerint ille in passibili qualitate numerantur: iccirco quod secundum eas quales dicimur. Que autem. (vt dictuꝫ est) non permanent: sed facile trasceunt: eas non qualitates: sed solum vocam⁹ passiones. Sed quoniam tres species qualitatis enumeravit: vnam secundum quam habitus dispositionesq; dicerentur. alteram secundum quam naturalis potentia vel impotentia ad aliquid faciendum vel patiendum subiectarum rerum naturas pararet. tertiã secundum quam passibiles qualitates dicerentur: & hanc tali duplicitate partitus est: vt alias iccirco diceret passibiles esse qualitates: ꝙ ipse aliquas gignerẽt passiones: alias vero ꝙ ab aliquibus ipse passionib⁹ nascerentur. Queri potest quomodo he quoq; passibiles qualitates distent a prima illa specie qualitatis que secundum habitum dispositionemq; preposita ẽ. Nam si quis calorem frigusq; per senserit: habet quidem qualitatem passibilem: sed tamen in eiusdem ipsius dispositione atq; affectione versatur. disposit⁹ namq; est ad eundem calorem atq; frigus: queꝫ sumpsit atq; habuit: quod scilicet ipse aristoteles videns calorem frigusq; in vtraq; specie numeravit. nameq; & dispositionem dixit calorem atq; frigus: & passibilem qualitatem. huius questionis talis solutio est. nihil impedit secundum aliam scilicet atq; aliam causam vnam eandemq; rem gemino generi specieiue supponere: vt socrates in eo ꝙ pater est ad aliquid dicitur. in eo vero quod homo substantia est. sic in calore atq; frigore in eo quod quis secundum ea videt esse dispositus: in dispositione numerata sunt. Secũdum vero ꝙ ex aliquibus passionibus innascuntur passibiles qualitates dicte sũt. Ipse vo ab habitu distant idest passibiles qualitates: quod in plurimis ad habitus rebus per artes atq; scientias pervenitur: ita vt ipse habitus ordine & filo quodam perficiatur. Passibiles vero qualitates eo modo minime. Quo vero distẽt he passibiles qualitates a secunda specie: que secundum naturalem potentiam vel impotentiã dicitur: queritur. Perplana distantia est. Dicimus enim secundum potentie naturalis speciem aliquid dici: non secundum presentem actum: sed secundum id quod ad hoc esse potest. frigus vero caloꝛq; & dulcedo vel amaritudo non secundum quod possit esse: sed secundum id quod iam sit: consideratur. Quocirca distat hec tertia species a secunda: ꝙ hic secundũ possibilitatem dicitur: tertia vero secundum actum.

Sed quod dudum promiscue passiones affectionum nomine vocabamus: hec quoq; non longa questio est. Sic enim invenimus ꝙ passio ab affectionibus discrepare videatur. Si qua enim corpora ita calefacta sint: vt ex se quoq; ipsa aliquem calorem emittere valeant: illa ad calorem affecta nuncupantur. Si qua vero tantum calorem momento susceperint: passiones dicimus: & ab affectibus: segregamus: vt hoc sit integrum passionum affectio nunq; ad habitus augmentum: vt amplificata passio in affectionem transeat: augmentata affectio in habitum permutetur. & hec quidem de tertia specie qualitatis pronuntiasse sufficiat: Nunc quarte speciei viꝫ naturamq; veracissima disputatione confirmat: vsquequo progressa qualitatis distributio conquiescit. Nobis quoq; disputationum prolixitas moderanda est. Providendum quoq; est vt sufficiẽs brevitas ordini expositiõis adhibeatur: ne aut brevitatem comitetur obscuritas: aut planitiem minus moderata oratio odioso fastidio & in longinquitate deformet.

¶ Quartum vero genus qualitatis est figura. et circa vnum quodq; constans forma. amplius ad hec rectitudo & curvitas. & si quid simile est his. secundum enim vnumquodq; eorum quale quid dicitur. triangulum enim vel quadrangulum esse quale quid dicitur. & rectum aut curvum.

¶ Quarta est species qualitatis que scdm vnãquãq; formam figuramq; perspicitur. Est autem figura: vt triangulum vel quadratum. forma autem ipsius figure quedam qualitas est. vt figura quidem est triangulum vel quadratum. forma autem ipsius triãguli vel quadrati quedam qualitas. vnde etiam formosos homines dicimus. figura enim quedam vel pulchrior: vel mediocris: vel alio quodãmõ cõstituta qualitas formaq; noiat. Has aũt esse qualitates nullus dubitat. Sigdẽ & a figura di figurat⁹: & a forma formos⁹. Amplius quoq; triãgulũ etiã a triagulatione denominatũ est: & q̃dratũ a q̃dratura. Quod si ille sunt q̃litates: sꝫ q̃s quale aliquid appellatur nõ ẽ q dubitet formã figurãq; eẽ q̃litates: qm̃ oia q̃ his participant ex his ipsis qualia nominãt̃ sꝫ qm̃ i cõtinue q̃ntitatis spẽb⁹ & triãgulũ & supficies enũerata ẽ: ipsa qdeꝫ superficies quãtitas ẽ ipsi⁹ vero superficiei cõpositio qualitas. ẽ.n. figura (vt geometrici diffiniunt) que sub aliquo vel aliquibus terminis cõtinetur. Sub aliquo quidem: vt circulus: sub aliquibus vero vt triangulum vel quadratum. quare spacium quideꝫ ipꝫ: qd̃ ex supradictis lineis continetur: superficies di: q̃ ẽ q̃ntitas. Superficies nãq; quoniam in dilatione quadã & spatio cõstat: quantitas est: sed cõpositio ipsi⁹ superficiei qualitas. Nam quoniam tres linee convenienter in se iunctis terminis spacium conclusere: qd̃ tribus angulis & tribus lineis continetur: hoc ipsum spacium qd̃ concludunt: ad quantitatem referri põt qd̃ vo tribus lineis hoc est qualitas. figura enim est triangula. hoc idem quoq; dici potest ẽt in linea. Nã qm̃ longitudo sine latitudine est: ad quantitatẽ dicit̃ quod recta sive curva est; redditur rursus ad q̃litatẽ.

¶ Rarum vo & spissum & asperũ & lene putabũtur quidẽ qualitatẽ significare. sꝫ aliena hmõi putãtur esse a divisione que circa qualitatẽ est. quãdã enꝫ positionem magis videtur vtrumq; partium significare. spissum quidem est eo ꝙ partes sibiipse propinque

pinque sint. rarum vero eo q distent a se inuicem. ⁊ lene quidem quod in rectum sibi partes iaceant asperum vero quod hec quidem pars superet: illa vero sit inferior. Et fortasse alij quoque apparebunt qualitatis modi: sed qui maxime dicuntur fere tot sunt. qualitates itaque sunt que predicta sunt: qualia vero sunt: que secundum hec denominatiue dicuntur: vel quomodolibet aliter ab his.

¶ Quedam sunt que videntur esse qualitates: quoniam ex his aliqua denominatiue dicitur: vt lene quoniam dicitur a lenitate: ⁊ asperum quoniam dicitur ab asperitate. spissum quoque ⁊ rarum a raritate ⁊ spissitate nominantur. videntur ergo hec quoque in qualitatibus posse numerari. Sed rectam rationem perspicientibus nec solum auribus que dicuntur: sed etiam mente atque animo iudicantibus in qualitatibus hec poni non oportere manifestum est. Nam quod dicimus rarum: positio quedam partium est non qualitas. Nam quia ita partes a se separate distant: vt inter eas alieni generis corpus possit admitti: ideo rarum vocatur vt spongie pumicesque: quoniam in eorum cauernis surculus vel aliud quid immitti potest: ita vt inter rimas partium sit: iccirco rarum dicitur. Porro autem spissum: quoniam ita sibi partes vicine sunt atque ad se inuicem stricte: vt inter eas nullum corpus possit incidere: atque ideo spissum vocatur: vt est ferrum vel adamas. Positio ergo quedam partium his inest non qualitas. nec vero illud quoque distat: quod dicitur lene. Nam quoniam partes ita sunt posite: vt neutra superet: neutra sit minor: sed equalibus extremitatibus iuncte sunt: iccirco quedam lenitas est: vt adducta manus illam que ex equalitate iunctis partibus nata est: sentiat lenitatem: vt est argentum. Asperitas vero est partium non equalis positio: sed aliarum eminentium: aliarum vero depressarum vt cuius alie partes eminent: alie vero depresse sunt. Ergo secundum vnamquamque partium positionem vel raritas vel spissitudo vel asperitas vel lenitas corporibus est. Non igitur hic secundum qualitatem dicuntur: sed potius secundum positionem. Positio autem in relationis genere nominata est. Non igitur hec qualitates: sed potius relatiue sunt. ⁊ enumerationes quidem specierum qualitatis aristoteles hic terminat. Non sunt tamen putande solum esse qualitates quas supra posuit. Ipse enim testatur esse quoque alias qualitates: quas modo omnes numerare neglexit. Sed cur neglexerit multe sunt cause. Prima quod elementi vicem hic obtinet liber: nec perfectam scientiam tradit: sed tantummodo aditus atque pons quidam in altiora philosophie introitum pandit. Quocirca si hoc ita est: tantum dicere oportuit: quantum ingredientibus satis esset: ne eorum animos nondum ad scientiam firmos multiplici doctrine subtilitate confunderet que vero hic desunt in libris: qui μετὰ τὰ φυσικά inscribuntur apposuit. Perfectis namque opus illud non ingredientibus preparatur. Est quoque alia causa: vt nos ad exquirendas alias qualitates non solum propriorum dictorum: sed etiam nostrorum aliquid inueniendi incitator admitteret. Quocirca concludit eas que maxime dicerentur: quas supra proposuit esse qualitates. Illa vero dici qualia que secundum predictas qualitates dicerentur. sed quoniam addidit. vel quomodolibet ab his. que sit huiusce propositionis sententia prius appositis aristotelis verbis sequens expositionis ordo contexit.

¶ In pluribus quidem ⁊ pene in omnibus denominatiue dicuntur: vt ab albedine albus ⁊ a grammatica grammaticus: ⁊ a iustitia iustus. similiter ⁊ in alijs. In aliquibus vero eo quod non sint posita qualitatibus nomina non contingit ab eis denominatiue dici: vt cursor: aut pugillator qui secundum valitudinem naturalem dicuntur: a nulla qualitate denominatiue dicuntur. Non enim posita sunt nomina valitudinibus: secundum quas isti quales dicuntur. sicut in disciplinis. secundum quas vel pugillatores vel pallestrici secundum affectionem dicuntur. Pugillatoria enim ⁊ palestrica disciplina dicitur. quales vero ab his denominatiue hi qui ad eas afficiuntur dicuntur. Aliquando autem ⁊ posito nomine denominatiue non dicitur id quod secundum ipsum quale dicitur. vt a virtute studiosus dicitur. Virtutem enim habendo studiosus dicitur. sed non denominatiue dicitur a virtute. Non autem in pluribus hoc tale est. que autem dicuntur qualia. aut denominatiue a predictis qualitatibus dicuntur. aut aliquo modo aliter ab his.

¶ Multe inquit sunt qualitates: quibus positis ⁊ proprio nomine nuncupatis ab his alia denominatiue dicuntur: vt ea que ipse planissime adiecit exempla. Nam cum albedo cuiusdam nomen sit qualitatis: ab eo dicitur albus. Eodem quoque modo ⁊ grammatica cum rei sit nomen ab ipso quales dicuntur. Grammatici enim a grammatica nominantur. atque hoc est in pluribus vt posito nomine si quid secundum ipsas qualitates quale dicitur: ex his ipsis qualitatibus appellatio deriuetur. Alie vero qualitates sunt: in quibus cum nomen positum non sit: tamen quales dicuntur. quales quidem quia alia qualitate participant: sed non secundum eam qualitatem quales dicuntur: ex qua si his esset qualitatibus nomen positum: poterant appellari: vt in ea qualitate que secundum potentiam naturalem dicitur. Illi enim quamquam quales dicantur: hi qui secundum ipsam potentiam nominantur: ipsi tamen (vt dictum est) nullo proprio nomine nuncupantur. Nam qui pugiles appellantur ab arte pugillatoria: iccirco ab ea pugiles dicuntur: quod ad eandem ipsam artem pugillatoriam quodammodo affecti sunt Iam enim pugiles ab arte pugillatoria predicantur. Qui vero nondum pugiles sunt: sed esse possunt non secundum ipsam artem idest pugillatoriam: sed secundum potentiam pugillatorie artis pugillatores vocantur. Ipsi autem potentie nomen proprium positum non est. Nam quemadmodum a cursu cursores: a palestra palestrici: a pugillatoria pugiles distinctis qualitatum vocabulis appellantur: non eodem modo est etiam in vniuscuiusque rei potentia naturali. cur sua enim potentia naturalis: secundum quam cursores vocamus: ⁊ rursus potentia pugillandi: vel potentia palestrizandi suo nomine distincta non est. Cur enim dicitur cursor si interrogemur de eo qui nondum est cursor: dicimus secundum potentiam naturalem. Cur palestricus: eodem quoque modo naturalem potentiam respondemus. Quare pugillator qui nondum est pugilis: ab eadem quoque potentia naturali nominatur. Si igitur haberet hec naturalis potentia proprium nomen: ita distinctis vocabulis appellaretur: vt in his qualitatibus in quibus proprie nomen est positum: vt in

cursu vel palestra vel arte pugillatoria. ⁊ hoc qđ ait. In aliquibus vero propterea q̄ qualitatibus nomina non sunt posita: impossibile est ab his aliquid denominatiue dici: Ut hoc scilicet demonstraret cursorez quidem qui iam curreret a cursu esse dictum. cursorē vō qui hēt potentiam currendi: diceret nō vocari a cursu: sed tantum a potentia: cuius potentie nomen proprium non esset positum. Quare hec omnia que secundum potentiam naturalem dicuntur. a nulla q̄litate denominatiua sunt. Iccirco q̄ he qualitates a quibus denominari possunt: proprijs nominibus carent. que vero ita sunt: vt non ex potentia: sed ex affectione dicantur: ab his qualitatibus ad quas sese aliquo modo habent denominatiue dicuntur quod Aristoteles hoc protulit modo dicens. Non ita esse secundum potentiam naturalem: quemadmodum etiam in disciplinis secundum quas vel pugillatores vel palestrici secundum affectionem dicuntur. Pugillatoria enī disciplina dicitur ⁊ pallestrica: quales vero ab his denominatiue: qui ad eas sunt continentes: dicuntur. Docuit igitur omnia que a quibusdam qualitatibus dici putarentur: vere quoq̄ a qualitatibus non predicari: vt in his qualitatibus quibus nomen proprium non est. Illud quoq̄ monstrauit hoc in pluribus euenire: vt de propositis qualitatibus qualia denominatiue dicerentur. Restat ergo quod reliquum est: vt dicat esse quasdam qualitates quarum cum nomen sit positum: ab his ipsis tamen que illarum rerum participant denominatiue non dici: vt virtus. Nam cum virtus qualitas sit (est enim habitus quidam: omnis vero habitus qualitas) Ergo quicunq̄ virtute participat: non secundum eam denominatiue dicitur. In denominatione enim querendum est: vt semper idez permaneat nomen. In eo autem qui virtute participat. nulla virtutis denominatio ē: vt qui bōitate participat: bonus dicitur: qui iustitia: iustus: ⁊ alia huiusmodi. Qui vero virtute participat: aut probus nominatur aut sapiens: sed neq̄ probus neq̄ sapiens a virtute: denominatiua sunt Iccirco q̄ vtrūq̄ nomen a virtute longe dissimile est. quod ipse sic ait. Aliquādo autem posito nomine denominatiue non dicitur qđ secundum ipsum quale dicitur. Et eius rei proponere non omisit exemplum. sed hoc in multis non potest inueniri pauca enim sunt (vt ipse ait) in quibus posito qualitatis nomine que his participant: a superiori q̄litate qualia non dicantur. Dat autem his qualitatibus pluralitatis calculum: ex quibus qualia nominantur ea que his participant. Nam (vt ipse ait superi⁹) in pluribus ⁊ pene in omnibus denominatiue dicuntur. Quocirca recta diffinitio est ⁊ proprio ordine cōstituta. Nāq̄ in principio hoc solum dictum est esse q̄litatem secundum quam qualia dicerentur. Sed quoniam sunt quedam quorum qualitates ipse proprijs nominibus carent que vero his participant: suis vocabulis appellantur: vt in naturali potentia. Et rurs⁹ sunt quedam: que in qualitatibus quidem habeant ꝓpria nomina. In his vō que ad eas ipsas qualitates essent affecta: nulla ex propositis qualitatibus denominatio fieret: hoc addidit. Ab omnibus qualitatibus aut denominatiue dici qualia: que illis qualitatibus participarent: aut quomodolibet. aliter i. siue posito nomine qualitatis de eo non dicerentur: que illa participarent vt in eo quod est virtus: siue ipsi qualitati positum nomen non esset. vt in eo quod est potentia naturalis. Quare quoniam in his duabus qualitatibus: in quibus vel posito nomine non secundū nomē que sunt qualia denominatiue dicuntur: vel cum ipsis qualitatibus nomen positum non sit: neutra ipsorum predicatio denominatiue fit. Ad concludendū omnē terminum qualitatis ait: aut denominatiue qualia a qualitatibus appellari: aut quomolibet aliter ab ipsis vt non denominatiue: sed aliquotiens quidem secundum potentiam: aliquotiens vō secundum eandem q̄litatem virtutis eadem enim qualitas est virtutis ⁊ sapientie quocirca concludit ita qualia dici quecūq̄ ex his qualitatibus denominatiue dicerētur: vel quoquomodolibet alio ab ipsis modo. Digestis in ordine prius omnibus qualitatib⁹ ex eorum conclusione reperta: consueto ordine vnaqueq̄ proprietas vestigatur.

❡ Inest autem ⁊ contrarietas secundum quale. vt iustitia iniustitie contraria est. ⁊ albedo nigredini ⁊ alia similiter autem ⁊ ea que secundum eas qualia dicuntur. vt iustum iniusto. ⁊ album nigro. non autem in omnibus hoc est. rubro enī vel pallido aut medijs huiusmodi coloribus nihil contrarium est qualitatibus existentibus.

❡ Dicit in qualitatibus quedam esse contraria: atq̄ hoc probat exemplis. albedo namq̄ ⁊ nigredo contraria sunt ⁊ quecūq̄ albedine nigredineq̄ participant. hoc est enim quod ait: ⁊ secūdū eas qualia que dicūt nam sicut albedo nigredini contraria est: ita quoq̄ albus nigro. sed hoc qualitatis proprium non est. nam cum rubrum ⁊ pallidum qualitates sint: alijq̄ etiam colores huiusmodi in his contrarium nō ē. nullus. n. dicit aliquid rubro vel pallido eē c̄triū naȝ quoniam album ⁊ nigrum extremitates quedam colorum sunt ⁊ longissime a se distant: contraria sunt. Medietates vero contraria non habent. Nam si quis ponat rubrum nigro esse contrariū longissimeq̄ distantia sunt contraria. Longissime igitur nigredo a rubore distabit: ⁊ rursus albedo a nigredine plurimum distat. Est igitur nigredini rubor atq̄ albedo cōtraria vniusq̄ rei duo cōtraria inueniuntur quod fieri non potest. Non est igitur nigredini contrarius rubor. Similiter autem monstrabimus ⁊ in alijs medijs coloribus contrariū non esse. Quocirca si huiusmodi coloribus contrarium nihil est: non in omni qualitate cōtrarietas reperitur. quod si ita est: suscipere contraria qualitatis proprium non est. At vero nec in ipsis quoq̄ formis que manifeste qualitates sunt contrarietas inuenitur. nam neq̄ circulus quadrato: neq̄ quadratus triāgulo: nec vlla figura vlli figure potest esse contraria. Quocirca manifestum est suscipere cōtrarium non esse proprium qualitatis. Sed quoniaȝ sunt quedam in qualitate que sibimet videantur esse contraria: vt iustitia ⁊ iniustitia: hinc quedam questio solet oriri. Dicunt enim quidam iustitie iniustitiam non esse contrariam. putant enim quod dicitur iniustitia priuationem esse iustitie: non tamen contrarietatem. Contraria enim proprijs nominibus nō cōtrarij priuatione nominari: vt album nigro. habere tamen iustitiam aliquam contrarietatem: cui⁹ adhuc proprium nomen non sit inuentum: quod omnino falsum est. Multe enim habitudines priuationis vocabulo proferuntur: vt liberalitas ⁊ illiberalitas: prudentia ⁊ imprudentia. que nunq̄ virtutibus opponerentur: que sunt habitus: nisi ipse quoq̄ habitus essent: ⁊ in animis habentium immutabiliter permanerent. At vero neq̄ illud verum ē oēs priuatiōes negatiōe

proferri

pferri. Surditas enim cum sit auditus priuatio. sine negatione profertur: eodē quoqȝ modo cecitas: Nullus enim dicit inauditio: neqȝ inuisio; nec aliquid huiusmodi. sed nisi surditas cecitasqȝ nominantur proprijs nominibus: cum sint illa i habitu visus: audit⁹: illa in priuatione ponenda. Igitur iustitia iniustitie contraria est. Tradit ergo regulam ea que contraria sunt sub quo genere conuenienter aptentur: quam regulam his verbis ipse perscribit.

¶ Amplius si ex contrarijs vnum fuerit quale: hoc palam est quoniam reliquum erit quale proponenti ex singulis alia predicamenta vt si est iustitia iniustitie contrarium quale autem est iustitia. quale igitur est iniustitia. nullum enim aliorum predicamentorum aptabitur iniustitie nec quantitas: nec ad aliquid: nec vbi: nec omnino aliud quicquid nisi quale. sic autem ⁊ in alijs que sunt secundū quale contraria.

¶ Si ex duobus inquit contrarijs manifestum fuerit vnum eorum contrariorum sub qualitate poni: simul manifestum erit quod etiam eius contrariuȝ conuenienter qualitati supponatur: simulqȝ demonstrat iniustitiam esse qualitatem. Nam si iustitia apertissime qualitas est: iccirco quod neqȝ quantitas: neqȝ ad aliquid: neqȝ vbi: nec quando: nec aliud vllum predicamentum est: nec sub vllo alio genere poni potest nisi sub sola qualitate: cum ei contraria sit iniustitia: non est dubium iniustitiam quoqȝ qualitati subnecti: qδ ipse quoniam planius dixit: ⁊ ipsa exemplorū luce vulgauit: ad aliud nobis est transeundum.

¶ Suscipit autem qualitas magis ⁊ minus. albuȝ enim magis ⁊ minus alterum altero dicitur. ⁊ iustum alterum altero magis ⁊ minus dicitur. sed ⁊ ipsa crementum suscipiunt. cum candidum namqȝ sit. amplius contingit candidum fieri. non tamē oīa sed plura. Iustitia nāqȝ a iustitia si dicatur magis ⁊ minus potest quilibet ambigere. similiter ⁊ i alijs affectibus. quidam enim de talibus dubitant iustitiam namqȝ a iustitia non multū aiunt magis ⁊ minus dici. nec sanitatem a sanitate.. Minus autem alterum altero habere sanitatem aiunt. ⁊ iustitiam minus alterum altero habere sic autem ⁊ grāmaticam. ⁊ alios affectus. Sed tñ ea que secūdū eos affectus dicuntur qualia indubitāter recipiūt magis ⁊ minus. ⁊ grammaticior enim alter altero dicitur. ⁊ iustior. ⁊ sanior similiter ⁊ in alijs

¶ Aliud quoqȝ proprium protulit quod tracta ratione ab integra proprietate qualitatis exclusit. Ait enim q̄litates posse vel intendi vel minui. Posse enim dici alterum altero plus album: vt nix argento: ⁊ que candidiora sunt marmora. ⁊ iustum alterum altero magis ⁊ minus dicimus. Namqȝ iustius aliquid factum: nec non iustissimum est. In quibus autem comparationes sunt: in his magis minusqȝ dici manifestum ē. hoc quoqȝ modo ipsum album vel alia qualitas nō solum contra alteram eiusdem speciei comparata ⁊ intensione crescit ⁊ relaxatione minuitur: sed etiam ad seipsam recipit comparationem. Dicitur enim nunc quidem argentum candidius esse q̄ȝ antea cum fuerit detersum. Sed tum hic ita sit: non est magis minusqȝ suscipere proprium qualitatis. neqȝ enim sola qualitas magis minusqȝ suscipit. hec enim intensio ⁊ relaxatio in his quoqȝ que sunt ad aliquid inueniuntur: vt in eo quod est equale ⁊ inequale possumus dicere plus equale vel minus: ⁊ in ceteris huiusmodi. nec vero omnes qualitates suscipiunt magis ⁊ minus quod ipse sic ponit. Non autem in omnibus hoc est sed in pluribus. Dubitabit enim quis an iustitia magis esse iustitia dicatur: similiter autem ⁊ in alijs affectionibus. quidam vero in hoc dubitant. dicunt enim iustitiam iustitia non magis vel minus dici: nec sanitatem sanitate. minus autem habere alterum altero sanitatem dicunt: ⁊ iustitiam minus alterum altero habere. In hoc tres fuere sententie. Quedam namqȝ dicebant i omnibus secundum materie habitudinem reperiri posse magis ⁊ minus. Proprium namqȝ esse materie corporumqȝ intensione crescere ⁊ minus relaxatione: que quorundam platonicorum sententia fuit. Alia vero que secundum certissimas verissimasqȝ artes atqȝ virtutes non diceret esse magis ⁊ minus. Secundum autem medias dici posse: vt hec ipsa grammatica atqȝ iustitia non dicitur magis grammatica neqȝ magis iustitia. Esse autem quasdam alias mediocres artes in quibus idipsum posset euenire. Tertia est de qua aristoteles loquitur q̄ ipsas quidem habitudines nulla intensione crescere: nec diminutiōe decrescere putat: sed eorum participantes posse sub examine comparationis venire vt de his magis minusue dicatur. Sanitatem namqȝ ipsam ⁊ iustitiam alteram altera magis minusue non esse. Neqȝ enim quisq̄ȝ dicit magis esse sanitatem alia sanitate. Sed hoc solum dicere possumus magis sanitatem habere aliquem .i. esse saniorem: ⁊ magis sanum ⁊ minus sanum. Dicimus ergo q̄ ipse quidem qualitates non suscipiunt magis ⁊ minus. Qui vero secundum eas quales dicuntur: ipsi sub comparatione cadūt: vt iustior ⁊ sanior ⁊ grāmaticior. Namqȝ ipsa grammatica .i. litteratura non suscipit magis ⁊ minus. nullus enim dicit alteram altera magis esse grammaticam: sed eum qui grammatica ipsa participat. Dicimus litteratum quem a litteratura scilicet denominamus: litteratus autem suscipit magis ⁊ minus: vt dōatus grāmatic⁹ pl⁹erat etate iam prouecta grammaticus .i. litteratus: quam cū primū ad huiusmodi studia deuenisset: ⁊ q̄ȝq̄ȝ se hec ita habeant. tamen inuenimus aliquas qualitates: in quibus indubitate comparatio inueniri non possit vt sunt quas ipse supposuit.

¶ Triangulus vero ⁊ quadrangulus non videtur magis ⁊ minus suscipere. nec aliqua aliaȝ figuraȝ

¶ Hec enim que ex quarta specie qualitatis dicta sunt: magis minusue nulla ratione suscipiunt: nullus enim dicit plus eē alium circulum q̄ȝ alium: nec magis esse illud triangulum q̄ȝ illud dicitqȝ fortasse maior ē: magis autem non dicit. Huius autem rei hec ratio est: vt cum sit trianguli diffinitio: figura que sub tribus rectis lineis continetur: si qua sunt que hanc diffinitionem in se suscipiant: vt ⁊ ipsa trib⁹ rectis lineis cōtineāt: ꝓprie triāgule forme sunt. eodē quoqȝ modo ⁊ circul⁹ ita diffinitur. Circulus est figura plana. que sub vna linea cōtinet: ad quā ex vno puncto qui intra ipaȝ ē oēs que exeūt linee eq̄ sibi sunt. Rursus q̄dratī diffinitio talis est. Quadratū est quod quatuor eq̄libus lineis ⁊ quatuor rectis angulis cōtinetur. Quecunqȝ igitur vel cirtuli diffinitionem suscipiunt: vel q̄drati: equaliter vel circuli vel quadrate forme sunt. si

qua vero non suscipiunt: nullo modo sunt. Siqua vero sunt: que neqz quadrati suscipiunt diffinitionem: neqz circuli: neqz quadrati sunt neqz circuli: vt est figura que parte altera longior dicitur. Illa enim ita diffinitur: parte altera longior figura est: que sub quattuor lineis continetur: rectisqz angulis que quattuor linee eque sibi quidem non sunt: contra se vero posite hec sibi eque sunt ergo quia huiusmodi figura neqz circuli diffinitionem capit: neqz quadrati equaliter neqz circulus neqz quadratus est. Siqua enim cuiuslibet forme diffinitionem suscipiunt: omnino eadem sunt. Ut qui circuli circulus qui quadrati quadratus: qui trianguli triangulus: qui parte altera longioris parte altera longior: et in ceteris eodem modo. Siqua vero non suscipiunt: vt triangulum circuli diffinitionem non capit: neqz omnino circulus est nec potest dici inter quadratum et triangulum: quoniam vtraqz circuli diffinitionem non capiunt. quadratum quidem plus esse circulum: triangulum vero minus. omnino enim vtraqz a circuli ratione disiuncta sunt quod his verbis ab aristotele tractatur.

Quecunqz enim diffinitionem trianguli suscipiunt et circuli omnia similiter trianguli vel circuli sunt. Eorum vero que non recipiunt: nihil magis alterum altero dicitur. nihil enim quadratum magis quam parte altera longior forma circulus est: nullum enim ipsorum recipit circuli rationem. Simpliciter autem si vtraqz non recipiunt propositi rationem non dicetur alterum altero magis. Non ergo omnia qualia recipiunt magis et minus. horum itaqz que predicta sunt. nihil est proprium qualitatis.

Nam et si hoc diffinitio facit: vt demonstret rationem cuiusqz substantie: quecunqz diffinitione discrepant illa etiam ipsa nature substantia discrepabant. Recte igitur si qua cuiuslibet rei proposite siue trianguli siue quadrati diffinitionem non capiunt: ab eiusdem ratione natura disiuncta sunt. Quocirca neqz triangulum neqz quadratum neqz circulus: neqz quicquid horum est: suscipiunt magis et minus. Sed cum hec qualitates sint: non omnes qualitates eque magis minusue suscipiunt. Quod si neqz in omni qualitate intensio diminutioqz prouenit: neqz in sola: quod hec eadem in relatione reperias: non est magis minusue suscipere proprium qualitatis. Quoniam igitur qualitatis proprium esse dicendum est: id ergo planissime ipse subter posuit.

Similia vero et dissimilia secundum solas dicuntur qualitates. Simile enim alterum alteri non est secundum aliud. nisi secundum illud quod quale est. quare proprium erit qualitatis secundum eam simile et dissimile dici.

Simile inquit et dissimile sole retinent qualitates. Nam quamuis simile ad aliquid sit tamen hoc ipsum quod dicimus simile non dicimus nisi quod quale est. Nam si eadem qualitas sit in duobus: illa in quibus est similia sunt. nec est aliud predicamentum: secundum quod simile et dissimile dici possit et de aliis quidem omnibus notum est quoniam de vllo non dicitur. Quod si quis de quantitate affirmet dici posse secundum eam simile atqz dissimile: monstratum est secundum quantitatem non simile et dissimile: sed equale et inequale predicari. Et quoniam per singula queqz pergentibus et in omnibus idem qualitatibus inuenitur: et in nullo alio predicamento esse perspicitur: recte hoc proprium qualitatis esse firmauit. Sed quoniam cum de his que referuntur ad aliquid tractaretur: affectus atqz habitus in his que sunt ad aliquid numerauit. Nunc vero easdem quoqz qualitati supposuit: ipse sibi quandam obiecit questionem: cur si prius sub his que ad aliquid referuntur: ista subiecerit: nunc sub qualitatibus eadem posuerit. Superius namqz monstrauit ea que essent a se diuersa: easdem species habere non posse: cum dicit diuersorum generum et non subalternatim positorum diuerse specie differentie sunt. Quocirca cum relatio atqz qualitas diuersa sint genera: easdem vtrisqz supponi species non oportet. hoc est enim quod dicit.

At vero non decet conturbari. ne quis nos dicat de qualitate propositionem facientes multa de relatiuis interposuisse. habitus enim et dispositiones horum que ad aliquid sunt. esse dicebamus. pene enim in omnibus talibus genera ad aliquid dicuntur. nihil autem eorum que singula sunt. Nam et disciplina genus sit. hoc ipsum quod est alterius dicitur. alicuius enim disciplina dicitur. eorum vero que singula sunt. nihil ipsum quod est alterius dicitur. vt grammatica non dicitur alicuius grammatica. nec musica alicuius musica. sed forte secundum genus hec ad aliquid dicuntur. vt grammatica dicitur alicuius disciplina non alicuius grammatica et musica alicuius disciplina non alicuius musica. Quapropter que quidem singularia sunt. non sunt ad aliquid.

Quam questionem validissima argumentatione dissoluit his scilicet verbis. Pene enim ea que sunt in his generibus ad aliquid dicuntur. Eorum vero que sunt singillatim idest species nihil huiusmodi sit. Hec enim est argumentatio: quam greci ἐπιχείρημα vocant. In huiusmodi affectionibus atqz habitudinibus: que interea sunt genera: eas solas ad aliquid posse reduci. que vero species essent illorum generum non posse in relatiuis: sed in qualitatibus numerari: vt scientia cum sit habitudo habet sub se alias habitudines grammaticam et geometricam. In hoc igitur scientia ipsa quod genus est ad aliquid semper refertur. dicimus enim scientiam alicuius scientiam. Grammaticam vero que eius species est nullus dicit alicuius esse grammaticam dicatur enim si fieri potest grammaticam aristarchi esse grammaticam. Sed omnia quecunqz dicuntur ad aliquid conuertuntur. Dicitur ergo et aristarchus grammatice aristarchus: quod fieri non potest. Non igitur grammatica aristarchi: vt ad aliquid dicitur. Est etiam hec argumentatio non species sed huiusmodi genera ad aliquid appellari: vt cum ipse quidem species ad aliquid non dicantur: vt grammatica non dicitur alicuius grammatica: si quando tamen est vt species ad aliquid referatur: id non secundum se sed secundum genus: vt grammatice quoniam genus est scientia: que relatiua est. si quis grammaticam ad aliquid referre contendat: non potest secundum ipsam grammaticam eam ad aliquid predicare: sed secundum scientiam. i. secundum genus suum. Non enim dicitur grammatica alicuius grammatica sed fortasse grammatica alicuius scientia. Non ergo grammatica secundum grammaticam ad aliquid dicitur. sed secundum scientiam. Et hoc est quod ait. vt grammatica non dicitur alicuius grammatica: nec musica: sed fortasse secundum

genus

genus proprium iste dicuntur alicuius: vt grammatica alicuius dicitur scientia: non alicuius grammatica. Ergo singularum . specierum nihil est quod aliqua relatione predicetur. Genera vero harum specierum relatiua sunt que paulo superius dixi: quod. n. ait pene enim in omnibus talibus genera ad aliquid dicuntur. Eorum vero que sunt singularia nihil. hoc demonstrare voluit: genera ipsa habitudinum dispositionumq; esse relatiua: species vero generum quas singillatim esse dixit: ad aliquid nullomodo predicari. Quas iccirco esse singillatim vocauit quia grammatica vna est: ⁊ rursus musica vna: scientia vero non vna. Recte igitur species scientie singillatim esse nominauit. Constat igitur ꝙ genera huiusmodi habitudinum dicantur ad aliquid: species vero ad nihil aliud propria predicatione referātur. Quocirca quoniā huiusmodi species relatiuas non esse demonstrauit nunc ꝙ reliquum est qualitates esse confirmat.

¶ Dicimur autem secundū singula quales. Hec enim ⁊ habemus. Scientes enim dicimur: ꝙ habemus singulas sciētias aliquas. Quare hec erūt etiam qualitates: que singularia sunt: secundum q̄s etiam quales dicimur. Hec autem non erunt eorū que sunt ad aliquid.

¶ Illas esse qualitates superius confirmatū est: ex q̄bus aliqui quales vocarentur. nos autem iccirco grāmatici dicimur: non ꝙ vniuersalem scientiam: sed ꝙ ipsam grammaticam habeamus: ⁊ hoc vere dicitur. Iccirco nos dici scientes: quia grammatici sumus: potius q̄ꝫ iccirco grammaticos quod aliquam scientiam retinemus. Nullus enim a generali scientia grāmaticus aut sciens: nisi a singillatim scientia sciens grammaticusq; perhibetur. Igitur quoniaꝫ ex his habitudinum speciebus quales vocamur: ipse species in qualitate numerande sunt. Sed cum quis grammatica participat: de ea etiam genus dicitur: ⁊ secundum eam non solum ad grammaticā. sed ad scientiam quoqꝫ coniungitur. Dicitur enim iccirco sciens: ergo quoniam habens grammaticam: ⁊ sciens ⁊ grāmaticus dicitur; non potest vlla scientia participare: qui singulas non habuerit. qui enim cunctis speciebꝰ caret: illi quoqꝫ genere ipso carendū est. Quare quoniam has species habemus: ⁊ secundum eas quales dicimur: vt a grammatica scientes ⁊ grāmatici nūcupamur: has autem ipsas species monstratum ē ad aliquid non referri. Recte igitur huiusmodi habitudines que in alterius relatiuis species sunt: in qualitate enumerate sunt. Quod si quis hoc quoqꝫ inuitus: accipiat aliud addit quo totum questionis vinculum solueretur: ait enim.

¶ Amplius si contingat hoc ipsum ⁊ quale ⁊ relatiuum esse. nihil est inconueniens in vtrisq; hec generibus enumerare.

¶ Nam cum sit verum vnam eandemq; rem duobus diuersis generibus non posse esse suppositaꝫ: illud tamen conuenit secundum aliud atqꝫ aliud vnam eandemq; speciem duobus generibus posse. subnecti: vt in eo quod supra dictum est. cum socrates substantia sit pater vero ad aliquid: cumq; substantia discrepet atqꝫ relatio: nihil tamen est inconueniens eundeꝫ ipsum socratem in eo ꝙ homo est substantie supponi in eo ꝙ habet filium relationi. quocirca si secundum aliam atqꝫ aliam rem duobus generibus eadem res quelibet diuersissimis supponatur: nihil inconueniēs cadit. Ita quoqꝫ ⁊ habitudines in eo ꝙ alicuius rei habitudines sunt: in relatione ponuntur in eo ꝙ secūdū eas quales dicuntur: in qualitate numerant̄. Quocirca nihil est inconueniens vnam atqꝫ eandem rem secundum diuersas nature sue potentias generis ⁊ si contingat pluribus adnumerare generibus: Quocirca quoniam de qualitate tractatum ē nos quoqꝫ orationis cursum ad reliqua predicamenta vertamus.

¶ De facere ⁊ pati.

Recipit autem facere ⁊ pati contrarietatem ⁊ magis ⁊ minus. calefacere enim ⁊ frigidum facere contraria sunt. ⁊ calefieri ⁊ frigidum fieri. ⁊ delectari ac contristari. quare recipit contrarietatem ⁊ magis ⁊ minꝰ calefacere enim dicitur magis ⁊ minus. ⁊ calefieri magis ⁊ minus. ⁊ contristari magis ⁊ minus. Recipit igitur magis ⁊ minus facere ⁊ pati. de his ita qꝫ tanta dicantur. Dictum est autem ⁊ de situꝫ eē in his que ad aliquid sunt. ꝙ denominatiue a positionibus dicitur. ⁊ de reliquis auteꝫ quando ⁊ vbi ⁊ habere eo ꝙ manifesta sunt. nihil de his vltra dicitur. quā quod in principio dictum est. quia habere quidem significat calciatum esse armatum esse. vbi autem vt in lycio. quando vt heri. Et alia que de his dicta sūt. de propositis itaqꝫ generibus sufficiant dicta.

¶ Decursis quattuor predicamentis que aliqua questione ⁊ consideratione egere videbantur: tenuiter cetera breuiterq; perstringit. Et de facere quidem ⁊ pati nihil in hoc libro: nisi ꝙ ꝯria suscipiant vel intensionem immutationemq;: ab aristotele est disputatum. Alijs vero eius operibus plene ab eo perfecteqꝫ tractata sunt: vt hoc ipsum de facere ⁊ pati in his libris quos πέρὶ γένεσεως καὶ φθορᾶς inscripsit. de alijs quoqꝫ predicamentis non illi minor in alijs operibus disputatio fuit: vt de eo quod est vbi ⁊ quando i phyficis: ⁊ de omnibus quidem altius subtiliusq; in libris quos μετὰ τὰ φυσικὰ vocant: exquiritur. Ac de facere quidem ⁊ pati ipse plānissime posuit posse eas suscipere contrarietates. Dicimus enim calefare ⁊ frigidum facere: quod scilicet ad faciendum refertur. Dicimus aquam calefieri ⁊ frigidam fieri: quod nihil lominus ad patiendi ducitur predicamentum . Magis quoqꝫ ⁊ minus suscipere apertissimis demōstrat exemplis. Sic enim magis calefacere ⁊ minus: ⁊ magis calefieri vel minus dicitur atqꝫ hec hactenꝰ. ipse enim hec apertissime posuit. Est autem eorum descriptio talis. quod in faciendo quidem actus quidam a quolibet in aliam rem veniēs consideratur. In patiendo autem in eo ille actus consideratur; in quem venit. Actus enim ⁊ passio simul in physicis esse monstrata sunt. Et de facere quidem ⁊ pati ad presens tempus hec disputata sufficiant

¶ De situ ⁊ positione.

Dictū est de situ in relatiuis quoniam denominatiue a positionibus dicitur . Positio quidem quoniam ipsa est alicuius in his q̄ sunt ad aliquid: numerata est; sed quoniam oīs res que ab alio denoīatur; aliud ē q̄ꝫ idipsū a quo denoīata ē. vt aliꝰ ē q ē grāmaticꝰ atqꝫ grāmatica. q̄ꝫ nis grāmaticus a grāmatica denominetur. Ita euꝫ

sit positio relatiua: quicquid denominatiue a positionibus dicitur hoc relatiuorum genere non tenetur. Positio autem ipsa relatiua est. positum vero est a positione denominatum. Statio enim cuiusdam statio est. Stare vero quoniam a statione denominatum est: non ponitur in eo genere in quo statio fuit. Quare sub relatione hoc predicamentum non inuenitur. Sed quoniam nihil est ad quod hoc reducere genus atq; aptare possimus: dicendum est suum esse genus Ut accumbere ab accubitu: stare a statione & cetera quidem que: ideirco se aristoteles exequi denegat: quoniam planissima sunt ait enim. De reliquis vero .i. quando & vbi & habere propterea quia manifesta sunt nihil de his vltra dicitur q quod in principio dictum est & eorum predicta ponit exempla.

De vbi & quando.

Dicendum est autem breuiter de predicatione que est vbi & quando: sicut ipsum ad aliquid per se esse nõ potest: nisi ex alio aliquo naturam trahat: ita: & quando vel vbi esse non possit: nisi locus ac tempus fuerit. Locus enim vbi: tempus vero quando comitatur. nõ est autem idem tempus & quando: nec vbi & locus: sed proposito prius loco si qua res in eo loco sit posita: vbi esse dicitur. Rursus si certa res in tempore est: quando esse perhibetur: vt appollina res ludi: cum sint in tempore: quando eos esse dicimus. Habent autẽ hec quoq; proprias diuersitates: vbi quidem: quod aliquotiens infinite dicitur. Alicubi enim esse dicimus aliquem: vt Socratem: aliquotiens autem diffinite: vt in foro vel in achademia. habet quoq; vbi secundum ipsum locum in quo est aliquas contrarietates. Sursum enim esse & deorsum vbi esse dicitur. Temporum quoq; varietates in eo predicamento quod est quando esse manifestum est. futura enim & presentia preteritaq; in quando predicamento veniunt. Dicimus enim fuisse aliquando scipionem consulem romanum nunc esse orientis imperatorem: qui nunc anastasius appellatur. futurum autem esse aliquem: qui scilicet scdm quando predicamentum dicuntur.

De habere.

Habere autem est quiddam extrinsecus veniens neq; innatũ ei a quo habetur: aliudq; q est illud ipsum a quo habetur: in se retinere: vt armatum esse vel vestitum esse. Habere enim est vestes atq; arma: que cũ eo nata non sunt neq; aliqua cum eo qui habet communi natura proprietateq; iunguntur. sed quoniam de his aristoteles tacuit nobis quoq; nunc eorum longior tractatus omittendus est.

De oppositis.

De oppositis autem quotiens solent opponi dicendum est dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter: aut vt ad aliquid aut vt contraria aũt vt habitus & priuatio. aut vt affirmatio & negatio opponitur autem vnũquodq; istorum vt sit figuratim dicere. vt relatiua. vt, duplum dimidio. vt contraria. vt malo bonum. vt secundum priuationem & habitum. vt cecitas visui. vt affirmatio & negatio. vt sedet non sedet.

Expeditis omnibus predicamentis cur preter propositum operis in hanc oppositarum disputationem sit ingressus: a multis ante quesitum est: sed Andronic⁹ hanc esse adiectionem Aristotelis non putat: simulq; illud arbitratur: ideirco ab eo fortasse hanc adiectionem de oppositis: & de his que simul sunt: & de priore & de motu: & de equiuocatione habendi esse non factam: q hunc libellum ante topica scripserit: quodq; hec ad illud opus non necessaria esse putauerit: sicut ipse categorie prosint ad scientiam topicorum: ignorans scilicet q sufficienter in topicis quantum ad argumenta pertinebat & de his omnibus que adiecta sunt & de predicamentis fuisse propositum. Sed hec Andronicus Porphyrius vero hanc adiectionem vacare & carere ratione non putat. Cuius hãc prodidit causam. Ut enim multa sunt: quare q communibus conceptionibus non sese suggererent: in huius libri principijs ab Aristotele predicta sunt: vt de equiuocis & vniuocis: & denominatiuis: & de his omnibus: quecunq; vsq; ad substantie disputationem ad ipsorum commentorum vtilitatem cognitionemq; predicta sunt & ita quedam fuisse: que essent quidem in communibus sensibus: egerent tamen vtilioris diuisionis modo hec diligenter supposita sunt: vt quid essent prope teneretur: ne falsis opinionibus traductus animus luderetur. Docet autem hoc inquid etiam ipse ordo congruus rationiq; conueniens titulorum hanc adiectionem fuisse perutilem atq; necessariam. Prius enim de oppositis: post vero de his que simul sunt & de his que posteriora sunt. Post autem de motu: ad postremum de huiusmodi equiuocatione sermonem faciens seriem terminauit. Ideirco q in omnibus quidem predicamentis ante quesiuit: vtrum possint habere contraria. In his vero que sunt ad aliquid. dixit magnum paruo non posse esse contrarium sed oppositum. Quod vero esset oppositum: dicere pretermisit: ne ordo disputandi continuus rumperetur. Hoc igitur recte: quod illic pretermiserat: prius edocuit. In relatiuis quoq; de his que sunt prius: queq; simul natura gignuntur: strictim tetigit: quod nunc diligenter explicat. faciendi vero patiendiq; predicamenta sunt: in quibus quidam quasi motus agitatioq; consideratur. Necesse igitur fuit de motu dicere: qui naturam faciendi vellet ostendere. Quis autem dubitet cuiuslibet illius sermonis equiuocationem monstrare esse perutile. Quare quoniam habere quoq; predicamentum est: non fuit inconueniens neq; superfluum de habendi equiuocatiõe tractasse. Illud quoq; queritur: vtrum oppositionis nomen equiuoce predicet. Dicimus enim quatuor modis opponi. Aut vt cõtraria aut vt ad aliquid: aut vt habitum & priuationem: aut vt affirmationem & negationem. Hic ergo contenditur: vtrum equiuocatio quedam circa has quatuor diuersitates sit: an id ipsum quod dicimus oppositum generis vice predicetur: vt sit vniuocum. Sed in hoc Stoicorum peripateticorumq; diuersa sententia fuit: vt ipsi inter se peripatetici diuersa sectati sunt. Stoicorum quoniam longa sententia est pretermittatur. alijs autem peripateticis placet nomen hoc oppositi de subiectis equiuoce predicari: ita affirmantibus: quoniam aristoteles ita dixit. de oppositis quotiens solent opponi dicẽdum est. hoc idẽ quotiens ad multiplicitatem pertinet equiuocationis. Sed qui melius iudicauere: hi oppositionis nomẽ generis loco dicunt debere predicari: ideirco q cum nomen oppositionis de subiectis quatuor oppositionibus predicetur: ab his quoq; diffinitio non obeeret. Sunt enim opposita que in eodem secundum idem in eodem tpe circa

vnum

vnā eandēqȝ rem simul esse nō possunt. quod per singula queqȝ pergentibus in singulis oppositis inuenit. Nāqȝ album ꝛ nigrum que sunt cōtraria vno codēqȝ tempore circa vnum idemqȝ corpus partēqȝ corporis simul esse non possunt. nec seruus atqȝ dn̄s eiusdē codē tempore idem seruus idem dominus est. nec habitus ꝛ priuatio. quis enim dicat in codē oculo vno codemqȝ tempore ꝛ visum posse esse ꝛ cecitatem. Iā vero affirmatio ꝛ negatio quā repugnantes sint: quasqȝ in eodem simul esse non possint: nulli dubiū est. Quare si ea que sub oppositione ponuntur: oppositionis nomē diffinitionemqȝ suscipiunt: quid est dubiuȝ oppositionē non equiuoce predicari. His igitur positis ad eorum distantias differentiasqȝ veniamus.

Quecūqȝ igitur vt relatiua opponuntur: ea ipsa que sunt oppositorum dicūtur aut quomodolibet aliter ad ea: vt duplum ipsum quod ē alteriꝰ dicit duplum. sed ꝛ scientia scibili tanq̄ relatiua opposita est: ꝛ dicitur scientia hoc ipsum quod est scibilis ꝛ scibile hoc ipsum quod est ad oppositum dicitur idest ad scientiam. Scibile enim aliquo dicimus scibile. i. scientia. Quecumqȝ ergo opposita sunt tanq̄ ad aliquid: ipsa que sunt aliorum dicuntur aut quomodocunqȝ ad seinuicem.

Ea quidem huius oppositionis que secundū relationem dicuntur: ꝛ per seipsa plana atqȝ vulgata sunt: ꝛ superiori relationis disputatione iam cognita. Illa .n. sunt ad aliquid quecunqȝ id quod sunt aliorum dicuntur vel quomodolibet aliter ad ea: vt seruus domini seruus: ꝛ dominus serui dominus: ꝛ magnum ad paruum dicitur: ꝛ rursus paruus refertur ad magnum. quod si hoc in relatiuis omnibus inuenitur nulla est dubitatio. quin etiam in his hoc deprehendi possit: q̄ sm̄ ad aliquid opponuntur: vt ea ipsa id quod sunt oppositorum dicantur vel quomodolibet aliter ad opposita: vt si est seruus domino oppositus dominus serui dicatur: idest oppositi sui: ꝛ rursus si dominus seruo oppositus est domini seruus dicatur. Paruum vero ad magnum ꝛ magnum ad paruuȝ idest ad oppositū sibi. Atqȝ hoc quidem in omnibus sm̄ ad aliquid oppositionibus inueniri necesse est. Quocirca sit hec ꝓprietas eorum que sm̄ ad aliquid opponuntur: qꝛ ea ipsa que sunt ad opposita referuntur: ꝛ ipsorum esse dicuntur. his ergo ante constitutis docet differentiā q̄ inter se ea que sm̄ contrarietatem dicuntur: vel ea que sm̄ ad aliqd: discrepant ꝛ dissentiunt ait enim.

Illa vero que vt contraria. ipsa quidem que sunt nullo modo ad se inuicem dicuntur. contraria vero sibi inuicem dicuntur. neqȝ enim bonum mali dicitur bonum sed contrarium nec album nigri album sed contrarium. quare differunt a se inuicem he oppositiones.

Dictum est in his que secundum ad aliquid opponūtur: qꝛ ea ipsa id quod sunt ad id quod sibi est oppositum dicerentur. Contraria vero ipsa quideȝ opponūtur sibi: sed id quod sunt ad opposita nō dicūtur. Cōtraria autem dicuntur. Hoc autem huiusmodi est. Bonum malo contrarium dicimus esse: ꝛ rursus malum bono. Nigrum quoqȝ albo contrarium putamus nihilominus quoqȝ album nigro. Sed cum hoc arbitramur: non tamen dicimus ea id quod sunt esse oppositorum. Si enim diceremus id quod est bonuȝ cē oppositio sui non diceretur bonum malo esse contrarium: sed bonum esse mali bonuȝ. Nec ita predicationem quis faceret nigrum albo esse contrarium: sed nigrum albi esse nigrum. Hoc est enim id quod est nigrum dicere oppositum suum. Si quis dicat nigruȝ albi esse nigrum. quod quoniam non dicitur: ea ipsa q̄ sunt non dicunt̄ oppositoruȝ: ea que sibi scilicet vt cōtraria videntur opponi: Sed quoniam dicimus bonum malo contrarium: ꝛ nigrum albo contrarium: quāqȝ id quod sunt oppositorum non dicantur: tamen ad opposita vt contraria nominantur. Atqȝ hoc ē qd̄ ait. Ipsa quidem que sunt nullo modo ad seinuiceȝ dicuntur. Contraria vero sibi inuicem dicuntur. Nō .n. dicitur bonum mali bonum hoc est enim id quod est oppositi predicare. sed dicimus bonum malo contrarium. Quocirca differunt ea que simpliciter vt ad aliquid opponuntur: his que secundum contrarietatem sibi sunt opposita: qꝛ ea quideȝ que secundum relationem opposita sunt: id quod sunt oppositorum dicunt̄. Illa vero que vt contraria: ipsa quidem quod sunt oppositorum nomine minime: sed tm̄ contraria predicantur: vt bonum contrariū esse dicatur oppositi sui non bom. Dicimus enim bonum malo contrarium: cū nō dicamus bonum mali bonum. Sed quoniam differentiam secundum ad aliquid oppositionis contrariorūqȝ monstrauit ipsorum inter se contrariorum differētiam discrepantiamqȝ persequitur.

Quecunqȝ vero contrariorum talia sunt. vt in quibus nata sunt fieri vel de quibus predicantur. necessarium sit alterum ipsorum inesse. nihil horum est medium. Quorum vero non necessarium ē alterum inesse. horum omnium aliquid est medium omnino. vt languor ꝛ sanitas in corpore animalis natura habent fieri ꝛ necessarium est alterum esse animalis in corpore vel languorem vel sanitatem: Sed ꝛ par ꝛ impar de numero predicantur. ꝛ necessarium est alterum in numero esse aut abundās aut perfectum. ꝛ nihil est in medio eorum neqȝ inter languorem ꝛ sanitatem. neqȝ inter abundans ꝛ perfectum. Quorum vero non est necessarium alterum inesse. eorum est aliquid medium. vt nigrū ꝛ album in corpore natura habent fieri. ꝛ non ē necessarium alterum horum inesse corpori. non eniȝ omne corpus aut album aut nigrum est. sed prauū ꝛ studiosum predicantur quidem de homine ꝛ de alijs multis: sed non est necessarium alterum horuȝ inesse illis de quibus predicantur. non eniȝ omnia vel praua vel studiosa sunt. sed est horum medium aliquid. vt albi quidem ꝛ nigri fuscum ꝛ pallidum ꝛ quecunqȝ alij sunt colores. praui vero ꝛ studiosi quod neqȝ prauum neqȝ studiosum. In aliquibus itaqȝ nomina posita sunt his que media sunt. vt albi ꝛ nigri fuscum ꝛ pallidum. In aliquibus autem nomina quidem medio assignare idoneum non est sed per vtrorumqȝ summorum negationem quod medium est determinatur. vt neqȝ bonū neqȝ malum neqȝ iustum neqȝ iniustum.

Generis contrariorū partitio hoc modo facienda ē. Cōtrariorū alia sunt habentia medietatem. Alia vo nō habentia: ꝛ eorū quorū est aliqd mediū: i. alijs plures medietates: i. alijs vo vna tm̄ medietas inuenit̄. Atqȝ

bonum aliq̄ue medietates proprijs nominibus appellantur. In aliquibus vero ipſe quidem medietates ꝓprijs appellationibus carent: contrariorum vero negatione ſignantur. Sed hec que dicta ſunt: a primordio repetentes proprijs probemus exemplis. Illa vero contraria que medio carent talia ſunt. vt neceſſe ſit alterum eorum proprio ineſſe ſubiecto: vt eſt egritudo ⁊ ſanitas. Omne enim corpus in quo egritudo ſanitaſqꝫ verſatur: aut egrum aut ſanum eſt. Atqꝫ iō quoniam egritudo ⁊ ſanitas medietate carent: alterutrum eorum inheret ei ſubiecto: in quo vtraqꝫ nata ſunt fieri: ⁊ de quo predicantur. Nā q̄ñ ī corpore animalis ſanitas ⁊ egritudo fieri nata eſt: idest ita fieri ſolet: ⁊ ita omne natum eſt animal: vt aut ſanum eſſe poſſit aut egrum. Et quoniam de animalis corpe aut ſanū aut egruꝫ ꝑdicat̄: neceſſe eſt quoniā hōc medio carēt in oī corpore animalis aut egritudinē aut ſanitatem eſſe. Quocirca eorum que medio carent: neceſſe alterum intereſſe ſubiecto. ⁊ quecūqꝫ talia ſunt vt alterum ipſorꝫ ſubiecto ineſſe neceſſe ſit: nulla inter ea medietas claudit̄. Illa vero contraria in quibꝰ aliqua medietas eſt non ſunt talia: vt eorꝫ neceſſe ſit alterū ineſſe ſubiecto. Nam in illis que medio carent: iccirco alterutrū ſubiecto ineſſe neceſſe eſt: q̄ eorum medietas nulla eſt que poſſit interea ſubiecte ineſſe ſubſtantie: vt in numero quoniam paritas ⁊ īparitas medium nihil habent (Omnis enim nūerus aut par aut impar eſt: nec eſt quod preterea nūero ineſſe poſſit) ideo numerus aut par aut impar eſt. In his vō q̄ inter ſe medietatem aliquā complectuntur: non ē neceſſe ſemper alterum contrariorꝫ ineſſe. Poteſt namqꝫ ineſſe medietas: vt in colore: quoniam album atqꝫ nigrum contrarietatis vice diuerſa ſunt. habent aūt medium quod eſt rubrum vel pallidum: iccirco nō oē corpus vel album vel nigrum eſt: quoniam poteſt aliquando in ſubiectis corporibus albi atqꝫ nigri medietas inueniri. Uidemus namqꝫ rubrū corpus vt roſā: multoſqꝫ preterea flores: quos verni temporis clementia parturit. Recte igitur dictum eſt: eorum quorꝫ nō ſunt aliq̄ue medietates alterū ſemper ineſſe ſubiectꝰ ⁊ in quibus neceſſe eſt alterꝫ ineſſe: fieri non poſſe qn illic medietas vlla ſit. Eodem quoqꝫ modo ⁊ que medietates habent: non neceſſario alterutra ſubiectis ī eſſe: ⁊ que nō ē neceſſe alterutra ſubiectis ineſſe non eſt dubiū: quin illic quedā poſſit eſſe medietas. ſed in aliquibus quidē plures ī aliquibus autē vna eſt medietas: vt in colore inter albū atqꝫ nigruꝫ plures medietates ſunt. Eſt enī quidē (vt dictū ē) rubrū ē quoqꝫ palidū: eodē modo venetū ⁊ multa preterea hmōi. In calido vō atqꝫ frigido vna medietas eſt que dicit̄ tepor. Horum autem quibus vna medietas eſt ī alijſ nomē eſt poſitum: in alijs non. Et poſitum quideꝫ nomē eſt vt inter calidū frigidūqꝫ hāc enī medietatem tepidum eſſe predicamus. Non eſt vero poſituꝫ in eo quod ariſtoteles ipſe ſic dixit. Improbi vero ⁊ probi: quod neqꝫ probuꝫ eſt neqꝫ improbū. Nā q̄ñ bonū atqꝫ malum ſibi ſunt contraria: non autē neceſſe eſt oē quod boni malique ſuſceptibile eſt: vel bonum eſſe vel malum. Iccirco dixit bonū malūqꝫ cum ſint contraria: habere quādam medietatem: cui nomen poſituꝫ quidē non ſit: ſed nihilominꝰ eam quis inter has contrariorum naturas inueniet. Nā quod dictū ē a poſterioribus inter bonum malūqꝫ eſſe ea que dicāt̄ indifferentia: vt eſt inter virtutem atqꝫ turpitudinē: que vtraqꝫ ſibi ſunt contraria. Diuitie ⁊ pulchritudo: que (vt ſtoici putant) neqꝫ mala neqꝫ bona ſunt: atqꝫ iccirco indifferentia nominantur. ſed hoc ipſum quod dicimuꝫ indifferens: apud priores nomen non erat: ſꝫ a poſterioribus inuentum eſt. Ariſtoteles autem qn hoc nomine vſus nunq̄ꝫ eſt. ait probum atqꝫ improbum habere quidē aliquā medietateꝫ veruntamē eā nullo nomine nuncupari: ſed eam vtriuſqꝫ contrarij negatione diffiniuit. Ait enim medietatem probi atqꝫ improbi eſſe quod neqꝫ probum eſſet neqꝫ improbum: vt iuſti atqꝫ iniuſti medietas eſt: quod neqꝫ iuſtū neqꝫ iniuſtum eſt. Sed ne videatur inconueniens aliquid negationibus diffiniri: ipſe ait. In aliquibus vō non eſt nomine aſſignare medietateꝫ: vtriuſqꝫ vō negatione diffinitur. Namqꝫ vbi eſt vna medietas ſi vtraqꝫ cōtraria ſint remota: ſola tantum medietas ꝑmanebit: vt in eo quod eſt bonum ⁊ malum: qm̄ his medietas vna eſt ſublato bono atqꝫ malo ſoluꝫ quod neqꝫ bonum neqꝫ malum eſt relinquitur. Quocirca tota rurſus diuiſio breuiter aſſumenda eſt. Eorum q̄ ſunt cōtraria quorum neceſſe eſt ſemperꝰ alterum eſſe his in quibus ea ſꝫ propriam naturā ineſſe contingunt: ea nullam inter ſe retinent medietatem: vt ī corpore ſanitas ⁊ egritudo: in numero paritas atqꝫ īparitas. Quecūqꝫ vero in his in quibus eſſe poſſunt: nō ita ſunt: vt eorum neceſſe ſit alterum ineſſe: hec aliq̄ inter ſe qualitatem medietatis amplectuntur: vt albedo atqꝫ nigredo: rubrum: frigidum atqꝫ calidū tepore. Horum autem alia ſunt que vnam ſolam continent medietateꝫ: alia vero que multas: ⁊ multas ut inter album atqꝫ nigrum pallidum venetum que medietates ſunt. Inter calidum atqꝫ frigidum vna ſola eſt medietas tepor. Horum autem que vnam retinēt medietatem: in alijs nomina ſunt poſita vt in eo ꝙ ē calore ac frigore. Eſt enim tepor medietas caloris atqꝫ frigoris. In aliquibus vero nomen poſitum non ē vt in eo quod eſt bonum atqꝫ malum: iuſtum atqꝫ iniuſtum. in his enim medietas nomē poſituꝫ non hꝫ. ſed vtrorūqꝫ contrariorū negationibus diffinitur: vt dicamꝰ eā eſſe boni atqꝫ mali medietatē: quod neqꝫ bonū eſt neqꝫ malū: eamqꝫ eſſe iuſti ⁊ iniuſti medietatem: que vtraqꝫ cōtrarietate ſummota: ꝓ vtrorūqꝫ negatione relinquitur: vt eſt neqꝫ iuſtū neqꝫ iniuſtū.

¶ Priuatio autem ⁊ habitus dicitur quidem que habent fieri circa idē aliquid. vt viſio ⁊ cecitas circa oculum. vniuerſaliter autem dicere eſt: ī quo natus ē hitus fieri. circa hoc idē dr̄ vtrūqꝫ horum.

¶ Tertiam ſpeciem propoſite oppoſitionis exequitur eam que ſcḋm habitum priuationemqꝫ dicitur. atqꝫ ī ea vnam ſimilitudinem poſuit: que illi eſt cum contrarietate coniuncta. Nam ſicut ea que ſunt cōtraria circa idem ſunt: vt album: quoniam ſemper in corpore eſt: nigrum quoqꝫ ſemper eſt in corpore: ⁊ iuſtitia: quoniam ſemper animo inſerta eſt. Iniuſtitia quoqꝫ mentis eſt vitium: ita quoqꝫ ea que ſcḋm priuationē habitumqꝫ dicuntur: circa idem ſemper neceſſe eſt inueniri: vt quoniā viſus habitus eſt (habemus enī viſum) ⁊ viſus eſt in oculo ⁊ circa oculum. Cecitas quoqꝫ que priuatio viſus eſt preter oculum non ē. auditus etiam qui habitus eſt: quoniam circa aures ē: eius quoqꝫ priuatio que ſurditas dicitur: ab auribus non recedit. ita ⁊ circa quod fuerit habitus: circa idē ipſum illius habitus priuatio conſideratur. Atqꝫ hanc regulam dat. Uniuerſaliter enim dicit in quo ſit habitus: in eo fieri priuationem. Quid vero ſit priuati

continuata

continuata dispositione subiunxit.

¶ Priuari autem tunc dicimus vnumquodq; su
sceptibilium habitus. quando id quod natum est
habere: & quando natum est habere. nullo mõ hz.

¶ Quid sit priuatio hac aristoteles diffinitione conclu
sit. Neq; enim quecunq; non habent visum: ceca di
cuntur. nec vero surdum est omne quod non sentit au
ditum. nemo enim neq; parietem cecum dixerit: nec
surdum lapidez; nec quicquid huiusmodi est. Sed ea
sola priuari dicimus habitu: quecunq; aut habuere
habitum cumq; caruere: aut habere potuere & non
habent. Parietem autem iccirco non dicimus cecuz
q2 in eo visus naturaliter venire nõ potuit. Pacuos
vo catulos quibus visus non est: non satis digne ali
quis cecos esse pronunciet. Eo enim tempore nondũ
naturaliter visuz habere possunt. Si vero exhaustis
diebus quibus his oculi pateferi & lucem haurire na
turaliter possunt: non habeant visum: eos cecos esse
manifestum est. At vero neq; ostrea dicuntur eden
tula: qm̃ naturaliter non habent dentes. sz nec infan
tulos quibus adhuc nondum huiusmodi etas est: vt
habeant dentes vocamus edentulos: sed si aut is qui
ante habuit dentes amiserit: aut quo iaz tempore ha
bere naturaliter debet: dentes non habet: vt si quis
puerorum septimo anno omnino nullum crecauerit:
illos iure edentulos appellam9: atq; hoc est: quod ait

¶ Edentulum enim dicimus non qui non habet
dentes: nec cecum qui non habet visum sed quan
do qui debuit habere. non habet. quedam enim a
generatione neq; dentes neq; visum habent. sed
non dicuntur edentula neq; ceca.

¶ Hoc est non omne quod non videt cecum: nec quod
dentes non habet: edentulum appellamus. Plura. n.
sunt que aut omnino aut certo tempore naturaliter
hec habere non possunt: sed est illa priuatio quotiens
is habitum non habet: qui habere naturaliter potest
& eo tempore cum iam per naturam illius esse com
pos habitus possit: vel si habens quis retinensq; ha
bitum: illum cuiuslibet incursione casus amiserit: vt
in pueris iam adultis si non habeant dentes. Nã quo
niam homines sunt possunt habere: quod si habẽtes
amiserunt. edentuli dicuntur. si vo omnino non creue
runt dentes quoniam iam pueris atq; adultis vt den
tes haberent naturaliter poterat euenire: id quod ca
su aliquo vel egritudie officiente factum est: eos edẽ
tulos & habitu dentium priuatos esse nominamus.

¶ Priuari vero & habere habitum non est habit9
& priuatio. habitus enim est visus priuatio vero ce
citas est. habere visum non est visus. nec cecum eẽ
cecitas. priuatio enim quedam est cecitas. cecum
vo esse priuari & non priuatio est.

¶ Hic verissima ratione mõstratur: vtrum ea que sub
priuatione atq; habitu cadant: priuationes sint atq;
habitus an minime. nam quoniam habitus est visus
priuatio vero cecitas: sub habitu vero est habere vi
sum: & sub priuatione eẽ cecum: vtrum habere visuz
idem sit quod ipse qui habetur visus: & vtrum idem
sit cecum esse quod cecitas: perspicaciter intuentibus
aliud quoddam est habere aliquid: aliud quod habe
tur. Tres namq; res sunt in eo quod est habitus: is
qui habet: ea res que habetur: & habere: ut est is qui
videt: & ipse visus: & hoc ipsum quod ex vtrisq; fit ex
eo scilicet qui videt & visu: quod est videre. Distat au
tem & videre ab eo qui videt: & hoc ipsum videre rur
sus a visu. Aliud est enim id quod fit q̃z is qui facit.
Videre autem videns operatur: aliud est igitur vide
re q̃z videns. Distat autem videre etiam a visu. aliud
namq; est id quod fit q̃z id p q̃d gerit. videre autẽ
per visum fit. Distat ergo videre ab eo ipso (quia ipsuz
videre efficit) visu. sed videre visum habere est: visũ
autem habere habitum retinere est & visus habitus
est. Non est igitur idem habitus & quod est sub ha
bitu. i. quelibet habitum retinere. Eodem quoq; mo
do etiam in priuatione. Illic quoq; tres sunt res: is
qui priuatur: hoc ipsum quod fit idest priuari. & ipsũ
quo quis priuatur. i. ipsa priuatio: Quod si distat is
qui habet eo ipso quod est habitum habere. Distat &
is qui priuatur eo quod est priuari. Quod si etiam di
stat quod est habere habitum illo ipso habitu qui ha
betur: Distat necessario id quod est priuari illa
ipsa. s. priuatione qua quisq; priuatur. Quare neq;
id quod sub habitu est habitus appellari potest: neq;
id quod sub priuatione priuatio. Recte igitur dictuz
est habitum habere non esse habitum priuariq; nõ
esse priuationez: cui rei alia quedã validior vis argu
mentationis adiũgitur: quã aristoteles ita pronunciat

¶ Amplius si idem esset cecitas et cecum eẽ. vtrũ
q; de eodem predicaretur. Sed cecus dicitur. ho
mo cecitas vero nullo modo homo dicitur.

¶ Si idem inquit esset cecitas quod est esse cecum: de
quorumq; cecum esse diceretur de eo quoq; cecitas
predicaretur. sed cecum esse dicimus hominem: ceci
tatem vo esse ipsum hominẽ nullus dicit. quare quo
niam in vtrisq; diuersa est predicatio: & de quo ceci
tas dicitur non de eodem dicitur cecum: rursumq;
de quo cecum esse predicatur: is cecitas esse non po
test: non est dubium. quin aliud sit cecum esse q̃z ceci
tas. i. priuationem esse aliud q̃z priuari. sed q̃uis di
stent; equali tamen oppositionis vice iunguntur: q̃d
ipse loquitur sic.

¶ Opposita vo etiam hec videntur esse idest priua
ri & habitum habere. tanq̃ priuatio & habitus. mo
dus enim oppositionis idem est. nam sicut ceci
tas visui opposita est. sic cecum esse ad visum habe
re oppositum est.

¶ Equa namq; proportione sibi priuatio atq; habitus
opponuntur: & ea que sub priuatione habituq; clau
duntur. Cur enim si priuatio atq; habitus idest visus
& cecitas sibi sint opposita: non etiam videre atq; eẽ
cecum eodem modo inuicem sibimet opponantur.
Quare q̃q̃z hec distent tamen modus in his opposi
tionis equalis est.

¶ Non est autem neq; id quod sub affectione &
negatione iacet. affectio & negatio. affirmatio nam
q; oratio est affirmatiua. & negatio oratio negatiua
horum vo que sub affirmatione & negatione sunt
nulluz est oratio. Dicuntur autem etiam hec esse
opposita alterutris tanq̃ affirmatio & negatio. nã
in his modis oppositionis est idem. Sicut enim
affirmatio aduersus negationem opposita est ut q̃
sedet ei que non sedet. sic & res que sub vtroq; po
site sunt sedere & non sedere.

¶ Ad quartam oppositionis speciem transitum fecit:
que secundum affirmationez negationemq; dicitur.
Affirmatio autem est que aliquam rem alicui quadã

participatione coniungit. Negatio vo que aliquam rem ab aliqua re quadam separatione disiungit: vt ē omnis homo ē animal. animal enī ad hominem hec oratio iungit. Participat enim homo proprio gene re .s. animali. Negatio vo homo lapis non est. Disiun git enim naturam lapidis ab humanitate: qui negat sed multa de his in libro de interpretatione dicenda sunt. Quare plenior horum disputatio in temp⁹ aliō differatur. Aristoteles vo simplicissime ⁊ pene inu= tiose propter eos qui instituuntur diffinitiones affir mationis negationisq; signauit dicens negationem affirmationemq; affirmatiuas esse negatiuasq; ora= tiones. Quod si examinati⁹ ac subtili⁹ definisset: per affirmatiuam orationem diffiniret. Nam si dubium est quid sit affirmatio: nihilo magis clarum atq; per spicuū est quid sit affirmatiua oratio. ideirco ꝙ si qs nesciat quid sit affirmatio: idem sine dubio nesciturus est quid oratio sit affirmatiua. Sed ideirco hic indul= gentius terminauit: quod in libro περιερμηνειας⁹ vtriusq; veram plenamq; vim diffinitionis aptauit. Eadem quoq; in his ratio est que sunt sub affirma= tione ⁊ negatione; que in his que sub priuatione at= q; habitu ponebantur. nam sicut non est idem habi= tus atq; priuatio: quod habere habitum atq; priuari ita non idem est affirmationem ⁊ negationem esse id quod est sub affirmatione ⁊ negatione. Affirmatio ē verbi gratia: sedet socrates. negatio vo: non sedet so crates. Sub affirmatione autem hoc ipsum sedere socratem: idest hoc quod affirmatione dicit facere. Sub negatione vo non sedere socratem: idest non fa cere id quod negatio submouet. hoc autem ita proba tur: ꝙ ols affirmatio omnisq; negatio orationes sunt sicut eorū supradicta diffinitio determinatioq; mō strauit. Sedere autē ⁊ non sedere: idest facere ⁊ nō facere orationes non sunt. ꝙ si affirmatio atq; nega tio orationes sunt. dicitur id quod sub affirmatione ⁊ negatione est: ea ipsa affirmatione ⁊ negatione dista re. Sed in hoc seruant illam quoq; similitudinem: ꝙ ea ipsa sibi sunt opposita: que scđm affirmationē ne gationemq; dicuntur. Sicut enim ipsa affirmatio q̄ dicit sedet socrates: ⁊ que dicit non sedet socrates ita quoq; idipsum quod est sedere socratem ⁊ non sedere certa ratione similitudinis opponuntur. Sed quoniā quatuor species oppositionis dicte sunt: nunc aristo= telis vestigia persequentes: earum differentias colli gamus que sunt numero sex. nam si que res sint qua= tuor: easq; differre a se ac distare volum⁹: Sex solas differentias inuenimus. Cum enim primam differre a secunda ac tertia atq; quarta ponimus: tres sūt dif ferentie. Item secundā rem a prima re differre ostē dere atq; demonstrare superfluum est. Cum enī pri me rei ad secundam distantiam colligeremus: quod secunda distaret a prima docuimus. Relicta igitur prime ad secundam rem differentia: secunde ⁊ tertie Item secunde quarteq; differentie monstrabuntur: que: sunt due: que tribus superiorib⁹ iuncte quinq; so las efficiunt. Restat tertie rei quarteq; distantia. Nā prime ad secundam atq; tertiam demonstrata est di screpantia: cum primam a scđa distare: atq; eodē mo do a tertia monstrabamus. Id his probat exemplis. Nam cum oppositio ea que est secundum ad aliquid ab his oppositionibus que sunt scđm contrarietatem priuationem atq; habitum: atq; affirmationem ⁊ ne gationem distare proponitur: tres sunt differentie. Cum vo ea que secundum priuationem atq; habitū oppositio est: a contrariis: ⁊ ab affirmatione negatio neq; discrepat: due sunt differentie: que iuncte supe rioribus quinq; perficiunt. Ideirco enī quid distaret habitus atq; priuatio: ea oppositione que relatiua ē pretermisimus: quoniam prius monstrauimus quid relatiua oppositio habitu priuationeq; differret. non est enim dubium eqīam esse in vtrisq; differentiam cum vna ab alia discreparent. Restat vna sola diffe rentia que est contrariorum ad affirmationem scili= cet ⁊ negationem. pretermissa namq; est contrarioꝝ differentia de relatiua .s. ⁊ secundum habitum priua tionemq; oppositione quid hec superius a contrarie tate distaret: monstratum est. Quare quoniam quot sunt horum differentie cognitū est: ad sequentis ope ris ordinem veniamus.

¶ Quoniam autem priuatio ⁊ habitus non sic op= ponuntur vt ad aliquid manifestum est. neq; enim dicitur hoc ipsum quod est oppositi. visus enim non est cecitas visus: nec alio vllo modo ad ipsum dicitur. similiter autē neq; cecitas dicitur visionis cecitas sed priuatio quidem visionis cecitas dici= tur: cecitas vero visionis non dicitur. amplius ad aliquid omnia ad reciproca dicuntur. quare ⁊ ceci tas si esset eorū que ad aliquid sunt. vtiq; cōuer teretur ad illud ad quod dicitur. sed non conuerti tur. neq; enim visus dicitur cecitatis visus.

¶ Et cetera quidem de ea differentia perspicua: ⁊ su perius in contrarioꝝ differentia a relatiua opposi tione ante pretmissa sunt. Unam namq; differentiaꝝ contrariorum relatiuorumq; dixit esse ꝙ contraria non ita vt ea que sunt ad aliquid conuerterētur. Ne q; enim quis pronunciat malitiam bonitatis esse ma litiā: neq; bonitatē malitie esse bonitatē. velut filium patris esse filiū: rursusq; patrē filij patrē. Eadē quo= q; ⁊ in his q̄ sm priuationē habitumq; redduntur: dicit differentia. Nā sicut ea que sunt sm ad aliquid opposita: aduersum semetipsa reddūtur: ⁊ omnia ad opposita predicantur. non eodem mō in habitu atq; priuatione est. Nullus enim dicit cecitatis esse visum nec rursus visus esse cecitatē. Quocirca si ea que sunt relatiua ad opposita predicāt: conuersimq; dicuntur (cū sit enim oppositus filio pater: pater filij dicitur: scilicet ad oppositum: rursusq; conuertitur vt patris filius appelletur) quoniā hoc in his que sunt sm pri uationem atq; habitū: non dicitur (Neq;.n. cū sit vi sus oppositus cecitati: sm priuatiōes atq; habitū di citur visus cecitatis .i. nūq; sm opositiōes aliqd op positi predicatur neq; cōuertitur: neq; enī dicit ceci tas visus) recte priuatio atq; habitus non in eadem qua relatiua: sed in alia specie numerata sunt.

¶ Quoniam autem neq; vt contraria opponuntur ea que secundum priuationem ⁊ habitum dicun= tur: ex his manifestum est: quorum enim contrario rum nihil est medium necesse est in quibus nata sunt fieri: aut de quibus predicantur. alterum ipso rum inesse semper. horum enim nihil erat mediū. quorum alterum necessarium erat inesse suscepti= bili. vt languorem ⁊ sanitatem ⁊ abundantem ⁊ perfectum. Quorum vero aliquid est mediū. nū ꝙ necessitas est omni susceptibili inesse alterum. neq; enim necesse est omne susceptibile candidū vel nigrum esse. neq; frigidum; neq; calidum. ho

rum.n.

rum enim medium aliquid nihil prohibet esse. horum enim erat aliquid medium: quorum non erat necessarium alterum inesse susceptibili preter illa quibus naturaliter vnum inest: vt igni calidum esse & niui candidum. In his autem determinate necessarium est alterum inesse: & non alterutrum contingit. non enim possibile est ignem frigidum esse. neqʒ niuem nigram. Quare omni quidem susceptibili non est necessarium alterum eorum inesse: sed solis quibus naturaliter vnum inest: & in his determinate vnum. non alterutrum contingit.

Prolixitatem textus iccirco contrarii: quod & ea ipsa que dicuntur: supra iam dicta sunt; ne longior ordo possit aliquod creare fastidium. quod nos hac text⁹ diuisione sciunximus. & prius quidem proposuit ante peulos omnes inter se contrariorum differentias: quas ipse quantum potero breuissime commemorabo. aut enim contrariorum que mediis carent: semper alterum inest ei quod illas contrarietates suscipere potest: vt egritudo & sanitas: quoniam semper in animalis corpore reperitur: & ea sine vllo est aduersus suum contrarium medio. Iccirco omne corpus animalis semper aut egrotat aut sanum est: & semper alterum aut sanitatis aut egritudinis inest ei; quod has suscipit contrarietates. Eorum vero contrariorum que habent aliquam medietatem: non necesse est semper alterum inesse ei cui accidunt: vt album atqʒ nigrum: cum sint vtraqʒ contraria: quoniam habent aliquam medietatem et rubrum. veniunt autem semper in corpora. non necesse est omne corpus fieri vt album aut nigrum. quoniam potest aliquando contingere: vt illa eorum medietas corpori cuilibet eueniat; atqʒ hoc ita est in his que medio non carent: que ipsa mediata vocamus: exceptis his quibus vna contrarietas est insita per naturam: vt nix alba est: ignis calidus. In his enim vnam semper necesse est euenire non aliam: nec vtrumlibet sed diffinite vnam. id enim non venit in ignem: vt aliquando sit callidum: aliquando frigidum: aliquando vero quod horum medietas est tepidum: sed semper naturali calore succenditur. nec nix aliquando fit nigra: nec rursus rubea: nec vllis aliis coloribus permutatur: sed semper alba est. Cum hec ita sint ea que secundum habitum priuationemqʒ opponuntur: si & ab his contrariis distare monstrata sint. que mediis carent & ab his que intra se quandam medietatem qualitatis includunt: & ab his quoqʒ que cum mediata sint: tamen diffinite alicui insunt. perfecte monstratum est ea que secundum habitum & priuationem sunt contrariis discrepare. quare quid dicent aristotele testamus auctore.

In priuatione vero & habitu neutrum horum que dicta sunt: verum est: neqʒ enim semper susceptibili necessarium est alterum inesse eorum. Quod enim nondum naturam habet ad videndum. neqʒ cecum neqʒ visum habens dicitur. Ideoqʒ non erunt hec talium contrariorum: quorum nihil est medium. sed neqʒ quorum est medium necessarium enim est omni susceptibili alterum istorum inesse. Quando enim iam natum fuerit ad habendum visionem. tunc aut cecum aut habens visionem dicitur. & horum non determinate alterum. sed alterutrum contingit. non enim necessarium est vel cecum vel habens visum esse. sed quod contingit. In contrariis autem quibus medium est. nunquam necessarium fuit omni susceptibili alterum inesse sed quibusdam: & his determinate vnum. vnde palam est quod secundum neutrum modum tanquam contraria opposita sunt hec. que secundum priuationem & habitum opponuntur.

Dat primo differentias quibus ea que sunt secundum habitum priuationem & opposita: ab his que sunt inmediata contrariis distent. In his enim contrariis que medium non habent: semper necesse est ipsorum alterum inesse ei quod his ipsis subiectum est. In habitu vero & priuatione non ita est: Non enim semper quelibet res aut habitum habet aut priuationem: sed est tempus quando vtrumqʒ non habeat; vt catuli quibus nondum per naturam oculi parent. Illos enim nec habere habitum dicimus: quoniam non vident: nec priuatos visu: quoniam paruuli adhuc visum per naturam habere non possunt. Igitur eorum que sibi secundum priuationem habitumqʒ sunt opposita: non semper alterum subiecto est eorum. Sed eorum que sunt contraria inmediata. i. medio carentia: semper alterum susceptibili inest. Distat igitur ea que secundum habitum & priuationem est oppositio. his que secundum contraria putantur opponi. Sed quoniam sunt quedam contraria que insunt alicui per naturam: vt niui album igni calidum. coruo nigrum: etiam ab his discrepat oppositio priuationis & habitus. Ea enim que per naturam insunt: diffinitiua sunt; & nullo modo permutantur. vt est album niui: Non enim nix aut alba aut nigra est: sed tantum alba: & coruus non aut albus aut niger: sed solum niger. In priuatione vero & habitu vna res non potest esse diffinita: sed semper aut priuatio contingit aut habitus. & hoc est quod ait: & horum non diffinite alterum: sed aut hoc aut illud. Neqʒ enim necesse est aut cecum esse aut habentem visum diffinite subaudiendum est. catulus enim qui per naturam nondum videt: aut habitum habiturus est. i. visum: aut eo priuandus est: vt fit cecus: sed non diffinite vnum sed hoc aut illud indiffinite contingit. Distat igitur hec oppositio his contrariis que aliquibus per naturam inmutabiliter accidunt. Restat igitur vt his contrariis que mediata sunt hanc oppositionem differre doceamus. In illis enim non semper necesse erat contraria inesse subiecto. Iccirco quod eorum medietates possint subiectis euenire substantiis: vt album vel nigrum quod non est alicui per naturam: sed tantum secundum accidens. Possunt enim vtraqʒ non esse in corporibus: quoniam his vel rubrum vel pallidum quod sunt scilicet eorum medietates eueniunt. In priuatione vero id & habitu non est. Quando enim poterit per naturam habere habitum: vtrisqʒ que ea suscipiunt carere non possunt. Catulus enim cum per naturam videre potuerit: aut habitum habere: dicitur & est videns: aut priuationem: si fuerit cecus. Ita semper ab eo tempore quo illi per naturam vtrumlibet habere concessum est: alterum retinebit. i. aut priuationem retinebit aut habitum. Quocirca si in his contrariis que medio non carent: potest fieri vt vtraqʒ contraria in subiecto non sint: in priuatione vero & habitu ab eo tempore quo per naturam potest vtrumqʒ retinere. fieri non potest nisi eorum habeat alterum: distant hec quoqʒ mediata ab his que secundum vim priuationis atqʒ habitus opponuntur. Sed ante monstratum est & his contrariis que per naturam essent: & his que me

dio carerent: hanc oppositionem esse dissimilem. Recte igitur: positum est priuationis atqꝫ habitus oppositionē ab his que opponūtur vt cōtraria discrepare.

Amplius in contrariis quidē existente susceptibili possibile est in alterutrum fieri mutationem nisi alterum alicui naturaliter insit: vt ignis calidū esse. namqꝫ possibile est q sanum est languere: ⁊ cādidum nigrum fieri. ⁊ ex studioso prauū. ⁊ ex prauo studiosum possibile est fieri. prauus enim ad meliores cōsuetudines deductus ⁊ ad doctrias: ⁊ si ad modicum aliquid proficiet vt melior fit. Si vero semper vel modicum crementū sumpserit. palam est q aut perfecte mutabitur: aut satis multum crementum sumet. Semper enim bene mobilior ad virtutem fiet. vel quodcunqꝫ crementū sumpserit a principio. Quare etiam verisimile est amplius eum sumere crementum. ⁊ hoc duꝫ semper fit. perfecte in contrarium habituꝫ restituetur. nisi forte tempore suspensum sit. Uerum in priuatione ⁊ habitu impossibile est mutationem in alterutrum fieri. sed ex habitu in priuationem fit mutatio a priuatione vero in habitum impossibile est. neqꝫ enim quis cecus factus rursus vidit. neqꝫ cū esset caluus rursus comatus est factus. nec cum eēt sine dentibus. dentes iterum orti sunt.

Aliam rursus contrariorū ⁊ hui⁹ oppositionis que secundum habitum priuationemqꝫ dicitur discrepantiam ponit. Ea enim que contraria sunt: possunt in alterna variatis vicibus permutari. Quod enim calidum est potest effici frigiduꝫ: rursusqꝫ quod frigidū est: potest in caloris verti qualitatem: Nisi tamē (vt dictum est) solis exceptis quibus vna quelibet res cōtrariorum naturaliter insita est. in his enim solis fieri non potest alterna mutatio. In his vero que accidenter ⁊ non per naturam subiectis eueniunt: fit semper in contraria permutatio: vt ex sano egrum: ex egro rursus sanum corpus efficitur animalis. Iam vero illud verum est. ex bono procliuior semper semita videtur ad malum. ⁊ facillima esse ex probitate ad malitiam permutatio. Id Terentiano docetur exemplo. A labore procliuem ad libidinem. Sed quāqꝫ difficilis sit transitus ad virtutes a turpitudine vitiorum. Aristoteles tamen fieri hunc transitum confirmat. Huius enim philosophi sententia est: virtutes esse non scientias vt. Socrates ait: neqꝫ vt stoici naturaliter eas esse: sed discibiles ⁊ per quandam boni consuetudinem hominū mentibus inseri. Atqꝫ ideo si quis sit quibuslibet prioribus vitijs obuoluis si cum melior sermo susceperit. ⁊ sapientium consuetudine confabulationeqꝫ contra aliquid ex anteactis vitiorum illecebris emendabitur: ⁊ sese aliquantulum exuet: ⁊ paulisum liberior ad meliora procedet. Ita ut si primo quidem minus malus: post vero non malus: deinde iam iamqꝫ aliquantulum bonus. Cui si huiusmodi intēsio frequentissime fiat: nec paruitate tēporis preueniat aut terminus mortis offecerit: non est dubium illum ex pessimo per probas consuetudines confabulatiōes qꝫ sapientū in perfectaꝫ virtutis habitudineꝫ permutari. Est igitur ex bono in malum: ⁊ ex malo in bonū rursus permutatio. atqꝫ hoc quidem fit in contrariis. In habitu vero ⁊ priuatione non fit. est namqꝫ permutatio: sed vna tantū nulla ratione sese conuertēs. ait. n.

Ab habitu ad priuationem permutatio: a priuatione vero ad habitum impossibile est. Et hoc planius docet exemplis. Quis enim vnqꝫ ex ceco factus est videns: quis aliquando caluus crinitus efficitur. cui amissis etate dentibus rursus alii procreantur. Quare si in contrariis fit alterna mutatio: in priuatione vero atqꝫ habitu non fit: distat hec oppositio ea scilicet oppositione que fit secundum contrarias qualitates.

Quecunqꝫ vero tanqꝫ affirmatio ⁊ negatio opposita sunt. palam est. quod nullo predictorū modorum opposita sunt. In solis enim istis necessariū est semper aliud quidem eorum verum. aliud autem falsum esse neqꝫ enim in contrariis necessariū est semp alterū verū esse. alterū vero falsū. neqꝫ in his q sūt ad aliqd neqꝫ in habitu ⁊ priuatiōe. vt sanitas ⁊ languor contraria sūt. ⁊ neutrū neqꝫ verū neqꝫ falsuꝫ est. Similiter autem ⁊ duplum ⁊ dimidium tanqꝫ relatiua opposita sunt. ⁊ non est eorum alteruꝫ nec verum neqꝫ falsum. sed neqꝫ ea que secundum priuationem ⁊ habituꝫ dicuntur. sicut visio ⁊ cecitas. Omnino autem eorum que secundum complexionem nullam dicuntur. nihil neqꝫ verum neqꝫ falsum est. porro autem omnia que dicta sunt. sine complexione dicuntur.

Expositis his differentiis: quibus vel contrariis relatiuis: vel priuatio ⁊ habitus relatiuis: vel rursus priuatio ⁊ habitus discreparent contrariis: nunc sequit quid his omnibus secundum affirmationem negationemqꝫ opposita distent: ⁊ dat signum proprium affirmationis ⁊ negationis vt eas semper quicunqꝫ agnosceremus: vt si qua sint que hoc signo inuiuine teneantur: illa ab affirmationis negationisqꝫ oppositione differre dicamus. In affirmatione enim ⁊ negatione fieri non potest. Si affirmatio vera est: quin sit statim falsa negatio: si negatio vera: affirmatio mēdacii notam carere non possit: vt si quis dicat socrates ambulat: socrates non ambulat. Si verum est socrateꝫ ambulare: falsum est non ambulare. ⁊ rursus si falsum est non ambulare verum est ambulare. Hāc autem veri falsiqꝫ diuisionem nullus vnqꝫ in aliis oppositionibus poterit inuenire. Nam in his que sunt ad aliquid non solum non est necesse oppositionem ipsam sibi verum falsumqꝫ diuidere: sed in his nulla omnino neqꝫ veritas neqꝫ falsitas inuenitur. Si quis enī dicat hoc tm pater: vel rursus filius: neqꝫ verum aliquid neqꝫ falsum pronunciat. ⁊ in contrariis quoqꝫ idem est. nā cum bono maluꝫ sit cōtrariuꝫ: si quis nominet bonū ⁊ si quis rursus simpliciter pronunciet malum: nulla in hac predicatione neqꝫ falsitas neqꝫ veritas est. Eodem quoqꝫ se modo habet etiam in his que sꝫ habitum priuationemqꝫ dicunt. Similiter enim nihil neqꝫ verū neqꝫ falsum est: si quis visum nominet vel cecitatem. hoc autem idcirco euenit: qr omnia quecūqꝫ sūt in quibus aut falsitas aut veritas inuenit: sc̄dm aliqꝫ cōplexionē dicūtur. Ea vero que simpliciter proferūtur veri atqꝫ falsi prolatione carent: vt ipse ait: cuꝫ in pricipio oīa predicamēta numeraret. Dixit singula eorum que essent dicta in nulla affirmatione dici: quadā vero cōplexione inter se horum predicamētorum veritatē falsitatēqꝫ gigni: de quibus Aristoteles edocuit preter cōplexionē aliquā in sermonib⁹ veritatem falsitatemqꝫ inueniri non posse. Siquidem exemplo quoqꝫ hoc manifestū est. Si enim dixero socrates homo ē: aut verū

aut falsu

aut falsum est. Quod si hoc tantum dicam socrates: aut rursus homo: nihil in eo neqꝫ veritatis neqꝫ falsitatis est. Quocirca quoniam oīs affirmatio cum cōpletiōe profert: potest in ea aut veritas aut falsitas inueniri. Ea vͦo que sunt ad aliquid: simpliciter ⁊ sine vlla complexione dicuntur. Similiter autem ⁊ contraria: ⁊ ea que sunt secundum habitum priuationē qꝫ sibi met opposita: vt est pater filio: bonum: malū visus cecitas: que quoniam sine complexione dicunt (vbi autem complexio non est: illic nec falsitas neqꝫ veritas est. In affirmationibus vero solis ⁊ negationibus que secundum complexionem dicuntur: aut veritas aut falsitas reperitur. Secundum affirmationem ⁊ negationem oppositio a cunctis aliis superioribus distat.

¶ Sed maxime videbitur hoc tale contingere in his que secundum complexionem contraria dicuntur. Sanum namqꝫ esse socratem ad languere socratem contrarium est. sed neqꝫ in his necessarium est alterum semper verum: alterum autem falsum esse. cū. n. socrates sit: erit illud quidē verū illud vero falsum. cum vero non sit: ambo falsa sūt neqꝫ enim languere neqꝫ sanum esse verum est: cū non sit ipse socrates omnino. In priuatione vero ⁊ habitu cum non sit: neutrum verum est cum vero sit: non semper erit alterum verum alterum autē falsum. habere namqꝫ visum socratē ad id quod est socratem cecum esse oppositū est sicut priuatio ⁊ habitus. ⁊ cum sit: necessarium non est alterū verum vel falsum esse. cum enim nondum natus ē habere. vtraqꝫ falsa sunt: ⁊ cū nō sit oīno socrates: ⁊ sic falsa sūt vtraqꝫ ⁊ visū eum habere ⁊ cecum eē.

¶ Quoniam videntur quedam contraria secundū cōplexionem dici in quibus aut falsitas reperit aut veritas: sed neqꝫ vt affirmatio sit neqꝫ vt negatio: de his quoqꝫ dicit quid distent his complexionibꝰ: que secundum affirmationem negationemqꝫ dicuntur. Nam sicut egritudo est contraria sanitati: ita quoqꝫ egrotum esse socratem ei quod est sanum esse contrarium est. Oratio quoqꝫ que dicit socrates sanus est: contraria est ei quo pronunciat socrates egrotat. in his ergo ⁊ veritas inuenitur ⁊ falsitas. Quod igitur hec distant ea oppositione: que secundum vim affirmationis aut negationis opponitur. hoc scilicet quod subsistente re: de qua vtraqꝫ dicuntur: vtrumlibet eorum verum est: si tamen ea contraria predicantur: q̄ medijs carent. nam viuente ⁊ subsistente socrate qm̄ egritudo ⁊ sanitas immediata contraria sunt: si quis de socrate dicat socrates sanus est: rursusqꝫ alius pronunciet. socrates egrotat vnam veram vnam falsam esse necesse est. Socrates enī viuens aut egrotat aut sanus est. ⁊ si verum est eum egrotare: sanum esse falsum est: ⁊ si falsum est egrotare: sanum esse verum est. si vͦo socrates ipse non subsistat neqꝫ omnino sit vtrumqꝫ de eo falsum est dicere. quoniam egrotat ⁊ sanus est. Qui enim omnino non est: neqꝫ omnino poterit egrotus eē nec sanus. Ergo in contrarijs subsistente re de qua predicantur: semper vna predicatio vera est alia falsa: in his scilicet contrarijs que secundum complexionem dicuntur ⁊ carent medio. Non subsistente autem re contrarietates vtreqꝫ sunt false. Illa vero que secundum priuationem habitumqꝫ dicuntur: si cum cōplexione predicentur: ⁊ subsistat res non necesse est aliam veram esse: aliam falsam: ⁊ cū res omnino non sit: vtreqꝫ sunt false. Socrates enim cum sit iam in sue matris alue: ⁊ nondum sit editus: in lucem quidem editus non est: ipse tamen est atqꝫ viuit. Sed tunc neqꝫ videns est neqꝫ cecus: ⁊ videns quidem non est: quoniam nondum in lucem est editus. Cecus vͦo idcirco non dicitur quoniam adhuc videre non poterat. Ergo cum sit atqꝫ subsistat res de qua habitus ⁊ priuatio predicantur: potest fieri ut de ea falsa vtraqꝫ predicentur si vero res de qua dicit non sit omnino: vtrasqꝫ falsas esse necesse est: vt cum socrates omnino non est: falsum est eum dicere vel videntem esse vel cecum. In enim videt atqꝫ cecus ē qui viuit atqꝫ subsistit. Cum vero de quo dicitur non sit omnino: vtraqꝫ de eo falso dicūtur. In catulis quoqꝫ idem est. nam cum iam sunt editi: subsistunt quidem: sed neqꝫ ceci sunt neqꝫ videntes: quia nondum per naturam visum habere potuerunt. Sin vͦo omnino non sint: rursus falsum est de his vtrumqꝫ predicari. In affirmatione vero ⁊ negatione non ita est: vt ipse pronunciat.

¶ In affirmatione vero ⁊ negatione semper siue sit siue non sit: aliud quidem verum erit aliud vero falsum languere namqꝫ socratem ⁊ non languere socratem cum ipse sit. palam est quia alterum eorum verum: alterum vero falsum est. ⁊ cum non sit similiter. languere enim cum non sit: falsum est. non languere autem verum. Quare in his solis proprium erit semper alterum eorum verum. alterū falsum esse. quecunqꝫ tanq̄ ⁊ affirmatio ⁊ negatio opposita sunt.

¶ In affirmatiōe inquit ⁊ negatione siue res subiecta subsistat: siue non sit omnino: semper in vna veritas in alia falsitas inuenitur. Non est enim idem dicere egrotare aliquem quod non esse sanum. Naꝫ si egrotat nisi subsistat non potest egrotare. Non esse autē sanum non ita est. nam etiam si non sit omnino aliquis potest de eo qui non est hec negatio predicari. Quod enim omnino non est sanum esse non potest: quod sanum esse non potest: non est vtiqꝫ sanum. Eodē quoqꝫ modo est ⁊ de cecitate: ⁊ de visu. neqꝫ enim idem est dicere cecum esse aliquem quod non videre. qui enim cecus est: subsistit viuitqꝫ: vt sit cecus. non videre vero etiam de omnino non subsistente dici potest. Quod enim non subsistit omnino videre non potest: ⁊ quod videre non potest: non videt. Quocirca in affirmatione ⁊ negatiōe siue sit de quo dicitur. siue nō sit vna semper vera est: altera falsa. Nam cum sit socrates ⁊ viuat: si de eo verum est dicere quoniam videt: falsum est dicere quoniā non videt: ⁊ si de eo verū ē dicere qm̄ sanus est: falsū est dicere quoniā non est sanus. Si negationes vere sūt: false sunt affirmationes. Si vero res subiecta nō subsistat omnino: de eo quidem affirmatio falsa est: negatio semper vera. Nostro enim tempore cum socrates non est neqꝫ subsistit: si quis dicat socrates videt: ⁊ alius dicat socrates non videt: falsum quidē est de eo dicere: quoniam videt. verum vero quoniam non videt. Qui. n. omnino non est: videre non potest. qui videre non potest: non videt. Ita firmum immutabileqꝫ semper manet in affirmationibus ⁊ negationibus alteram semper veram: alteram falsam in predicatione consi

tui. Quocirca quoniam in contrariis ⁊ in his que secundum priuationem habitumqꝫ sunt: si cum complexione vtraqꝫ dicantur de re non subsistente: falsa sunt vtraqꝫ que predicantur. Cum hoc idem in affirmationibus ⁊ negationibus nō fit. omnes cetere oppositiones ab affirmatione ⁊ negatione dissentiunt: Monstrate sunt igitur oppositiones quatuor: ⁊ sex differentie: vna quidem contrariorum: ⁊ eius que est ad aliqd Secunda contrariorum ⁊ eorum que sunt secundum habitum ⁊ priuationem. Tertia contrariorum ⁊ ei⁹ oppositionis que est secundum affirmationem ⁊ negationem. Quarta vero relatiuorum ⁊ eius que est secundum habitum ⁊ priuationem. Quinta relatiuorum ⁊ eius que est affirmationis ⁊ negationis. Sexta priuationis ⁊ habitus ad negationem ⁊ affirmationem: Sed post has oppositionum differētias quedam de contrariis ad multas proficientia questiones ab Aristotele traduntur

¶ Contrarium autem est bono quidem ex necessitate malum. hoc autem palam est per singulorum inductionem: vt sanitati languor: ⁊ iustitie iniustitia: ⁊ fortitudini timiditas. similiter autē ⁊ in aliis. malo autē aliquando bonū quidē est contrarium aliquando autē malū. egestati enī cū sit malū: superabundantia contraria est: cū etiā ipsa sit malū. Similiter autē ⁊ mediocritas contraria vtriqꝫ cū sit bonū est: sed in paucis hoc tale quilibet inspiciet: in pluribus vero semper malo bonum contrarium est.

¶ Hoc loco monstratur: quod omne bonum semper malo contrarium est. Non autem omni malo semper bonum. nam quodcunqꝫ fuerit bonum: solum illi malum contrarium: malo autem ⁊ bonum potest esse contrarium ⁊ malum. Sanitati enim que bona est: egritudo que est mala contraria est. Rursus felicitati que est bona: infelicitas que ipsa quoqꝫ est mala: contraria est: Est autem inuenire malum quod duas habet contrarietates. boni scilicet ⁊ alterius mali. Nam cū ea sunt contraria que a se plurimum distent: cum sit timiditas habitus animi pessimus: duas habet contrarietates: temeritatem scilicet ⁊ fortitudinem. naz qui omnia timet ⁊ est timidus: ⁊ qui nihil timet omnino in quo est temeritas: lōge a sese distant ⁊ discrepant: quocirca sibi contraria sunt: cū vtraqꝫ sint mala. Rursus quoniam bonum malo contrarium ⁊ fortitudo bona est: timiditas mala erit: ⁊ erit fortitudini contraria oppositaqꝫ timiditas. Due igitur contrarietates opponuntur timiditati: temeritas ⁊ fortitudo. sed temeritas contraria est secundum longissimā distantiam quantitatemqꝫ discrepantis habitus atqꝫ contrarii. Timiditas vero fortitudini videtur opposita secundum qualitatem bonitatis atqꝫ malitie. quare sufficienter ē demonstratum bona semper malis esse contraria: mala vero etiam malis. Inductio est autem singulorum exemplorū collectio: ⁊ ad vniuersalem per eam cognitionem collectionemqꝫ reductio: vt si quis dicat qui musicam nouit musicus est: ⁊ ab ea denominatur: ⁊ medicus qui medicinā: rursus qui grammaticam grammaticus: ⁊ ex his singulis rebus colligat vniuersaliter: ⁊ quicunqꝫ aliquam artem nouit: eiusdē denominatione signatur: vt a grāmatica grammaticus: a medicina medicus: ⁊ cetera huiusmodi. Quocirca hoc quod supra diximus de cōtrariis. Aristoteles exemplorum planissima inductione firmauit. Illud quoqꝫ addidit mala posse malis ēē contraria: in paucissimis inueniri. semper autem mala bonis esse contraria. nam ⁊ in his ipsis in quibus mala malis contraria sunt: inest tamen vt etiam simul bonis contraria ēē videantur: vt timiditas: quoniam temeritati contraria est: simul etiam fortitudini contraria est. Sed non necesse est vt quodcunqꝫ malum bono est contrarium mox etiam mali esse cōtrarium: vt egritudo sanitati quidem quod est bonū contraria est: alii vero malo contraria non est. Recte igitur dictum est malum malo contrarium in paucioribus inueniri.

¶ Amplius cōtrariū non necessariū est si alterū sit ⁊ reliquū esse. Sanis namqꝫ omnibus sanitas quidem erit: languor vero non erit. similiter autē cū omnes albi sint. albedo quidem erit. nigredo vero non erit. Amplius si socratem esse sanū. ad id quod est socratē languere contrarium est cum non sit possibile vtrumqꝫ eidem inesse simul. non erit possibile. cum alterum contrarium sit. ⁊ reliquum esse. cum enim sit socratem sanum esse. non erit languere socratem.

¶ Dictum est in relatione quedam relatiua simul esse naturaliter: vt cum sit filius pater est: cū vero sit pater: sine filio esse non posse: Quocirca simul semper sunt pater ⁊ filius. hoc vero in contrariis non est. Ait enim. non necesse est simul semper esse contraria. Si enim nullus egrotet ⁊ sint omnes sani: cū sit sanitas non erit egritudo: ⁊ vna contrarietate manente aliā omnino non erit: vt si quis hoc idem dicat de cignis etenim omnes cigni sunt albi: in cignis nigredo non erit. Atqꝫ hoc idem ad vniuersalia referendum est. Nam si omnia que sunt: alba sunt: oino nigredo non erit. Tractum hoc videtur esse singillatim a partib⁹. Nam quod duo contraria in eodem vno eodemqꝫ tēpore esse non possunt: vt socrates cum sanus est egrotus non est: ⁊ cum sanus est manente sanitate non ēē poterit egritudo. Et non erit necessarium vno cōtrario posito mox subsequi alterum. Nam si necesse eēt vno contrario constituto mox aliud sequi: posset idē socrates vno eodemqꝫ tempore ⁊ sanus esse ⁊ eger. quod fieri non potest. Non igitur necesse est cum sit vna ɔtrarietas: mox aliā sequi. Quocirca fieri potest vt cum vnum contrarium sit: aliud non sit. Idqꝫ i singularibus etiā necesse ē. vt in eo quod est socratē ēē sanum: non est socratē egrotare: qđ socratis sanitati est contrariū. Socrates enim quanqꝫ contrariorum susceptibilis sit quoniam substantia est: tamē vno eodēqꝫ tempore contraria vtraqꝫ non suscipit.

¶ Palā hoc ēqꝫ ⁊ circa idē aut spē aut genere natura habēt fieri cōtraria. lāguor namqꝫ ⁊ sanitas i corpore animalis natura habent fieri. albedo autē ⁊ nigredo simpliciter in corpore iustitia vero in anima hominis ⁊ iniustitia.

¶ Docet circa que semper possint esse contraria. Ait enim circa eas res que aut genere eadem sint aut spē vt est corpus quidem animalis vnum secundum gen⁹. omnium enim animalium vnū genus est. ⁊ circa hoc egritudo vel sanitas inuenit̄. Similiter ⁊ circa corp⁹ oē indiscrete vel animalis vel inanimati albedo ⁊ nigredo est: qđ scilicet omne corpus ⁊ ipsum secundum genus est vnum. nāqꝫ his genus est substātia. Iustitia quoqꝫ

tia quoqꝫ ⁊ iniustitia in anima est. Omnis autem anima que iustitiã iniustitiamqꝫ suscipit: rationalis est. idest hominis: sed omnes homines idem sunt secundum speciem. Omnes igitur anime eedem secundũ speciem sunt. iustitia ergo ⁊ iniustitia circa easdem res secundũ speciem reperiuntur. Quocirca recte iã conclusum est omnia contraria circa easdem res vel secundum genus vel secundum speciem inueniri.

¶ Necessarium est autem omnia contraria vel in eodem genere esse: vel in contrariis generibus eẽ: vel ipsa genera esse: album enim ⁊ nigrum in eodẽ genere sunt. color enim genus eorum est. iustitia vero ⁊ iniustitia in contrariis generibus. huius enĩ virtus. huius autem nequitia genus est. bonum vero ⁊ malum non sunt in genere. sed ipsa sunt genera aliquorum existentia.

¶ Monstrat id quod reliquum est. idest vbi possunt se per contraria vestigari. omnia enim que sunt cõtraria: aut sub eodem genere sunt: aut sub contrariis generibus: aut ipsa sunt genera. Sub eodẽ genere sunt contraria: vt album ⁊ nigrum sub vno sunt genere: idest colore. color enim albedinis ⁊ nigredinis est genus. Hec igitur sub vno sunt genere. Alia vero contraria in contrariis generibus inueniuntur: vt iustitia ⁊ iniustitia. Iustitie enim genus est bonum. iniustitie vero malum: malum vero bono contrarium est iustitia ergo ⁊ iniustitia sub contrariis generibus sũt Rursus alia ipsa sunt genera: vt bonum ⁊ malum: vtraqꝫ sunt genera sub se malorum bonorumqꝫ positorum. ⁊ non hoc nunc dicitur: quod bonitas ⁊ malitia nulli alii generi subduntur ponuntur enim sub qualitate Sed particularium bonorum ⁊ malorum non esse alia genera: nisi ipsum bonum ⁊ malum generaliter. Recte igitur bonum ⁊ malum aliorũ particularium bonorum malorũqꝫ genera sunt numerata. Quare rectissime dictum est: omnia cõtraria aut sub eodem esse genere: vt album ⁊ nigrum sub colore; aut in contrariis generibus: vt iustitia atqꝫ iniustitia sub bono ⁊ malo. aut ipsa esse genera: vt est ipsum bonum ⁊ malum: que genera iustitie atqꝫ iniustitie numerata sũt.

Prius autem alterum altero dicitur quadrupliciter. primo quidem ⁊ maxime proprie secundum tempus secundum quod scilicet antiquius alterum altero ⁊ senius dicitur. in eo enim quod tempus amplius est. ⁊ antiquius ⁊ senius dicitur.

¶ Postq̃ꝫ de oppositis disputationem quantum ad p̃sens tempus attinebat explicauit: nunc que priora dici possint que posteriora differit. Et ait: primo quidẽ ⁊ proprie ⁊ quod in vsu est prius dicim᷒. hoc est: quãdo aliquam rem alia res tempore precedit: ⁊ superat et dum proprie loquimur secundum temporis precessionem: aliud antiquius dicimus aliud senius. Antiquius quidem in his que inanimata sunt: vt porphyrio placet. senius vero in his que anima non carent: vt si quis dicat antiquius fuisse bellum thebanorum atqꝫ grecorum troie excidio: ideo q̃ tempore precedat. filii namqꝫ ducũ qui thebano periere prelio: troie preliis interfuerunt. vt diomedes tydei filius: ⁊ stelenus filius capanei: Atqꝫ hoc quidem ita: quoniam est ⁊ in rebus inanimatis. Antiquius dicitur: vt cum dicimus antiquiorem esse dominationem regum in ciuitate romana q̃ꝫ consulum magistratum. In rebus vero animatis: senius vocam᷒. Seniorem namqꝫ dicimus pythagoram socrate socratem aristotele: ideirco quod se temporibus antecedant. Ergo prius alterum altero dicitur proprie secundum temporis prioris autem quattuor fuere distantie. vt ipse Aristoteles dicit: cum ait. Prius alterum altero dicitur quadrupliciter. Easqꝫ singillatim breuiter enumerat: ad quas ipse addidit: quintam que priscis philosophis esset incognita. Et quoniaꝫ de primo prioris modo dictum est: de secundo dicamus.

¶ Secundo autem quod non conuertitur secundum subsistendi consequentiam. vt vnum duob᷒ prius est. duobus enĩ existentibus mox cõsequẽs est vnum esse. vno existente non est necessarium duo esse. Ideirco non cõuertitur ab vno consequẽtia vt sit reliquum. prius autem videtur illud esse a quo non conuertitur in eo q̃d est esse consequẽtia

¶ Secunda inquit significatio prioris est: que non tempore intelligitur: sed natura. ⁊ hoc ait a quo non conuertitur subsistendi consequentia. Nam si due res ita sint opposite: vt si vna sit necesse sit esse aliã: ⁊ si aliã sit non necesse esse aliam: illa prior est qua posita vt sit: non est aliam necesse esse: ⁊ hoc quidem vniuersaliter dictum est Planius vero his fiet exemplis. Binarius enim numerus ⁊ vnitas eam retinet naturã vt si quis duo esse proponat: vnũ quoqꝫ esse mõstrauerit. vnum enim in ipsis duobus concluditur. nec preter duas vnitates poterit esse binarius. Quocirca si quis binarium numerum esse posuerit. vnum quoqꝫ esse consequitur: ideirco quod binari᷒ vt sit: indiget vnitate. At vero si quis ponat esse vnitatem: nondũ necesse est esse binarium. Ergo ab vnitate subsistendi consequentia non conuertitur. Posita enim vnitate necesse non fuit binarii numeri subsequi quantitatem: ideirco quod binario non indiget vnitas: sicut indigens erat vnitate binarius. Quare prior est vnitas binario. quod si ita est: ⁊ quicquid ita fuerit vt ab eo subsistendi consequentia non conuertatur. Prius aristotele auctore probabitur: vt in eo quod est homo ⁊ animal. Cum dico hominem mox dixi animal. cum animal dixero. nihil adhuc de homine dictum est. Omnis enim homo animal est. non omne animal homo.

¶ Tertio vero secundum ordinem quendam pri᷒ dicitur. quemadmodum ⁊ in disciplinis ⁊ in orationibus. nam ⁊ in demonstratiuis disciplinis est prius ⁊ posterius per ordinem. elementa enim in geometria priora sunt his que describuntur per ordinem. Principia enim priora sunt theorematibus ordine. Et in grammatica elementa priora sunt syllabis. ⁊ in orationibus similiter proemiũ prius est narratione per ordinem.

¶ Ponit tertiam prioris significationem: vt in geometria: priora sunt inquit elementa descriptionibus Elementa vero ait quos terminos appellamus. idest vbi quid punctum sit: quid linea: quid figura predicentur. His enim cognitis ⁊ fideliter animo apprehensis: postea omnes geometrie descriptiones fiunt: que problemata ⁊ theoremata nuncupantur. Ergo quoniaꝫ prius discuntur elementa. post ad descriptiones est transitus priora sunt elementa. descriptionib᷒

ordine scilicet: quoniam vt descriptio possit intelligi: prius elementa traduntur: et in grammatica quoque prius singule traduntur littere quam que ex his syllabe coniunguntur. quocirca ipse quoque ordine priores sunt syllabis: Rhetores vero non sepe a narratione: sed ab exordio agere causas incipiunt ideo quod exordia narrationibus priora sunt ordine. quare tertius modus prioris iste est: qui secundum iterum cuiusdam ordinis in qualibet arte est constitutus.

Amplius supra ea que dicta sunt: quod melius est et honorabilius prius naturaliter esse videtur. consueuerunt enim et plurimi honorabiliores et magis a se dilectos priores dicere apud se. Est quidem et pene alienissimus hic modus. modi itaque qui dicti sunt de priore isti sunt.

Dicit prius videri: quod neque secundum tempus aliquotiens: neque secundum subsistendi consequentiam: nec secundum ordinem sit: sed quodcunque preciosius fuerit: prius esse videatur: vt sol luna prior est: et anima corpore: et animus anima. Hoc vero tali argumento probat: quod hi qui aliquos venerantur: et honorabiliores existimant: dicant eos se esse priores: et hi qui in rebus publicis plurimum possunt: priores dicuntur ab his qui eos maxime venerantur. Sed ut ipse ait: alienissimus modus est a significatione prioris hic quartus qui nunc est dictus modus. etenim de his melius dici potest: vt dicantur venerabiles et honorabiles: vt vero priores dicantur. abusio potius quam vlla proprietas est. Quintus modus quem ipse addidit huiusmodi est.

Videtur autem preter eos qui dicti sunt altera esse prioris modus eorum enim que conuertuntur secundum essentie consequentiam quod alterum alterius quolibet modo causa est digne prius natura dicitur: quia vero sunt quedam huiusmodi palam est. esse namque hominem conuertitur secundum essentie consequentiam ad veram orationem de se. nam si est homo: vera est oratio qua dicitur quia homo est et si vera est oratio qua dicitur quia homo est consequitur esse hominem. Est autem quidem vera oratio nequaquam causa vt sit res: verum tamen videtur quodammodo res causa. vt sit oratio vera. dum enim res est vel non est vera oratio aut falsa dicatur, necesse est. Ideoque secundum quinque modos prius alterum altero dicitur.

Nouimus quasdam res in predicatione posse conuerti. Quod si vna earum que conuertuntur: alteri causa est: et veluti naturalem subsistentiam subministrat illa naturaliter prius esse perhibetur. Ipse autem aptissimo quod proposuit firmauit exemplo. Nam si est aliqua res: verum est de ea dicere quoniam est. Rursus si de ea verum est dicere quoniam est: illam ipsam rem esse necesse est: vt quoniam est homo verum est dicere quoniam est homo. Quod si verum est dicere quoniam est homo: nulla est dubitatio quin homo sit. Ergo quoniam due hee sibimet conuertuntur respiciamus nunc que sit harum causa alteri: vt subsistere valeat: atque vt esse possit. Videor autem rem dicto vero subsistentie dare principium. nam quia homo est iccirco verum est dicere quoniam est: sed non iccirco homo est quoniam de eo vere dici potest quoniam est. Res enim vt veritas adsit dicto principium est. sed non vt res subsistat: vero efficitur dicto. quocirca prius est esse hominem. posterius verum de eo esse dictum. Iccirco quoniam quamuis conuertantur tamen vna harum rerum alteri subsistendi causa est Ait enim id esse prius inter ea que conuertuntur secundum essentie consequentiam: quod alterius quomodolibet causa est. Vt in hoc ipso sermone de homine. conuertuntur vtraque quidem. sed homo vt sit sermo verus causa est atque principium. Quod Aristoteles ita ait. Est autem verus sermo nullo modo causa subsistendi rem. Res autem videtur quodam modo causa esse vt sermo verus sit. Neque enim iccirco res est: quoniam sermo est: sed iccirco verus est sermo: quoniam res ipsa subsistit. Quocirca quinque hi prioris modi sunt: quorum superius quattuor dixit: secundum tempus scilicet: secundum id quod non conuertitur ad subsistendi consequentiam: secundum ordinem: secundum reuerentiam et secundum conuersionem: cum altera res alii subsistendi causa est. Sed quoniam de priori dictum est. Nunc de his que simul sunt incipit.

De his que simul sunt.

Simul autem dicuntur simpliciter et proprie quidem quorum generatio est in eodem tempore. neutrum enim neque prius neque posterius est eorum. Simul itaque hec dicuntur secundum tempus. et sunt.

Cum de prioribus disputaret illa proprie priora esse contenderat: que secundum vim precedentis temporis dicerentur. Quare cum de his que simul sunt disputat: idem reuocat et recte. Nam si maximum modum prioris solum efficiet tempus: cur non quoque simul editam naturam tempus efficiet. Ait ergo et simpliciter et proprie dici simul esse ea que vnius temporis ortu prolata sint. vt si illa sint antiquiora atque priora quecunque non equali sed precedenti tempore proferuntur: que se temporibus non precedunt: rectissime simul esse ponuntur. Cum enim vno tempore edita atque prolata sint: illa secundum tempus simul esse dicuntur: idest simul naturale principium substantiamque sortita sunt. atque hic quidem secundum tempus simul esse dicuntur. Secundum naturam vero simul esse perhibentur. quecunque inuicem ad se conuertuntur: cum altera res alterius subsistendi neque causa sit neque principium: vt sunt huiusmodi duplum et medium. nam cum sit duplum medium est: cum rursus sit medium duplum est Seruus quoque et dominus eodem modo sunt: filius quoque et pater. Hec enim quecunque illata quidem inferunt alia: sublata vero auferunt simul: sibimet semper inuicem conuertuntur. nam si dicam patrem: filium quoque intelligi necesse est: si dixero filium: pater mox sub intelligentiam cadit. Quod si alterum sustulero: vtraque perimo. nam si tollam filium: pater non est: si patrem abstulero: filium quoque perire necesse est: Atque hec ita sibimet conuertuntur: vt tamen altera res alteri causa penitus non sit. nam quoniam pater filio in predicatione conuertitur manifestum est: sed neque pater filio causa est vt sit: nec filius patri: hoc autem huiusmodi est. Si eneas habuit ascanium filium: non dicimus: quoniam non fuit eneas causa vt esset ascanius: sed non fuit pater causa vt esset filius. Nam cum dico ascanius: quedam propria substantia est. cum dico filius esse non potest: nisi ad aliquid

quid referat: et cū eam nomino: substantiam dixi: si patrem appello: nulla rōne cōstat: nisi ad filiū referatur. Igitur causa sunt eneas vt esset ascanius: sed non est causa pater vt esset filius. Pater namque tunc fit cum filius fuerit. nā si hec tempore ipso priora non sunt. cā autē cuiuslibet rei prior est quā illa cuius cā est: oritur nulla dubitatio ē: quin pater atque filius: que vtrosque p̄dicatiōes equales sunt tempore: neutra neutri causa sit. cū tamen substantie ipse vt sint: cā non sit predicationis. et nullo modo simile debet videri ei quod paulo ante dictum est de homine. esse verū de eo sermonem scilicet quoniam est. Ille enim cū res esset: tunc poterat esse verus de ea sermo. Prius enim est vt sit aliquid: post vero vt de eo verū aliquid esse dicatur. Nūc vero nō ita est vt prius aliquis sit pater: post vero filius. Mox enim vt pater est: filiū esse necesse ē: mox vt ē filius: patris sine dubio p̄dicatio cōsequitur. quē ad modū iste modus sit. qui scilicet simul secūdū naturā est Aristoteles ita pronuntiat.

¶ Naturaliter autem simul sunt: quecūque cōuertūtur quidem secundum quod est esse consequentiā. Sed nequaquam causa est alterum alteri vt sit: vt in duplo et dimidio conuertuntur etenī hec. nam cum sit duplū est dimidiū: et cum sit dimidiū est duplum sed neutrum alteri causa est vt sit.

¶ In his que ita priora esse dicebantur: vt conuerterentur. quāuis sm̄ cētiā eorum consequētia cēt: tū quia in his alia res alij causa atque principiū est: hoc erat quod vna prior esse videretur ea quidem cuius causa erat. Distat ab his que conuertuntur: et se inuicem auferūt que cū neutra neutri causa sit: et tamen conuertuntur digne simul naturaliter esse perhibentur.

¶ Dicuntur autem simul naturaliter et que ex eodē genere e diuerso diuiduntur a se inuicem. E diuerso autem diuiduntur: que sm̄ eandē diuisionem sunt: vt gressibile: volatile. et aquatile. hec enim e diuerso diuiduntur que sunt ex eodē genere sm̄ diuisionem. animal namque diuiditur in hec in volatile et gressibile et in aquatile. et nihil horum prius vel posterius est. sed simul per naturam hec esse videntur.

¶ Tertium modum eorum que simul sunt hunc addidit: illa quoque simul esse: que equali diuisione sub genere ponantur: vt si ponat quis animal genus hominis et equi: hominem vero et equū a genere. i. ab animali diuidat: homo et equus quoniam sub eodem genere sunt simul esse natura dicuntur: et conueniens regula est in omnibus quibuscūque generibus: cum enim specierum diuisiones fiunt. ille species natura simul sūt. et si sub his ipsis spēbus quedam alia ponantur: etiam ipsa simul natura esse dicuntur. Diuidatur enim genus idest animal in volatile atque gressibile: et quoniam sunt sub eodem genere: simul natura sunt. Et si quid horum in subiectas partes speciesque soluatur vt volatile quidem in his auibus que seminibus vescuntur: et in his que carnibus: et in his que herbis. He tres species rursus que sub volatili sunt: simul eē naturaliter appellantur: quod Aristoteles ita dicit.

¶ Diuiditur autem et singulum horum in speciem rursus vt gressibile animal et volatile et aquatile: erunt ergo et illa simul naturaliter quecunque ex eodem genere secundum eandem diuisionem sunt. genera vero semper speciebus priora sunt. neque. n. conuertuntur secundum quod est esse consequentiam. vt enim sit aliquid aquatile quidem est animal. cum vero sit animal: non est necesse vt sit aquatile. Simul ergo per naturam dicuntur. quecunque conuertuntur quidem secundum quod est esse consequentiam. sed nequaquam quidem causa est alterum alteri vt sit. et ea que ex eodem genere e diuerso diuiduntur ab inuicem. et simpliciter simul sunt quorum generatio in eodem tempore est.

¶ Atque idcirco fieri non potest vt genus habeat vnam speciem. Nam si quecunque sub genere sunt: simul sūt. Simul autem nisi plura esse non possunt: genus igitur sub se vnam speciem habere non potest. Si enim vna fuerit: fieri non potest vt simul eē dicatur: quia illud est: quod sub eodem genere res quedam solent que simul sint naturaliter: inueniri. Sed hec de speciebus. Genera autem semper priora sunt. non enim conuertuntur secundum subsistentie consequentiam. Prioris vnus modus est secundum quem illa priora esse dicerentur: quecunque ad subsistendum nullo modo conuerterentur. quod hoc idem in generibus cadit. Genera enim non conuertuntur ad subsistentie consequentiam hoc modo. Sit enim animal genus: homo vero species. Cum vero dico hominem esse: animal quoque esse consequitur. Si animal dixero: ad hominem subsistentie consequentia non conuertitur. Potest enim esse animal: non tamen homo. Quocirca ab animali ad hominem non conuertitur subsistentie consequentia. Quod si posito homine anima constat: animali vero nominato non est necesse hominem esse. Animal est prius homine. Illa quoque priorum descriptio est: quod ea que sunt priora sublata quidem auferunt; illata non inferunt. Animal enim sublatum secum quoque hominem tollet; illatum vero vt dicatur esse animal: non secum statim hominem infert. Posteriora vero e diuerso sunt. Illata enim simul inferunt: sublata non auferunt. Dictus quidem homo: simul secum animal infert: omnis namque homo: animal est. Quod si homo substantialiter auferatur: non ē necesse animal quoque auferri. Quod hoc nomen animalis in pluribus speciebus valet aptari. Quod si ita contingit: sublato homine permanebit animal. Quocirca concludit tres esse species eorum que simul sunt secundum tempus: secundum naturam cum vtraque ita conuertuntur: vt neutra neutri causa sit. Tertium genus est sm̄ eādē sub genere diuisionē.

¶ De motu.

Quoniam in faciendo atque patiēdo inerat quidam motus: facere autem et pati predicamentis adiunxerat: idcirco nunc de motibus tractat: et sex numero esse pronunciat.

Motus autem species sunt sex generatio. corruptio. augmentum. et diminutio. alteratio. secundum locum mutatio. alij ita que motus palā est quod alij ab inuicem sunt. nō est enim generatio corruptio. neque augmentum diminutio: neque secundum locum mutatio. similiter autem et in alijs.

¶ In physicis Aristoteles motus species alia ratiōe partitus est. Ait enim aliud esse permutationē: aliud mo


tum. ⁊ permutationis quidẽ duas esse species ait generationem ⁊ corruptionem. Motus vero .iij. scd̃m quantitatem: ſm qualitatem: ſm locũ: igitur quoniã hic liber ad introductionem factus est quodãmodo: noluit nimis diuisionis attenuare rationes: ne ingredientium animos subtiliori diuisione confunderet. facit igiẽ diuisionez motus hoc modo. Est enĩ vna species motus ſm substantiam alia ſm quantitatẽ: alia ſm qualitatẽ: alia ſm locũ. Et ſm substãtiã quidez ẽ generatio ⁊ corruptio. hec enim vtraqz in substantia fiunt. Nã ⁊ scd̃m substãtiã generatur aliquid: ⁊ ſm substãtiã corrũpitur. Secundum quantitatẽ vero: vt cremẽtũ ⁊ diminutio. etenĩ scd̃m quãtitatẽ vel aucta creuisse: vel detracta diminuta esse dicuntur. Scd̃m qualitatẽ vero que dicitur cõmutatio. ſm aliquas scilicet passiones: quas qualitates eẽ manifestũ est. Secũdũ locũ vo: vt itus in longitudinem: vel in curuaturam flexus: ⁊ itus quidẽ in longitudinez: ẽ vt a sursũ in deorsum: a prioribus retrorsum: a dextra ĩ sinistrã ⁊ rursus si hec cõuertas ⁊ directum pergentes idez motus erunt. Illud quoqz verũ est has esse oẽs spẽs motus: nullo namqz sibi participant: nisi solo generis nomine: quod motus dicũtur. nam neqz generatio idẽ est ꝙ corruptio: namqz generatio est in substantia ingressus: corruptio vo ex substantia egressus. Nec diminutio idẽ quod cremẽtũ. nec scd̃z locũ trãslatio alicui superiorũ cõsimilis est. Cõmutatio autez habet forte aliquã dubitationẽ: quod nõ videatur a superioribus discrepare: quã questionẽ ita proposuit.

In alteratione vero habet quandã questionem. ne forte necessarium sit id quod alteraẽ. per aliquã reliquarũ motionũ alterari. hoc autem non est verum. Nam pene scd̃m omnes passiones aut plures alterari accidit nulla aliaꝝ motionũ cõmunicante. Neqz enĩ augeri necessariũ est. quod per passiõez mouetur neqz minui. Similiter autem in alijs. Ideoqz erit alia preter illos motus alteratio. Nã si eadem eẽt. oporteret id quod alteratur mox vel augeri vel minui. vel aliquẽ aliorũ motuũ cõsequi. Sed non est necesse. Similiter autem ⁊ quod augetur. aut alia aliqua motione mouetur. alterari oportebat.

In cõmutatione vero est aliqua dubitatio: ne forte necesse sit quod commutatur scd̃m aliquem reliquorum motuum cõmutari. Naz si omne quod cõmutaẽ aut generatur: aut corrumpitur: aut minuitur: aut crescit: aut id secundum locũ transferri necesse ẽ. dubiũ non est nihil superioribus ceteris hanc differre spẽz: que secũdũ cõmutationem dicitur. hoc autem non ẽ verũ. Sed quĩ quod cõmutatur non oĩno neqz generatur neqz corrũpiẽ: vt qui in sole diutius steterit: si ex cãdido niger est factus cõmutatus quidẽ ſm colorẽ dẽ non tñ generatus est aut corrupt⁹: nec vero illi aliqđ vel crementum factum est vel diminutio. sed nec loci translatio vlla ẽ. potest enĩ aliquis vno eodẽqz loco cõsistẽs aliquibus extrisecus venientibus passionibus permutari. potest quoqz ⁊ crescere ⁊ decrescere preter qualitatis cõmutationem. quod ipse Aristoteles ita pronunciat.

Sed sunt quedã crescentia que nõ alterãtur. vt quadratũ circũposito gnomone crescit quidez. alteratũ vero nihil factum est sic ⁊ in alijs huiusmodi quare alii sunt motus a se inuicem.

Quod dicit tale est. Si quadrato inquit addatur gnomo: crescit quidẽ quadratus: non tamen cõmutatur. Ideoqz sublato gnomone quadratus diminuitur: ſz nõ cõmutaẽ. Sit enim quadratus .a.b.c.d. ⁊ ducatur ei angularis .b.c. ⁊ diuidatur quattuor latera .a.c.a.b. b.d.d.c. ꝑequalia .g.e.h.f. punctis. ⁊ ducãẽ .g.h.f.e. lineę. Diuisus igitur quadratus .a.d. in quattuor quadratos qui sunt .e.g.f.g.e.h.h.f. quorumlibet tres q circa eãdez angularẽ sũt si demãtur: figura ipsa gnomo vocaẽ; vt si quis tollat hos tres .e.g.g.f.f.h. fient tur .m.n. gnomo. qui .m.n. gnomo separatur ab .e.h. quadrato. Totus quidem .a.d. quadrat⁹ imminutus ẽ: q ex tã magno factus est paruus: non tamen formam tetragoni cõmutauit. Quod si .e.h. tetragon⁹ sol⁹ sit: ⁊ ei circũponatur gnomo: qui est .m.n. crescit quidem tetragonus: ⁊ maior fact⁹ est: sed non cõmutatus est. Oẽs .n. tetragoni sibi sunt propria qualitate consimiles. Quod si cõmutatio huiusmodi esset vt non oĩno a superioribus separaretur: nulla esset dubitatio: qn semper oporteret quicquid cõmutatur secundum aliquẽ priorũ motuũ modũ cõmutari. Ita vt aut nascereẽ: aut corrũpereẽ: aut minueretur: aut cresceret aut secundũ locũ fieret aliqua permutatio. Quod qñ nõ est: ab oĩb⁹ superioribus motibus hec motus species distat. Sed monstratũ superius ẽ quinqz superiores motus spẽs a se oĩ rõne substantie discrepare. Quocirca distãt a se similiter hi sex mot⁹ atqz diuersi sũt.



Est aũt simpliciter quidem motui quies contrariũ. Singulis vero singuli generationi qdẽ corruptio. augmentationi quidẽ diminutio. secũdũ locũ vero mutationi. secũdũ locũ qes maxime aũt videtur oppositũ esse in cõtrariũ locum mutatio vt que est inferius ei que est superius. ⁊ ea que est superi⁹ ei que est inferius.

Nunc iam motuũ contrarietates exequiẽ: ⁊ ipsi quidem generi .i. motui dicit quietẽ esse contrariam. hz enim motus quietem contrariaz. Singulis vo speciebus motuum motus ipsi contrarii sunt: vt generatiõi corruptio. ⁊ cũ gñatio sit mot⁹ atqz corruptio: vtraqz tamen sibimet contraria sunt. cremento quoqz diminutio cõtraria ẽ. Quare diuerso mõ. he species motus cõtrarietatem habent: quã genus dudũ habere monstrauimus. Motus .n. ipse hz quietẽ cõtrariam. Specierũ vero motibus non quies sed alij motus cõ

trar

trarii sunt: vt generationi corruptio: et cremento diminutio. Scdm vero locum translationis contraria simul est generis. Nam et ipsa habet contrariā fcdm locū quietē contrariuz namqz est moueri de loco in locū: et non moueri. et est nō moueri quidē fcdm locum quies: moueri vo secundū locū trāslatio. Maxime autem in quit fcdm locum mutationi contraria est in contrariū locū permutatio. Ut si qua res sursū stat atqz ibi mancat: et sit quieta: postea fit ei motus talis: vt deorsum moueatur quoniam ipsi superiori motui quies cōtraria fit: multo magis quidē huiusmodi motus qui in contrariū fit locuz illi superiori motui contrarius est. Atqz hoc quidem et in aliis motibus accidit. vt si quis sit ad dexterā: si ei in sinistrā motus fit: in contrariuz locum factus dicitur motus atqz hoc idem in aliis motib⁹ licet videre. Sed aristoteles dubitat si reliquo motui .i. cōmutatiōi aliquid possit eē contrariū: quā questionē ita proponit.

Reliquo vero assignatorum motuum non facile ē assignare quid sit contrarium. videtur autem neqz aliquid ei rei contrarium: nisi quis et in hoc secundum qualitatem quietem opponat. aut in contrarium qualitatis mutationem. sicut et in mutatione secundum locum quietem secundum locum. aut in contrarium locum mutationem. Est enim alteratio secundum qualitatem mutatio.

Ex similitudine motuum contrarietates quoqz colligimus. Nam quoniam superius motui fcdm locum contrariam reperit secundū locū quietē: et quoniā oīs cōmutatio que fcdm aliquā passionez fit: fcdm qualitatem cōmutatur: motus eius contrarietatem posuit fcdm qualitatē quietē: vt si lapis cum frigidus est si ita permaneat: qualitas illa mansit: et quieuit. quod si tepescat qlitas illa cōmutata est: et est ipsa cōmutatio contraria: et factus est quidem motus: sed in tepore lapidis fcdm qualitatem facta est permutatio. fuit aūt in frigore quies fcdm eandem qualitatē. Quocirca si est videatur hic motus qdē oīno contrariū non habere: tamen sicut superius dictum est fcdm locum trāslationem contrariā esse fcdm locū quietem: cur nō quoqz fcdm qualitatē cōmutationi dicatur quies fcdz qualitatē esse cōtraria. Definitio nāqz cōmutationis est translatio secūdū qualitatē. cū enī qualitas cuiuslibet rei mouetur: fit trāslatio. f. fcdm qualitatez. Quod si marie videat fcdm locū translationi eē contraria nō solū fcdz locū quies sed etiam in contrarium locū trāslatio: fcm qualitatē quoqz mutationi non solū erit cō fcm qualitatem quies. sed maxime in cōtrariā qualitatē cōmutatio: vt si quid cū est album: si rubrū fiat: quieti quidem ei que in albo colore poterat permanere; contraria fuit qualitatis ipsa mutatio: vt ex albo in rubrum mutaretur. Si quid enim ex albo vertatur in nigrū: illud maxime permutatur: et illud superiori mutationi contrarium est: quoniā pmutatū est in cōtrariā qualitatē. Atqz hoc est quod ait.

Quapropter opposita erit secūdū qualitatē mutationi fz qualitatē quies: aut in contrarium mutatio qualitatis. vt albuz fieri ad id quod est nigrum fieri alteratur enim in contrarium qualitatis mutatione facta.

Id quoqz apertissimuz vulgatur exēplo. Quare qm̄ de motibus expeditum est: habendi equiuocationem que sequitur explicemus.

De habere.

Habere autem multis modis dicitur. aut enim tanq̄ habitum et affectum. aut aliā quālibet qualitatem. dicimur. enim disciplinā aliquā habere atqz virtutem. Aut tanq̄ quantitatē. vt contingat ei qui habet magnitudinem. dicitur enim tricubitam magnitudinez habere vel quadricubitā. Aut tanq̄ ea que circa corpus sunt. vt vestimentum vel tunicam. Aut tanq̄ in parte. vt in manu annulum. Aut tanq̄ partez. vt manū vel pedem. Aut tanq̄ in vase. vt i modio grana tritici. aut in lagena vinum. vinum enim habere lagena dicitur. et modius grana tritici. hec ergo omnia haberi dicūtur. vt in vase. Aut tanq̄ possessionem. habere enim domum aut agrū dicimur. Dicitur etiam vir vxorem habere. et vxor virum: Sed videtur alienissimus qui nunc dictus est modus esse in eo quod est habere. nihil enim aliud per vxorē habere significamus nisi quia cohabitāt. fortetamen et alii quidā apparebūt modi de eo quod est habere. Sed qui cōsueuerūt dici: pene omnes numerati sunt.

Equiuocū esse habendi modū manifestum est. habere .n. ita multis dicitur modis: vt tamen equiuoce predicetur. Dicimur enim habere aliquam qualitatem: vt habitum vel dispositionem. Dicimur quoqz habere scientiam vel virtutem: quantitatem quoqz habere perhibemur dicimur enim mensura habere quinqz vel quatuor pedes. Necnō etiam in ipsis partibus corporis aliquid: et ipsas partes habere predicamur. dicimur enim et habere digitos et in digito annulos. Circa corpus quoqz aliquid habere dicimur: vt tunicam vel quodlibet aliud vestimentuz. Necnō. etiā in vase haberi aliquid dr̄ vt triticū in modio: et vinū in dolio. hec. f. ita haberi dicūtur vt in vase. Dr̄ etiam quis habere vxorē: que scilicet significatio nulli supradicte communis est: sed (vt ipsi Aristoteli videtur) lōge diuersa est hec significatio ab habendi predicamētō nō .n. ppriē habem⁹ vxores: sz qd̄ habere qs dicit vxorē. hoc significat habitare cū eo vxorē: habere .n.) habitare dicimus vt ē exēplū terentius: hēt. i. habitat) atqz colūt. Quare ipse quoqz Aristoteles sequit eē alios quos fortasse preter eos qui dicant habendi modos. hortat quoqz nos ad vlteriorē aliquā inquisitionē: vt nos quoqz q̄ram⁹ p quos p̄ter priores dictos modos alios possit habere predicari. Et de hac equiuocatione quidez hn̄di sufficiēter dictū est. Sed forte quis dubitet: cur cum habere superius in genere nominauerit: nūc idipsū equiuocū ponat. Sz hec questio ita soluitur. Non absurdū ē idē p̄dicamētū nūc vniuoce nūc equoce p̄dicari. vniuoce: vt supi⁹ qdē eiusdē speciez exēpla pposuit: vt est calciatū esse vel armatū. hoz .n. taliū gen⁹ ē. Equoce vo vt in his modis quos superius exposuimus. Qd̄ si et hz aliquas pprias spēs habēdi p̄dicatio: dicit aūt et ipz nomē multipliciter: nihil ē icōgruū i genere numerari. Sufficit .n. ad demonstrandū genus esse et habendi predicationem: qd̄ sub se aliquas partes speciesqz contineat.

FINIS

Finis libri predicamentorum Aristotelis cuz. A. M. S. B. commentariis feliciter.

¶ Eiusdem Boetij libri περι ερμηνειας Aristotelis traductio: ⁊ in eādem commentariorum Editio pria.

Magna quidem libri huiꝰ apud peripateticam sectam probatur auctoritas. Hic namqꝫ Aristoteles simplicium propositionum naturam diligenter examinat: sed eius series scropulosa impeditur semita: ⁊ subtilibus pressa sententijs: aditum intelligentie facilem non relinquit. Quocirca nos libri huius enodationem duplici commentatione supplevimus: ⁊ quantum simplices quidem intellectus sententiaruꝫ oratio brevis obscuraqꝫ complectitur: tantum hac operis huius tractatione digessimus. Quod vero alterius acumen cōsiderationis exposcit: secunde series editiōis expediet Nunc a me tantum lector expectet: vt pedetentiꝫ minutatimqꝫ secundum oratiōis ordineꝫ textūqꝫ sermonis id quod angustia brevitatis latet intelligat. Et prius que sit huius operis intentio breviter demonstrādum est. Inscribitur etenim grece liber περι ερμηνειας Quod latine de interpretatione significat Quid ergo sit interpretatio paucis absoluam. Interpretatio est vox significatiua per seipsam aliquid significans. Siue enim nomen sit quod per se significat: vt est homo. Siue verbuꝫ vt est curro. Siue qđ grammatici participium vocant. Siue pronomen est Siue ex his iuncta oratio: vt est homo currit. Siue quolibet alio modo vel nomen vel verbum vel ex his oratio iuncta per se aliquid significat: īterpretatio nominatur. Quare cum sint quedam in orationis partibus que per se nihil significant. Alijs tamen iuncte đsignent: vt sunt. Coniunctiones: vel prepositiōes: hec interpretationes esse non dicimus. Interpretatio enī siue simplex est: vt nomen ⁊ verbum. siue composita vt ex his iuncta copulataqꝫ oratio: vel per seipsum significare debet si simplex est: vel ex his que per se significant iūcta esse: si composita est. Quare interpretatio est vox aliquid per seipsam significās. Sed quoniam verba nominaqꝫ interpretationes sunt: oratio quoqꝫ omnis que ex significantibus per se predicamētis iungitur: interpretatio nuncupatur. Sunt autem plurime interpretationes: inter quas illa quoqꝫ ē oratio: in qua verum falsumue inueniri potest: idest enūciatiua: de qua hoc libro tractandum est. Iccirco igitur Aristoteles de communi nomine ⁊ continenti libro titulum inscripsit. Interpretatio namqꝫ est nomē ⁊ verbum. Interpretatio etiam est huiusmodi oratio Omnis homo animal est: sed in hac verum falsumqꝫ auditor intelligit. Hec enī oratio que dicit omnis homo animal est: vera vel falsa est. Interpretatio quoqꝫ est etiam huiusmodi oratio. Da mihi codicem in quem verum falsumqꝫ nullus inueniat. Etenīꝫ da mihi codicem: neqꝫ verum esse poterit neqꝫ falsum.

Quocirca quoniam de his solis orationibus: in quibus verum falsumqꝫ reperitur: quas enunciationes ⁊ propositiones vocamus: que interpretationes sunt disputaturus est: quoniamqꝫ de nominibus illi verbisqꝫ dicendum est: quid sint: quāue vim in significatione retineant: recte librum de interpretatione significauit. Nec hoc nos turbet: qđ sūt quedam interpretationes de quibus in hoc libro non tractet: tāqꝫ enī si quis de homine disputans titulum operis de animali posuisset: quāqꝫ nō de omni animali: tamē quoniam de aliquo disputaturus esset. Recte de animali libro nomen imponeret. Ita licet nō de omni interpretatione pertractet tamen quoniam de vna que est enunciatio: ⁊ de nominibus ⁊ verbis: que interpretationes simplices sunt: dicendū erat: de cōmuni ⁊ generali vocabulum libri de interpretatione imposuit. Est autem intentio libri huius de simplici enunciatiua oratione disserere. Simplex enim enunciatiua oratio est: in qua cum verum falsumue sit: illud tamen ē: vt sine coniunctione totus orationis ordo proponatᷣ vt est: homo est: homo ē animal: homo currit hō pallidus currit. He propositiones sine coniunctione propositꝫ sunt. Et he dicūᷣ predicatiue: que sunt cum nomine ⁊ verbo. Ille vero que sunt huiusmodi si sol super terram est: dies est. Duplices atqꝫ hypothetice necnon ⁊ iā conditionales vocantur. Ponitur enim si hoc sit hoc esse: idest si sol est esse diem. Quare he simplices non sunt si sol est enim: ⁊ dies est due propositiones sunt quas: vna coniunctio: que est si: copulat atqꝫ componit. Sed de his nullꝰ hoc libro tractatus habebitur. Quare quoniam de simplicibus enunciatiuis orationibus tractatum est: idest de simplici affirmatione ⁊ simplici negatione: quoniāqꝫ affirmationes ⁊ negationes verbis ac nominibus coniungūtur: vt in ea que est: homo currit: Affirmatione homo nomen est currit verbuꝫ. Et rursum: homo non currit negatio eodem nomine verboqꝫ coniungitur: recte prius de simplici affirmatione ⁊ de simplici negatione: oīoqꝫ de enunciatione simplici disputaturus est. Quoniā omnis enunciatio simplex verbis nominibusqꝫ coniungitur: primā disputationē de nominibus ⁊ verbis constituit. His.n. prius ad scientiam venientibꝰ tota facillime natura oratiōis aperiᷣ. De qbꝰ agit et in toto dicēdū ē libro oīo: ehoās ipse sic ꝓponit.

Primum oportet constituere quid sit nomen. ⁊ quid verbum. postea quid est negatio. ⁊ affirmatio. ⁊ enūciatio. ⁊ oratio. In pricipio inquit huius sermonis qui de enūciatione instituitur: cōstituere idest definire opꝫ: quid nomen sit: quid verbum. Nec enim (vt dictum est) omnem coniungere orationem valent. Que oratio genus est aliarum orationum. Sunt enim principales quinqꝫ orationum differentie Est autem prima oratio deprecatiua: vt iuppiter omnipotens precibus si flecteris vllis. Secunda imperatiua: vt suggere tela mihi. Tertia interrogatiua: vt quo te Meri pedes. Quarta vocatiua: vt huc adesso melibee. Quinta enunciatiua: in qua verum inesse falsumqꝫ perspicitur. Huius autem due sunt species. vna affirmatio altera negatio. Affirmatio est: vt homo animal est. Negatio: vt homo animal non est. Ergo orationem verba nominaqꝫ constituunt. Enunciationis autem oratio genus est. Enunciatio vero Affirmationis ⁊ negationis. Quare elementa quedam sunt que coniungunt orationem: verba ⁊ nomina: ⁊ de his disputat primum. De hinc propositiōis duas vltimas spēs sumit: ⁊ dicit se de affirmatione ⁊ negatione dicturū Post has harum genus proponit .i. enūciationē. Vltimū vero: quod horum maximū est orationem. Est vero quodammodo conuersus ordo ab speciebus

vsqꝫ

vsq; ad earum genera prima peruenias. Proponendo enim ab affirmatione ⁊ negatione ad enũciationem quod est genus: ascensum est. Ab enunciatione ad enunciationis genus: quod est oratio: ꝓpositionẽ operis leuauit: diuerso tñ modo de cunctis disputat. Prius eni de oratione: post de enunciatione: deinde de affirmatione: postremo de diffinitione negationis edisserit conuerso. s. ordine. Sed hoc posterius liquebit. Quod ãt prius negationem postea proposuit affirmationẽ: nihil interest cum omnes species eque ue sibi net sint ⁊ vni generi equaliter supponantur. Quocirca si affirmatio ⁊ negatio enunciationis species sunt: rectum est quãlibet earũ prius indiscrete ꝓponere. Quemadmodũ autem affirmatio ⁊ negatio species enunciationis sint: ⁊ hec earum genus. Secũda editione monstrandum est.

¶ Sunt ergo ea que sunt in voce earum que sunt ĩ anima passionum note. ⁊ ea que scribuntur eorum que sunt in voce. Et quemadmodum nec littere omnibus eedem. sic nec eedem voces. Quorum autem he primorum note. eedem omnibus passiones anime sunt. ⁊ quorum he similitudines res iã eedem. De his quidem igitur dictum est in his que dicta sunt de anima. Alterius est eni negocij.

¶ Quoniam nomen ⁊ verbum in definitionibus suis significatiua paulo post propositurus est: primum explicat quorum sint significatiua quecunq; significant idest que designent ipsum nomen ⁊ verbum. Tota autem ratio sensus huiusmodi est. Tria sunt ex quibus omnis colloquutio disputatioq; perficitur: res: ĩtellectus: voces. Res sunt quas animi ratione percipimus: intellectuq; discernimus. Intellectus vero quibus res ipsas addiscimus. Voces quibus id quod intellectu capimus: significamus. Preter hec autem tria est aliud quoddam: quod significat voces. ee sunt littere. harum enim scriptio vocum significatio est: cũ igitur hec sint quatuor: res: intellectus: vox: littera. rẽ concipit intellectus: intellectum vero voces designãt ipsas vero voces littere significant. Intellectus vero anime quedam passio est. Nisi enim quandam similitudinem rei quã quis intelligit in anime ratione patiatur: nullus est intellectus. Cum enim video orbem vel quadratum: figuram eius mente concipio: ⁊ eius mihi similitudo in anime ratione formatur patiturq; anima rei intellecte similitudinem: vnde fit vt intellectus ⁊ similitudo sit rei: ⁊ anime passio. Horum autẽ rursus. iiij. due sunt naturales: due scdm hominum positionem. Voces namq; ⁊ littere secundum hominum positionem sunt. Intellectus autem ⁊ res naturaliter. Hoc illo approbatur: quod apud diuersas gentes diuersis vocibus vtuntur ⁊ litteris. Ideirco quoniam ipsi sibi voces: quibus vterentur: ⁊ litteras quibus scriberent: composuerunt. Intellectus autem ⁊ res nullus posuit. Sed naturaliter sunt. Neq; enim quod apud romanos est equus: apud barbaros ceru⁹ Sed apud diuersas gentes eadem rerum natura est preterea neq; quod nos intelligimus esse equum: canem barbari putãt. Sꝫ eadẽ apud diuersissimos gentes substantiarũ intellectuumq; ratio est constituta. Quare due harum sunt secundum hominum positionem: idest voces ⁊ littere: due secundum naturam res ⁊ intellectus. Nunc ergo hoc dicit: quoniam voces quidẽ significant intellectum: ipsas ẽt voces littere significant. Sunt autem intellectus anime passiones. ⁊ voces quidem ⁊ littere naturales nõ sunt quẽadmodum enim vox non eadem apud omnes: ita nec littere. Sed intellectus ⁊ res eadẽ apud omnes quaslibet diuersissimas gentes inuenies. Atq; hoc est quod ait. Sunt ergo ea que sunt in voce earum que sunt in anima passionum note. Idem ipse inquit voces intellectus sunt anime passiones significant: eorumq; sunt significatiue ergo ea que sunt in voce significant illas ⁊ earum sunt note: que sunt anime passiones. Anime autem passiones intellectus sunt. Igitur ea que sunt in voce: intellectuum qui sunt anime passiones: note sunt: eosq; significant. Quoniam his idest vocib⁹ oĩs significatur intelligentia mentisq; conceptio. At vero quod addidit: ⁊ ea que scribuntur eorum que sunt in voce: tantundem valet: quantũ si diceret. Note sũt littere que scribuntur verborum ⁊ nominum que sũt in voce: monstrauit igitur voces intellectuum esse significatiuas: ⁊ litteras vocum: nunc de eorũ natura pertractat dicens. Et quemadmodum nec littere oĩbus eedem: sic nec eedem voces. hoc ad monstrandũ valet voces ⁊ litteras positione constitui non natura Etenim diuerse apud diuersos sunt voces ⁊ littere: ⁊ quemadmodum littere eedem apud omnes homines non inueniuntur: ita quoq; nec voces. Quare he secũdum positionem sunt: quod ipse retinet velut planũ Manifestum enim est: quod per gentes singulas permutatur: hoc non natura constitutũ esse: sed positione. Quod vero addidit. Quorum autem he primorũ note sunt: eedem omnibus passiones anime sũt ⁊ quorum he similitudines: res iam eedem. Ad hoc pertinet: vt naturales esse res intellectusq; declaret. Idẽ tamq; (vt dictum est.) intellectus passiones quidem anime sunt rerum vero similitudines. Ergo nũc hoc dicit: quorum he idest voces: de quibus supra dixerat note sunt: eedem sunt anime passiones: ⁊ vt nec littere sunt eedem: sic nec eedem voces. Quorũ ergo he voces significatiue sunt: idest passionũ anime: he sũt apud omnes eedem. Significant autem voces illa q̃ sunt in intellectibus. Intellectus igitur anime passio est apud omnes homines non diuersa. Ergo naturalis apud omnes homines est animi cõceptio: atq; anime passio. Quorum sunt note ea que versantur in vocibus. Docet autem ⁊ res quarum sunt similitudines intellectus ⁊ anime passiones: esse non positione sed naturaliter constitutas. Ideirco q᷑ he res quarum similitudines sunt intellectus: qui ĩtellectus anime passiones sunt: apud omnes eedem sunt. hoc est enim qđ ait ⁊ quorum similitudines scilicet anime passiones: q̃ sunt similitudines rerum: res etiam eedem. Ac si diceret. Quorum intellectus sunt similitudines: qui intellectus anime passiones sunt: idest rerum apud oẽs eedem sunt. quod autem ita posuit. Quorum autem he primorum note. hoc sentit. De vocibus enim dicit quoniam quorum voces primorum note sunt: apud omnes eedem sunt anime passiones. Vox enĩ etiam ĩtellectum rei significat ⁊ ipsam rem. Ut cum dico lapis ⁊ ipsum lapidem idest ipsam substantiã designat Sed prius intellectum: scdo vero loco significat. rem Ergo non omnia que vox significat: passiones anime sunt: sed illa sola que prima: primus eniꝫ significatur intellectus: secundo vero loco res: sed intellectus passiones anime sunt: quorum ergo primorum note sunt voces: eedem sunt apud omnes homines anime passiones. Est alia quoq; scriptura hoc modo se habens.

Quorum autem he primorum note: he omnib⁹ pas-

siones anime sunt: ⁊ quorum he similitudines: res et he quod si ita scriptum est: hoc dicere: ostendit. n. quorum sint voces note: ⁊ quorum rursus sint anime passiones: tanquam si diceret. Voces quod significant: ⁊ quorum note sunt ille sunt ale passiones. ⁊ rursus quorum similitudines sunt he que sunt anime passiones: he sunt res: tanquam rursus si diceret quorum sunt similitudines ea que in intellectibus atque ale possionibus sunt: ille res sunt. Sed de his disputationes trahere longius non vult. Ait enim de his quidem igitur dictum est. In his que sunt dicta de anima. Alterius est enim negotii. Etenim aliud est principaliter de intellectibus ale disputare: aliud tantum sibi ad disputationes sumere: quantum ad logice possit pertinere peritiam. Quare alterius negocij est principaliter de anime passionibus disputare.

¶ Est autem quemadmodum in anima aliquotiens intellectus sine vero vel falso: aliquotiens vero cui iam necesse est horum alterum inesse: sic etiam in voce. circa compositionem enim ⁊ diuisionem est falsitas veritasque.

¶ De enunciatione dicturus in qua veritas ⁊ falsitas inuenitur: recte prius monstrare contendit: in qua prolatione vocum horum alterum idest aut veritas aut falsitas inueniri queat. Sed omnis vox animi sensa significat. Quare ex animi intellectibus quicquid euenit: vocibus indicatur. Ergo nunc hoc dicit. Similitudo est inter quedam inter se intellectuum atque vocum quemadmodum enim sunt quedam simplicia que ratione animi concipiuntur: constituunturque intelligentia mentis: in quibus neque veritas vlla: neque falsitas inuenitur: ita quoque in vocibus est. Simplex enim intellectus: vt verbi gratia hominis vel equi: neque falsitatem vllam retinet neque veritatem cum enim intelligo simpliciter hominem vel substantiam ipsam nihil veri vel falsi in cogitatione retineo. Quod si cum sit rursus animi cogitationem prospexero: cogitatio ipsa quam simplicis rei tenet intuitum: veritate ⁊ falsitate seclusa est. Sed quando cursum ⁊ hominem iunxero: ⁊ ex his aliquid intelligentia mea fecero id quoque si voce proferam: huiusmodi erit: homo currit. Tunc ex hac substantie ⁊ accidentis compositione ⁊ coniunctione huiusmodi intellectus fit: in quo vel falsitas possit esse vel veritas. Ergo quemadmodum in intellectu quedam aliquotiens simplicia vero falsoque carentia: aliquotiens autem cui iam necesse est aut veritatem inesse intellectui aut falsitatem: sic est etiam in voce. Nam si simplicem intellectum vero falsoque carentem vox proferat: ipsa quoque vox a veritate ⁊ falsitate relinquitur. Quod si huiusmodi proferat intellectum: qui in se verum falsumque contineat: ipsa quoque veri falsique retinet significationem. Docuit autem per hoc quod ait. Circa compositionem enim ⁊ diuisionem est veritas falsitasque: in qua violatione vocis enunciationes possumus inuenire. Quotiens enim substantiam cum accidenti coniungimus atque componimus: vel intellectum intellectui copulamus: vt fieri possit propositio in cogitatione: tunc fit idem in voce. Et est nunc affirmatio: vt homo currit. Hominem quippe cursumque composuit atque coniunxit: ⁊ inde affirmatio nata est veritatem continens vel mendacium. Nunc vero negatio si huic aduerbium negatiuum iunxero: ⁊ substantiam ab accidente diuisero atque disiunxero: vt est homo non currit: non quod est aduerbium negatiuum hominem a cursu diuisit atque disiunxit: faciatque est inde negatio rursus veritatem falsitatem ne significans. Recte igitur dictum est circa compositionem quod est affirmatio: vel diuisionem quod est negatio: veritatis falsitatisque constare naturam.

¶ Nomina igitur ipsa ⁊ verba consimilia sunt sine compositione vel diuisione intellectui vt homo vel album quando non additur aliquid. neque enim adhuc verum aut falsum est.

¶ Nunc quid sit intellectus sine vero vel falso continuata oratione persequitur. Ea enim inquit que simplicia dicuntur: similia sunt simplicibus intellectibus: qui sine vlla compositione vel diuisione animi puro capiuntur intuitu. Cum enim homo vel album ipsa quidem simplicia sint: ⁊ significent aliquid: nihil tamen neque verum neque falsum designant. Omne enim simplex nomen vel verbum a veritate ⁊ falsitate secluditur. Atque ideo (quoniam vt dictum est) quecumque sunt in vocibus: significant anime passiones. Simplices voces ⁊ sine compositione vel diuisione similes sunt his intellectibus quos sine compositione ⁊ diuisione simplex intelligentia concipit. In his enim atque in huiusmodi nulla neque veritas neque falsitas inuenitur: nisi enim aliquid addatur: vt id quod simplex intelligis: vel per se constituas esse: vel ei aliquid secundum esse coniungas: in his veritas ⁊ falsitas non erit. Cum enim simpliciter dico homo: si non aliquid addidero: vt verbum est: ⁊ fiat huiusmodi compositio: homo est: vel huiusmodi aliquid: vt homo viuit quod idem valet: tanquam si dicam: homo viuens est. ergo nisi aliquid huiusmodi fuerit adiunctum quod intellectam rem vel per se esse constituat: vt homo est cum dico hominem: per se esse designant: vel iuncto accidente tale aliquid apponatur: quod idem ei quod est esse significet: vt est homo viuit. Vita enim homini iuncta est: ⁊ viuit idem significat: quod viuens est nulla veritas nec falsitas valet intelligi. Hoc autem conuenientissimo monstrat exemplo.

¶ Signum autem huius est enim hyrcoceruus significat quidem aliquid. sed quod nondum verum vel falsum. si non vel esse vel non esse addatur vel simpliciter vel secundum tempus.

¶ Magnam vim habet exempli huius subtilitas. non enim sola illa nomina vel verba falsitate ac mendacio separata sunt: quecumque simplicia sunt: sed etiam illa que cumque sunt composita si sint simpliciter dicta. Hyrcocerus enim compositum nomen est: significans hyrcum ⁊ ceruum Sed nisi ei aut esse aut non esse addatur: vt dicamus hyrcocerus est: vel hyrcocerus non est: nullus inde veri falsiue intellectus poterit prouenire. Ipsum enim quamquam sit compositum tamen simpliciter dictum veritati vel falsitati proximum non est. Si quis enim dicat tantum hyrcocerus: nihil enunciat. Quod si nihil enunciat preter veritatem falsitatemque: quoddam compositum designans nomen auditor intelligit. Quod vero ait vel simpliciter vel secundum tempus: ad hoc valet: ne putaremus tunc fieri solum de nomine enunciationem. Cum ei presens tempus adijcitur: vt cum dicimus hyrcocerus est: vel hyrcocerus non est: in his iam veritas est aut falsitas. Sed non solum si presens tempus designet propositio: sed etiam si preteritum: vt si quis dicat: hyrcocerus fuit: vel futurum: vt si quis dicat hyrcocerus erit: enunciationem facit: ergo idest quod ait vel simpliciter vel secundum tempus huiusmodi enim est. Simpliciter facta enunciatio secundum presens est. Etenim quod presens dicimus tempus non est sed confinium temporum tempus enim est futurum aut preteritum: ergo non potest: in eo quod est hyr

coceru⁹

coccruus veritas aut falsitas inueniri: nisi ei aut esse: aut non esse addatur: vel presens: significans quod est simpliciter: vel tēpus quod est preteritū aut futurum Si quis enim sic dicat: hircocervus est: simpliciter dixit: idest secundum presens. Si quis autem hircocervus erit vel fuit: secundū tp̄s futur: scilicet et pteritū Hec igitur que erant vtilia prelocutus ad definitionem nominis disputationis cursum intendit.

De Nomine.

Nomen est vox significatiua secundum placitū sine tempore: cuius nulla ps ē significatiua sepata.

Omnis diffinitio genere et differentijs perficitur. Sumpsit ergo ad definitionem vocem nominis genus. Cetera vero que executus est: pro differētijs aggregauit. Est autem huius termini talis expositio: nomen est inquit vox. Sed vocum alie sunt que significant: alie que nihil significant. Nomen autem significat: id cuius nomen est. Nomen igitur est vox significatiua. Vocum significatiuarum: alie sunt naturaliter: alie non naturaliter. Naturaliter est vox significatiua: vt ea que dolores naturaliter monstrat aut gaudia. Non naturaliter vero significatiue voces sunt: q̄s secundum positionē esse dicimus. Secundū positionem vero sunt: quas sibiipsi homines posuerunt: vt cum dixit aliquis primus qui rebus nomina condidit: hec substantia dicatur aurum: hec lapis hec aqua: et alia similia. Tales igitur voces secundū positionem sunt hominum. Et ita secundū positionem: quemadmodum ipsis hominibus placuit: a quibus nomina ipsa formata sunt: huiusmodi ergo voces que secundum positionem sunt: secundum ponentium placitum sunt Sed nomen non naturaliter significat. Apud diuersas enim gentes diuersa sunt nomina. Que autē apud diuersos diuersa sunt: ea non sunt naturaliter: sed secundū placitū eorum qui posuerunt: positionemq; ponentium. Alioquin si naturaliter essent quemadmodum ea que dulcia sunt apud romanos: non eadē sūt apud scythas amara nec acida: sed apud ipsos quoq; sunt dulcia: et apud omnes gentes sunt odem modo. Ita quoq; omnia nomina si naturaliter essent eisdem omnes hoies vterent. Quare qm̄ nomina naturaliter non sunt nec naturaliter significant: secundum placitum sunt scilicet ponentium atq; auctorum: et a quibus nomina ipsa rebus impressa sunt. Est ergo nomē vox significatiua secundum placitum. Secundum placitū autem positionemq; significantium vocum alie tempus secum ad significationem trahunt. alie preter tēpus predicantur. Tempus secum trahunt: vt est curro et lego: vel cucurri vel legi: et quecunq; sunt verba Omne enim verbum cū tempore est. Nomina vero sine tempore sunt. Cum enī dico socrates vel plato vel albedo: vel aliquid huiusmodi: temporibus carent. Nomen ergo vox est significatiua secundum placitū sine tempore. Vocū significatiuarum sine tempore secūdū placitū. Alie sunt quarum partes aliquid extra significant: alie quarū partes extra nihil designant. Hec nāq; vox: que est socrates cum platone alijsq; discipulis que est oratio: et significatiua est et secūdū placitū. Partes namq; ipsi⁹ que sunt nomina: secūdū placitū sunt et sine tp̄e. Nulla nāq; in ea nec imaginatio quidē tp̄is inuenit̄: sed habet hoc q̄d partes eius extra significant. Tota nāq; oratio est socrates cum platone alijsq; discipulis: sed eius pars socrates si a tota oratione disiūcta sit: significat aliquid Nominis aūt pars nihil extra significat: ipsi⁹ enī nois quod est socrates: quod disiunctum a tota connexione significat aliquid: partes nihil extra designant. Neq; enim so. neq; cra. neq; tes. neq; aliquid preter totum nomen extra designat. Quare rectissime diffinitio constituta est: Nomen esse vocem secundum placitum designatiuam sine tempore: cui⁹ partes nihil extra significant. Hoc autem propositis docet exemplis.

In nomine enim quod est equiferus: ferus per se nihil significat: quemadmodum in oratione que ē equus ferus.

Si enim sit oratio que dicat equus ferus: duas res significat: equum et ferum. Utrumq; enim est vnum substantia: alterum quale. Qui vero dicit equiferus: vnū nomen est: et ei vnum q̄d significat subiectū est. Quocirca vnumquodq; permixtio ista significat. Q̄d si vnū significat tota permixtio: pars inde separata nihil extra designat. In toto enim nomine quod est equiferus: consignificat quidem ferus: per se vero nihil significat. Quod si per se id quod dicimus ferus aliqd significare arbitremur: non iā erit pars nois: sed ipm erit integrū nomē: et habebit partes. fe. et rus. Quocirca qm̄ nosb⁹ vnū subiectū est: et vnū significat totū nomen: vel si sit equiuocū: vel si non sit: canis enī cū sit equiuocū semel totum latrabilē: secūdo totū celestē et rursus totum marinū significat. Quare qm̄ quodlibet nomē vnū aliquid significat totū: pars eius separata: et velut a tota compositione seiuncta: si quis vnū aliquid cōsignificabat: nihil extra significat. Dat aūt differentias simplicium nominum et compositorum.

At vero non quemadmodum in simplicibus nominibus: sic se habet etiā in compositis: in illis. n. nullo modo pars significatiua est. in his autē vult quidem. sed nihil significat separata: vt in eo quod est equiferus ferus.

Simplicis inquit nois ptes qm̄ non constāt ex alijs partibus ne imaginatione quidē significationis aliqd produnt vt ī eo noīe q̄d est hō: neq; ho neq; mo. quicq̄ significāt: neq; significare putāt: iccirco qm̄ simplex nomē ē: ī his quoq; q̄ cōposita sunt qm̄ ex duob⁹ significatiuis in vnā significatiuā redigūt̄: vult q̄dē significare aliqd pars: s; nihil separata designat. In eo enī q̄d ē equiferus: dat quidem imaginationē aliquā significatiōis: et putat̄ significare ferus. Hoc est enim q̄d dicit vult q̄dē: sed nihil extra separatimq; significat. Si enim hoc ipsum ferus vt pars nominis dicatur dimidium nomen dicitur eius quod est equifer⁹: dimidium autem nomen designat nihil. Ergo id q̄d dicimus ferus: cum alia parte nominis que est equinum consignificat: idest equiferus: separatum etiā nihil extra significat. Quod si rursus ipsum nomen extrinsecus non in alterius nominis parte ponatur: per se sibi significat velut nomen. Ergo non est similis in simplicibus nominibus compositisq; partium consignificatio. Sed simplicium quidem nominum partes nec ipse significant: nec significare putantur. Compositorum vero volunt quidem partes aliquid significare: et dant significationis imaginationem: et significare aliquid putantur; sed nullius separatim retinent significationem.

Secundum placitum vero: quoniam naturaliter nominum nihil est: sed quando fit nota.

Tūc enī significat nomē sēm placitū: qm̄ fit nota alicui⁹ rei. i. qm̄ significat aliquā rē; vt metapsus. Quādiu. n. huic nihil subiecti est: metapsus nomē non est.

Nā nois est significare subiectū. Metapsus aūt subiectū n̄ significat. Nō igit̄ nomē ē. Ac rursus ſi huiꝰ cōstituere est subiectū: nois aūt significare subiectum ē Non. enim nomē aliqd diceret: nisi a subiecti significatione hoc traheret: ꝑcipue cū nomē dī a notamine. Itaqꝫ cū metapsus subiecti signat: nomē est. Cōstat igit̄ nomen esse secundū placitū: sed tunc qn̄ fit nota idest quando aliquod subiectū significat.

¶ Nam designant ⁊ illiterati soni: vt ferarum: quorum nihil est nomen.

¶ Dixerat superius in diffinitione: nomen esse secundum placitum non natura. Hoc autem diligentiꝰ mōstrat nunc dicens: nihil esse nominū naturaliter. Atqꝫ ideo nō illi sufficit ad definitionē quod est significatiua vox nisi illud quoqꝫ adderet: quod secūdū placitum vox significatiua est. Alioquin multi illiterati soni significant: vt sibilus aliquid interdū significat. Ferarum quoqꝫ multorūqꝫ animalium voces interdum aliqua significatione preditas esse perspicimus. Quedam enim vox canum iraꝫ significat: hinnitus quoqꝫ equoꝝ sepe alteriꝰ equi consuetudinem q̄rit. Sꝫ hec naturaliter significāt: atqꝫ ideo noīa non sunt: qꝺ igitur naturaliter significat: nomē nō est. Atqꝫ hec hactenus. Nūc quemadmodū facta sit definitio videamus. Quod dixit nomen esse vocē. Traxit a genere definitionē. Qꝺ significatiuā esse consequenter apposuit. Nomē ab nō significantibus vocibꝰ separauit. Qꝺ secūdū placitū a naturaliter significantibꝰ vocibus noīs natura diuisa est. Qꝺ sine tempore: ad verborum discrepantiam respicit. Quod eius nullā partem extra significare propositum est: idcirco dictū est vt nomen ab orationibus distare videretur. Hactenꝰ quidem de tota nominis definitione tractatum est. Et quibus differentijs ab alijs vocibus distare possit nomen explicitum est. Nunc autem que videntur in deffinitiones nominis incurrere: an nomina sint diligentius querit.

¶ Non homo vero non est nomen. At vero nec positum est nomen quo illud oporteat appellare. neqꝫ enim oratio neqꝫ negatio est. sed sit nomen infinitum. quoniam similiter in quolibet est. ⁊ quod ē. ⁊ quod non est.

¶ Nunc differit qualia esse arbitrari oportet: que cum sub definitione nois quidem cadant: integra tamē nomina non esse videantur. Unde fit: vt his diligentissime distributis integerrima nominis definitio cōducatur. Hoc enim quod dicimus non homo: quid sit ambigit̄. Oratio enīꝫ non est. Omnis enīꝫ oratio verbis nominibusqꝫ coniungitur. Hoc autem quod dicimus non homo: duabus quidem partibus constat: ſꝫ vnum in se retinet nomen: verbum vero non hꝫ. Negatiua enim particula: que est non: neqꝫ nomen neqꝫ verbū est. Rursus. negatio non est. Omnis enim negatio verum falsum ve significat. Nō homo vero qꝺ dicimus: neqꝫ verum est neqꝫ falsum. Nisi enim (vt supra ait) aliquid quod sit proximū ad id quod est eē addatur: nulla veritatis aut falsitatis ratio ī qualibꝫ orationis partium compositiōe perficit̄. At v̄o nomē non est: Omne. n. nomen vnam rem significat definitā: vt cum dicimus homo: substantiā significat: nec quālibet: sed rationalem atqꝫ mortalem. Eodem modo ⁊ cetera nomina. Qui vero dicit non homo hominem quidem tollit. Quid autem illa significatiōe velit ostendere: non definit: potest enim quod homo nō est: ⁊ equus esse: ⁊ canis: ⁊ lapis: ⁊ cetera quecūqꝫ homo non fuerint. Quare quoniam id quod definite significare potest: aufert in eo negatiua particula: qꝺ vero significare debeat: definite nō dicit: sed multa atqꝫ infinita vnusquisqꝫ auditoꝝ intelligit. Dicatur inquit nomen infinitū. Hoc enī quod dicimus non hō: tā multa significat: quā multa sunt: que a definitiōe hominis disiungunt̄. Sed hoc aristotelis vocabulū: cū infinitū nomē vocaret primus inuenit. Apud antiquiores enī ista quidē erat dubitatio: sed huic differētie qua differt nomē definitū ab huiusmodi nomine: quod cū negatiōe proponit̄: impressum vocabulū nō erat: quod ipe testat̄ dicēs. At v̄o nec positū est nomē quo illud oporteat appellare. Nullus enī posuit vocabulū: quo oporteat appellare id quod dicimus nō hō sed aristoteles perspicaciter infinitū nomen huiusmodi predicamentū censuit appellari.

¶ Catonis aūt vel catoni. ⁊ quecūqꝫ talia sunt non sunt nomina. sed casus nominis.

¶ Omnis inquit casus alteriꝰ casus est. Itaqꝫ fit: vt quicunqꝫ casus sit: alterius inflexio videat̄. Ergo quod dicimus huius catonis vel huic catoni: vel alia huiōi: casus nominamus. Unde fit vt hi casus inflexiōes quoqꝫ dicāt̄: sed oīs inflexio alicuius inflexio est. Qꝺ aūt inflectit̄: ab eo quod ipsa inflexione fit prius est. Quare cū id quod dicimus cato nomen sit: ⁊ sic primū distat inflexiōibꝰ suis. Inflexio aūt nominatiui genitiuꝰ ⁊ ceteri. Nullus enī dixerit recte nominatiuū casū eē. Si. n. id quod dicimꝰ cato alicuiꝰ casus sit. cuiꝰ casus esse possit oportet ostendi: sed ante id qꝺ dicimꝰ cato nullus ꝑdicat̄ casus: igit̄ qm̄ cato nomē nulliꝰ inflexio est: nec oīno casus est. Ceteri aūt casus qui dicūt̄ nominatiui inflexione format̄: catōis: ⁊ catoni: ⁊ catonē quare sꝫ distāt ea que ab inflexione nascūt̄: ab his q̄ inflectūt̄: distant quoqꝫ hi omnes casus: qui sunt catonis: catoni: catonē: ab eo quod est cato: idest a nomine principali: sed hic cato nomen est: casus igitur nomina non sunt. Aliud enim est ipse casus: aliud enīꝰ ē casus. Quocirca si nominis hec oīa casus sunt: hec nomina non sūt. Atqꝫ ideo prudenter veteres oēs casus genitiuū: datiuum: accusatiuum: vocatiuūꝫ: ablatiuū suis diuersisqꝫ nominibus vocauerunt. Primum v̄o alias rectū: q̄si a nullo inflexum: alias nominis ipsius vocabulo nominatiuum dixerunt. Quare nunc hoc Aristoteles exequitur: qui casus noīuꝫ videantur nō esse nomina sed tm̄ nominū inflexiones. i. casus.

¶ Ratio autem eius in alijs quidē eadem est. sed differunt. quoniam cum est vel fuit. vel erit adiunctum neqꝫ verum neqꝫ falsum est. nomē vero semper vt catonis est vel non est. nondum enim aliqd verum dicit neqꝫ falsum.

¶ Ratio inquit. i. definitio nominis: ⁊ casus nominis eadē est. nam sicut nomen vox significatiua ē sm̄ placitū sine tp̄e: vt eius pars nulla extra significet: sic ēt casus. Nā vox est ⁊ scd̄m placitū designatiua: ⁊ cuius separate partes nihil extra designāt. Ergo eadēꝫ diffinitio ratioqꝫ nominis est ⁊ casus nominis: ſꝫ his vna additur differentia: quod omne nomen cum eo quod dicit̄ est: aut nō est. coniunctū: aut affirmatiuā enunciationē facit: aut negatiuā: vt socrates est: vel socrates non est. Hic enim quoniā veritas aut falsitas incidit: enunciationem esse necesse est. in casibus v̄o quāuis addas est: aut non est nulla inde affirmatio neqꝫ negatio fit. Neqꝫ enī vlla in hos veritas aut falsitas

fal ita ꝗ cadit. Si quis enim dicat socratis est. socratis non est: vel catonis est: vel catonis nõ est: quid sit vel non sit non apponens: cum simplici casu est: aut non est iungens: imperfectam facit orationem falsitate ac veritate disiunctam. Quare nulla enunciatio est. Ergo differt nomen a casu: quod nomen quidem cum est: aut non est iunctum aut verum vel falsum facit. Casus vero neqꝫ verum dicit: neqꝫ mentit̄. Etenim nil alio addito trũca est atqꝫ imperfecta sententia: ſꝫ quorsum istud. s. ut definitio nois integerrima compleretur. Etenim iam nunc definitio nois hoc modo est. Nomen est vox significatiua scḋm placitum sine tpe: cuius nulla pars significatiua est separata. definitum aliquid significans: cum est aut non est iuncta faciens enunciationem. Sed de noĩe hactenus. Nunc verbum diligentissima definitione determinat.

¶ Verbum autem est: quod cõsignificat tempus cuius pars nihil extra significat: & est semper eorũ que de altero predicantur: nota.

¶ Verbum distat a nomine hoc solo qḋ nomē sine tpe est. vt supra iam dictum est: verbum aũt tempus in significationibus trahit: & esset quidem plena definitio verbi: si alia in eo oĩa que in noĩe posita sunt ponentur: hoc solo discrepante: qḋ verbũ consignificat tempus: essetqꝫ definitio ita. Verbum est vox significatiua scḋm placitum cum tpe: cuius nulla pars extra significatiua est: ſꝫ quũ sunt illa noĩ verboꝝ coĩa proprium autem verbi est cõsignificare tempus: a ꝓprietate definiti. s. noĩs verbũ voluit definire. Diligenter autem aĩt consignificat. Nam significant nomina tempus: vt dies. vel annus hec enim temporũ nomina sunt. Verbum aũt proprie cõsignificat tempus: principaliter enim aut passionem designat aut actum: vt cum dico: accuso vel accusor: cũ ipsa actus passionisqꝫ significatione vim quoqꝫ secum temporis trahit: vt ille actus aut passio preter presens: aut futurum: aut preteritum: aut quod inter hec est esse nõ possit: & est semper eorum que de altero predicantur nota. Sensus huiusmodi est. Omne inquit verbum significat aliquod accidens: quod accidens semper de altero predicatur. Nam si omne verbum aut actionē aut passionem designat. Actio vero & passio in accidentibus numerantur. omne verbum vim significat accidentis: sed accidens semper de eo predicatur quod ſi bi subiectum est: vt album de corpore: & durũ de ferro. Quare oĩa verba eiusmodi aliqua designant: que semper de altero predicantur. Quod per hoc. i. dixit: qḋ ait verbum notam esse. i. significationem eorum que de altero predicantur Quod idem valet tamqꝫ si diceret: verbum semper accidentia significat: quorum hec natura est: vt semꝑ de altero predicent̄ cuiꝰ enim quelibet res nota ē: hãc ipsa que nota ē: designat

¶ Dico vero quoniam consignificat tempus: vt cursus quidem nomen est. currit vero verbum: consignificat enim nunc esse.

¶ Supra in nominis definitione proposuit nomen eē sine tempore: quod nunc quoqꝫ hoc monstrat exemplo: & diligentissimo quidem. Nam idem predicamentum ad nomen relatum sine temporis consignificatione monstratur: ad verbum vero videtur esse cum tēpore. rursus enim simpliciter dictus vt nomen: & vt res. propria sine tempore est. Si vero in actionem: ꝗ verbi semper est indicatur: mox proprietatem verbi ac temporis in se suscipit significationē. Currit enim verbum est. & significat actionem: & enim eadem tempus ostendit: monstrat enim nunc esse. i. est presens tempus. Consignificat autem iccirco dictum. est: quũ quod dicimus currit: actum quidē quendã significat cũ eo vero actu ipsa significatione verbi presens tēpus inducitur. atqꝫ ideo diligenter ait consignificat. Et est hec verboꝝ subtilitas in aristotele mirabilis.

¶ Semper eorum que de altero dicuntur nota est ut eorum que de subiecto vel in subiecto.

¶ Sēper inquit verbũ ea significat: que de altero predicentur. Que sunt autem quã ꝗ breuissime: ipse tñ ostendit: Est autem consuetudo aristotelis ea ꝗ accidentia sunt in subiecto esse dicere: Nec non etiam eadem ipsa accidentia de subiecto predicari: iccirco qḋ oĩa quecunqꝫ accidentia sunt: vel denominatiue vel quolibet alio modo & de subiecto predicãtur & in subiecto sunt. Nunc ergo hoc dicit: tale quiddam significat verbum: qḋ semper accidens sit. qḋ accidens vel in subiecto semper: vel de subiecto predicatur. Ē alia quoqꝫ expositio. hoc modo: de subiecto dī genus ſꝑ ad species. Ergo eoꝝ ꝗ sunt accidentia: alia sunt indiuidua: alia generalia. & illa quidē que sunt indiuidua in subiecto sunt tñ vt quodlibet particulari corpori accidēs: alia vero sunt generalia accidētia: que de aliis accidētibus ꝑdicant̄ vt de subiectis: vt est color: namqꝫ ꝑdicat̄ de albedine & nigredine & ceteris. Ergo nũc omne inquit verbum quiddam quod de altero predicatur: significat. Sed hoc huiusmodi erit: qḋ aut particulare sit: & in subiecto tantũ sit: vt est currit. Cursus enĩ de nullo alio predicat̄ subiecto: nisi tantũ ĩ subiecto est: aut generale erit illud accidens & vniuersale vt de alio rursus accidente predicetur vt de subiecto vt si dicã mouet̄. Hoc enĩ quod dicimus mouet̄: de subiecto cursu predicat̄: qui currit enĩ mouet̄. Significat igitur verbũ aut particulare accidens: quod est tantũ in subiecto: aut vniuersale quod de alio accidēte velut de subiecto predicetur. Hactenus definitionem verbi distribuit. Nunc vero sicut fecit in nomine: ea que in verbum incidere poterant: & verba non esse: aut verbi ratione & proprietate disiungit.

¶ Non currit vero & non laborat. non verbum dico. Cõsignificat quidem enim tempus & semꝑ de aliquo est. Differentie autem huic nomen non est positum. sed sit infinitum verbum.

¶ Sicuti in nomĩe fecit: ita quoqꝫ in verbo ad integrã definitionem verbi proprietatemqꝫ intendit. Ait. n. non currit non esse verbum. Et iccirco quod verbum omne finitum aliquid designat. Non currit autē quēadmodum infinitum sit: paulo post demonstrabitur: quod neqꝫ oratio est. In hoc enim quod dicitur non currit: neqꝫ duo verba sunt: neqꝫ duo nomina: neqꝫ nomen & verbum: que sola possunt iungere orationē At vero negatio non est: etenim in toto imperfecta sententia est: sed neqꝫ huic inquit antiquiores posuere vocabulum. Hec enim differentia que est non currit: & non laborat: que a verbo puro & simplici distat: nullo apud antiquiores vocabulo nuncupata est. Differentiam autem vocauit id quod dicitur non currit: & nõ laborat: ab eo quod est currit & laborat. Sꝫ quoniam his nullum est nomen ab antiquis impositum. Aristoteles nomen ipse constituit dicens sit verbum infinitum. Alioquin maximam dubitationem facit huiꝰ predicamenti similitudo: quod ipsum quidē predicamentum vox est designatiua secundum placitum

⁊ de altero predicatur: ⁊ consignificat tempus: idem scilicet quod verbum: quod est currit. Sed hoc solo differre perspicitur: quod illud finitum verbum est: hoc infinitum. Cur autem hoc infinitum est; cõtinua oratione persequitur.

¶ Quoniam similiter in quolibet est: ⁊ quod est: ⁊ quod non est.

¶ Infinitum inquit verbum est. quoniam cum de altero semper predicetur. Non currit enim de altero dicitur: tamen eque vel de subsistente vel de non subsistente predicari potest: vt in eo quod est: homo non currit: homo res est subsistens. Ergo dicitur id quod est non currit: de homine idest de re subsistente. Rursus dicimus chimera non currit: chimera vero non est; nec omnino subsistit: ⁊ potest de ea vere dici: quoniam non currit. Quod enim non est; omnino nec currit. Ergo id quod est: non currit; ⁊ de ea re que subsistit: atque est in rebus dicitur: ⁊ de ea que neque est neque esse poterit predicatur: quare infinitum dicitur verbum. nec solum hoc: sed illud etiam. quod qui dicit currit: rem quam quisque faciat: definite significat: Cum vero dicit non currit: ipsum quidem cursum videtur auferre: sed vtrum sedeat: an iaceat: an ambulet: an aliquid aliud faciat non relinquit. Quare quoniam ⁊ ea que sunt: ⁊ ea que non sunt: infinita sunt. ⁊ de his omnibus predicatur: quoniam atque id quod tollit finitum est: quod vero ponit infinitum propter hoc verbum vocabitur infinitum.

¶ Similiter autem vel curret vel currebat non verbum est. sed casus verbi. Differt autem a verbo quod hoc quidem consignificat presens tempus. illa vero que circa sunt.

¶ Ut in nomine fecit cum casus a nominibus distribuit. ita quoque casus verborum nunc a verborum ratione disiungit. Curret enim quod futurum est: vel currebat quod preteriti retinet partem: vel cucurrit quod est integrum perfectumque preteritum non sunt verba: sed verborum casus presens enim aut futurum expectat: aut preteritum relinquit. Atque ideo futurum tempus ad presens tendit: preteritum a presenti inchoat. vnde fit vt principaliter contineat verbum id quod est presens: vt sit verbum integrum quod presens designat. hec autem que preter presens in aliqua significatione sunt: non sunt verba sed verborum casus. Hic quoque sicut in nomine fecit verborum ⁊ casuum differentiam prodit. Ait enim omne verbum presens significat tempus. Casus vero verborum illud tempus significat: quocirca ipsum presens est. idque cõplectitur. Complectuntur autem id quod est presens. circa quod ipsa sunt. futurum ⁊ preteritum tempus inter vtraque enim tempora presens locatur. Quicquid ergo vel futurum tempus: vel preteritum significat. que tempora presens complectuntur ⁊ circa sunt non verba: sed verborum casus dicuntur. Est ergo integra definitio verbi. Verbum est vox significatiua secundum placitum cum tempore: cuius nulla pars extra significatiua est separata: definitum aliquid significans: presentis significationem tenens. Quoniam vero pars verbi nihil extra designet ex eo manifestum est: quod ne nominis quidem pars quequam extra significat

¶ Ipsa quidem secundum se dicta verba nomina sunt. ⁊ significant aliquid. Constituit enim qui dicit intellectum. ⁊ qui audit quiescit.

¶ Subtilissimum quidem ingreditur sensum: sed est huiusmodi. Omne inquit verbum per se ⁊ sine alterius coniunctione prolatum nominis quodammodo speciem tenet: ⁊ vere nomen est. Cum enim dico homo currit tunc id quod dixi currit ad hominem referens integrum feci verbum: quoniam sine dubio semper de altero predicatur: sin vero per se dixero currit: suum quiddem quodammodo facio ipsum currit: cum nullo alio iungens: ⁊ fit mihi nomen. Unde greci quoque his per se dictis verbis: aliquotiens addunt articularia prepositiua: vt est τὸ τρέχειν τοῦ τρέχειν Si quis enim dicat velocius est id quod est currere: eo quod est ambulare. In illo nominatiuum iunxit articulum dicens: id quod est currere. In illo vero ablatiuum dicens: eo quod est ambulare; velut si quis in nomine dicat: id quod est scannum leuius est eo quod est ostium. Hoc quod diximus: id quod est scannum: ad ipsum scannum articulare prepositiuum iunximus: tanquam si diceremus hoc scamnum: ⁊ quod rursus diximus eo quod ostium: tanquam si diceremus hoc ostio. Ita quoque cum dicimus velocius est id quod est: currere: eo quod est ambulare. hoc quod dicimus id quod est currere: ita ponimus tanquam si dicamus: hoc currere. Et rursus eo quod est ambulare; tanquam si diceremus ablatiuo modo ab hoc ambulare: quasi translatum ad nomen sit: dictumque sit hac ambulatione. Quare per se dicta verba nomina sunt. Et est huius rei probatio quam ipse aristoteles ponit. Cum enim simplex dicimus nomen: auditoris inchoat intellectus cum nostra prolatione. Et dum proferimus: dicentis sequitur vocem: ⁊ tunc quiescit cum illud nomen fuerit expletum. Cum enim dico hyppocentaurus: ingreditur a prima syllaba audientis intellectus: ⁊ vsque ad finem totius nominis non quiescit. vbi vero extremam audierit syllabam mox quid dictum sit auditor intelligit: ⁊ eius intelligentia conquiescit. sic ergo ⁊ in verbo cum dicimus currere: intellectus quoque audientis per eius syllabas que sunt: cur. ⁊ re: ⁊ rursus re. vadit: sed vbi extremam audierit syllabam: mox totius verbi capiens significationem intellectus quiescit. Ergo verbum per se dictum nomini simile est: ⁊ est quodammodo nomen. Sic enim in nomine is qui dicit; intellectum audientis vltime syllabe prolatione ⁊ totius nominis perfectione constituit: ⁊ is qui audit quiescit: ⁊ vltra eius intelligentia non progreditur; ita quoque ⁊ verbum si per se dicatur; audientis constituit intellectum quod si cum alio coniungatur: nondum tota intelligentia constituitur audientis. Ut cum dico socrates ambulat: in solo ambulat: quod est verbum: non consistit perfecta sententia: nisi in toto: quod est socrates ambulat. Rursus cum dico ambulare moueri est: non in vnoquoque horum verbo sententia constituta est: sed in tota oratione conquiescit auditor. Idcirco quoniam si verbum de altero subiecto predicetur: vtriusque significationem verbi iungit auditor: ⁊ non per se verbum ipsum considerat quod dicitur: sed ad alterum refert: vt ambulare moueri est ambulationem ad motum vel socrates ambulat: ambulationem ad socratem. Tunc ergo fit integrum verbum: cum refertur ad alterum. At si simpliciter predicetur verbum: nomen est: idcirco quod sicut nomen dictum: ita quoque verbum audientis constituit intellectum.

¶ Sed si est vel non est. nondum significat. neque enim signum est rei esse vel non esse.

¶ Sed quanquam nomen sit inquit verbum: ⁊ aliquid definite significet per se dictum: solum tamen non faciet enunciationem: neque verum aliquid falsumue constituit. hoc est enim quod ait. Sed si est vel non est: non dum

dum significat: ad affirmationem referens qd' dixit: sed si est: ad negationem: qd' ait. vel non est. Nihil. n. horum significat verbi per se predicata prolatio. Cum enim dico currit: hoc ipsum currit significat quidem aliquid: sed si est aut non est: nondum significat: Neq; enim esse signu est rei: aut non esse. Quod tantu valet: tanq; si dicam: id quod dico currit. non significat ee ipm cursu aut no ee. Si. n. significaret: ita diceret. Currere est vel currere non est. Nunc autem currit si designat esse ipsam rem vel non esse. Dicitur enim solum: et est intellectus quidam sed neq; affirmationem significat. neq; negationem; iccirco quod neq; ponit rem esse: nec eam interimit. Quod per hoc monstravit quod ait. Neq; enim esse signum est rei: vel non esse. idest neq; enim quodlibet verbum ita predicatur: vt signum sit rei illius de qua predicatur: quoniam est vel quoniam non est.

¶ Nec si hoc ipsum est purum dixeris: ipsum quidem enim nihil est: consignificat autem quandam compositionem. quam sine compositis non e intelligere.

¶ Est verbum iunctum cu alio verbo vel nole solet facere propositione: vt ho est vel currere est: ipsum aut est purum iugt si dictu fuerit; neq; verum neq; falsu est: a quo omnes pene enunciationes fiut que sut simplices. Ergo nec si hoc ipsum est puru dixeris: ee aliquid: aut non esse significat: idest aut affirmat aut negat: iccirco quod ipsum est simpliciter dictum nihil est Nunc quod omnino nihil significet: sed quod nihil veritatis habeat neq; falsitatis: idest non nihil est ad significationem: sed ad veritatis falsitatisq; significationem: de qua nunc tractabitur. Cur autem nihil veri falsiq; monstraret ostendit. Est eni duobus modis dicitur: vt verum falsumq; designet. aut cu vnam rem qualibet propria compositione constituit: vt cum dico: homo est: ipsum est cum homine iunctum atq; compositum esse homine constituit: et fit exinde enunciatio. Aut rursus cum due res per ipsius verbi compositionem copulationemq; iunguntur: vt est: homo animal est. Homo namq; et animal copulantur atq; iunguntur per id quod dicitur. homo animal est. Ergo sic omnis veri falsiq; in enuntiationem significatio eius quod dicitur est: in compositione est: cum aut sua compositione aliquid esse constituit: aut duas res copulat atq; componit. Vis autem eius que in enunciationibus ppositionibusq; monstratur: in veri falsiq; s. designatione preter ipsas compositiões: in quibus hoc solet efficere: nulla est. Atq; hoc est qd' ait. Consignificat autem quandam compositionem quam sine compositis non est intelligere. Cu enim dico est: nihil significat: quid sit aut non sit. Qd' si faciam enunciationem: coponam necesse est; vt homo est: aut vt homo animal est; quare si ois eius vis in veri falsiq; enunciatione ad compositionem refertur: cu preter copositione di: quod in copositioe designare pot. id preter compositionem non designat. pot aut compositione facta veru falsumq; in enuciatione monstrare. Hec igitur sine copositis in verbo est nullus valet advertere. Recte igitur dictu est consignificare quada copositione: que sine copositis intelligi non valeret.

¶ De Oratione.

¶ Oratio autem est vox significativa: cuius partium aliquid significativum est separatum vt dictio: non ut affirmatio vel negatio.

¶ Oe qd' copositu e: eoru suscipit natura: ex qb' totum compositu ipsius corp' efficitur. Quare qm oratio verbis constat atq; noibus: que significativa sunt: recte quoq; oro significativa esse definit. Sz distat oro his ex quibus ipsa effecta est. i. nominib' atq; verbis: qd' eor partes nihil extra designat: orationis vo pars aliquid separata significat. Nam si nome et verbum partes orationis sunt; hec autem per se significat. n e dubium separatas orois partes significare. Quomo at significant sequeti determinatione mostrant. Significant igitur partes oronum: vt dictio semp: no semper ut affirmatio vel negatio. Nunc autem dictione dicit simplicem verbi aut nois nucupatione. Sut. n. queda orones: quarum partes ita significant qsi affirmatio: vt in ea orone que est: si dies est: lux est. id qd' dicimus lux est: totius oronis pars est: et ita est significativa ut quedam affirmatio. Sed non ois oro affirmationem hz in parte. hec enim ipsa q dicit lux e: hz in partibus id quod dicimus lux: et rursus id qd' dicimus est sed neutra ipsar affirmatio est sed tm simplex dictio. Ois ergo oro dictionem quidem habet in parte: non vo ois oro affirmationem. Recte igitur dictum est partes oronis significare: vt dictionem: non ut affirmationem. Quid aute sit dictio: ipe paulo post clarius demonstrabit.

¶ Dictio autem vt homo significat aliquid. sed no quonia est aut non est. sed erit affirmatio vel negatio si qd addatur. Sed non vna hominis syllaba.

¶ Qd' supra posuit dicens: oronis partes vt dictionem significare: non ut affirmationem. hoc coueniet monstravit exemplo: homo inquit dictio est: et e pars orois: si in tota orone ponatur. ut est: ho aial est. Ergo id qd' dicimus ho dictio qdam est sed affirmatio no est. Cu ergo nome hoc. i. ho ps oronis sit: et affirmatio non sit: docet veru esse quod dicit oronis partes significare: vt dictione: non vt affirmatione. Docet aut illa res nome hoc affirmatione no esse: qd' in affirmatione semper veritas aut falsitas invenitur. nome vero simpliciter dictu: neq; veru neq; falsum est. Quare nome hoc idest ho: vt affirmatio no significat: sed designat aliqd simplex: significat igitur aliqd vt dictio. Hec aut dictio si ei aliqd addat: vt e verbu aut quodlibet verbu aliud: qr enuciatione possit efficere: erit affirmatio. Si eni qs dicat ho e: vel ho vivit: fit affirmatio. atq; hoc e qd' ait: sed erit affirmatio vel negatio si qd addat. Si eni aliqd ita apponat vel appositu ita neget: vt enuciatio costitui possit: affirmatio negatoe pficitur. Sigs. n. dicat ho vivit: affirmatio e. Ho no vivit. negatio e. Docz aut dictione ne sz positione p se significate p hoc qd' ait. sz no vna hois syllaba. Vna eni syllaba hois dictio no e. iccirco qd' nihil p se sepata significat: vt ho. et mo. et in ceteris: vt supra ostedim'. Ois enim huiusmodi pars que per se nihil significant. no est dictio: sed tm in toto noie quiddam positum designat: et consignificat: vt in eo quod ipse ponit exemplo.

¶ Neq; enim in eo quod est sorex. rex significat. sed vox nunc est sola. In duplicibus vero significat quidem aliquid. sed non secundum se. quemadmodum dictum est.

¶ In eo inquit qd' est sorex. rex videtur quide aliquid significare; sed cu toto nomine cosignificat poti': qz quicq; p seipsum designet: quéadmodu ia supra dem est. Docuit enim supra partes nominis nihil omnino

significare seperatas. Quod ergo dicit sed non secūdū se: idest in eo qđ est sorex: et per se nihil significat: sȝ tamen quiddaȝ cōsignificat. quod cū tota nominis cō positiōe designat. Cū ꝛ so syllaba ꝛ rex iūcta in vnūȝ id qđ est sorex in tota syllabarū coniūctione designat

¶ Est autem oratio omnis quidem significatiua non sicut instrumentum sed quemadmodum dictum est secundum placitum.

¶ Plato nomina naturalia esse constituit: et hoc hinc probare contendit quod quedaȝ suppellex: ꝛ quodam modo instrumentum sit inuicem sensa prodendi. Naturalium vero suppellectiles sunt naturales: vt oculi instrumenta sunt quidem videndi: qui visus res naturalis est. Quare oculos quoqȝ naturales esse necesse est. ita etiam oratio rerum naturalium suppellex ē atqȝ instrumentum. idest sententiarum. Quare ipsa quoqȝ est naturalis. Aristoteles autem dicit: non secūdum naturam esse orationem sed secundum placituȝ. Quocirca nec esse orationem suppellectilem naturalem. Quod enim dicit non sicut instrumentum non dicit non per hoc instrumentuȝ sensa proferri: sed tā tum res esse orationem secundum positionem. per quas proprias sententias demonstremus. Cuius eniȝ rei partes ad placitum sunt: ipsa quoqȝ ad placitum est: Sed orationis partes nomen ꝛ verbum sunt: hec enim sunt ad placitum non natura. Oratio igitur ipsa secundum placitum positionemqȝ est. sed nō est naturaliter constituta. Est autez integra diffinitio orationis hec. Oratio est vox significatiua secundum placitum cuius partes aliquid extra significant.

¶ Enunciatiua vero non omnis: sed in qua verum vel falsum inest: non autem in omnibus inest: vt deprecatio oratio quidem est: sed neqȝ vera neqȝ falsa.

¶ Orationis (vt supra iaȝ diximus) multe sunt species est enim oratio prima optatiua: vt vtinam tibi istam mentem dii immortales dent: Secunda vocatiua: vt heus tu. Tertia imperatiua: vt cape: da hoc potio. Quarta deprecatiua: vt iuppiter omnipotens ꝛ reliq. Quinta enūtiatiua. vt dies ē dies non est. sȝ in hac sola specie orationis veritas ꝛ falsitas inest: in illis vero ceteris minime: Volens autem aristoteles ostendere multas esse orationes: ꝛ non omnem orationem esse enūciatiuaȝ hoc addidit Deprecatio oratio quidem est: sed neqȝ vera neqȝ falsa. Etenim deprecatio in orationis speciebus ponitur: sed nulla in ea veritatis natura: falsitatisqȝ cognoscitur.

¶ Cetere quidem igitur relinquantur. Rhetorice enim vel poetice conuenientior consideratio est. Enunciatiua vero presentis est speculationis.

¶ Deprecatiuam inquit ꝛ optatiuam: ꝛ vocatiuam: atqȝ imperatiuam poetis atqȝ oratoribus relinquamus. Illis enim vel ad imitandos vel ad mouendos affectus cetere orationis species assumuntur. Nos vero philosophi quibus veritatis falsitatisqȝ discretio est cure: de illa sola oratione tractamus in q̄ vtrumlibet horum possit agnosci. In enuntiatione vero aut veritas inest aut falsitas: quocirca nos quoqȝ de enunciatione tractemus.

¶ Est autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio: alie vero omnes coniunctione vne.

¶ Enunciatiuarum orationum alie sunt per se vne: vt est homo animal est: alie coniunctione vne: ut est si homo est. animal est Homo est enim: ꝛ animal est: due sunt: sed addita coniunctione que est si: vna redditur. Earum autem que vne sunt per se. Prima est affirmatio: secunda negatio. Hec enim tollit negatio quod affirmatio ante constituit. Et hoc negatio diuidit: quod illa coniunxit. Enunciatiuarum igitur orationum earum que sunt per se vne: prima est affirmatio: deinde negatio. Alie vero sunt non per se vne: sed cum plures sint vniuersaliter: vne fiunt coniunctione.

¶ Necesse est autem omnem orationem enunciatiuam ex verbo esse vel casu verbi. Etenim hominis ratio: si non aut est. aut erit aut fuit: aut aliquid huiusmodi addat. nondum est oratio enūciatiua.

¶ Aristotelis in greco textus non habet ita: vt nos supra posuimus: sed hoc modo. Etenim hoīs si non aut est: aut erit. aut fuit: et cetera. Subintelligendū reliquente philosopho: quod de ratiōe diceret. i. de diffinitione quam greci λόγον dicunt. Sed cum supra de oratione tractasset que apud illos eodem modo λόγος vocatur: dum de hoīs ratione idest diffinitione vellet dicere: quoniam non significat veruȝ vel falsum: nisi ei aut est aut fuit: addatur: communione vocabuli visus ad λόγον de quo superi⁹ tractabat retulit: ut non orationem intelligeremus: sed potius rationem. De qua re nūc illis satisfacim⁹: si qui grece orationis periti nos forte culpabunt. cur quod illic non fuit nostre translationi adiecerimus: Illes enī ad faciliorem intellectuȝ latine orationi famulantes hoc apposuimus: quia de oratione loquentibus intellect⁹ ad rationem: nisi id esset adiectum: transferri non poterat. Totum vero quod dicit tale esse: enūciatiue orationes si sunt simplices: has verba cōstituūt. Ex duobus enim nominibus solis enūciatio non fit: ex nomine aūt ꝛ verbo fit: vt ē hō viuit. Fit quoqȝ ex solis verbis vt ē ābulare moueri ē. Fit ēt ex casu vbi: vt socrates fuit. vel dies erit. Erit enī ꝛ fuit: verbi casus sunt quocirca enūciatiuam orōnem simplicē sola maxime verba constituūt. Eorumqȝ ponit exemplum: in quo enim plura sunt nomina: nisi addito tū verbo in enunciationis proprietatem: ꝛ significatiuaȝ non venit: vt est diffinitio hoīs. (Nō enim hoīs est speciei hoīs diffinitio) Cui si non aut est: aut si est: aut aliquid huiusmodi addatur: enunciatio esse non poterit. Naȝ si quis dicat aīal ratiōale mortale: nulla in eo adhuc falsitas aut veritas intelligitur. Si vero additur est. vt sit animal rationale mortale est: enunciatio sine vlla dubitatione perficitur. Solum igitur verbum enunciatiuam simplicem continet orationem.

¶ Quare autem vnum quiddam est ꝛ non multa animal gressibile bipes. neqȝ enim eo q̄ propinque dicuntur. vnum erit. Est autem alterius hoc tractare negocii.

¶ Cum de simplicibus atqȝ vnis orationibus loqueretur: diffinitionem hominis interposuit: de qua nunc hoc dicit. Ita quidem interposita: est diffinitio hominis: tāqȝ si vna esset oratio. Cur aūt vna sit oratio nūc inquit dicere intermittem⁹. Neqȝ enī idcirco vna eē putāda ē q̄ continue dicuntur ꝛ sibimet ꝓpinque animal gressibile bipes. Possis enim videri horum cōtinua. ꝛ sub vna prolatiōe dicta vnā facere enūciationē: sȝ hoc aristoteles negat. Nā nō idcirco vna oratio est q̄ ꝓpinque ꝛ cōtinue dicit. Cur aūt vna sit alterius est hoc tractare negotii: ꝛ de eo disputat in his libris:

his libris: quos methaphisica inscripsit: quod est primi opus philosophi. Nobis autem hoc in secũda editione monstrandum est.

¶ Est autem vna oratio enunciatiua que vnum significat vel coniunctione vna. plures autem que plura ⁊ non vnum vel inconiuncte.

¶ Duplicẽ modum vnarum multarumq; orationum esse denunciat. Est namq; vna oratio vel cum vnam rem significat vel cum coniunctione vna est: vt est ea que dicit: animal rõnale mortale homo est: hanc enim huius orationis sententiam nullus in multas significationes deducere poterit: ꝗ vnum quoddam significat: ⁊ est preter coniunctionem. Alia vero oratio est vna: que per coniunctionem vna est: vt si dies est: lux est. Est ergo vna oratio que vel vnam rem significat: vel coniunctione iungitur. plures autẽ sunt: que plura significant: vt est canis mouetur. Hanc enim pōt ⁊ ad latrabilem ⁊ ad marinum ⁊ ad celestem auditor aduertere: atq; ideo qm̃ plura significat: non est vna oratio: sed plures. Sunt quoq; orationes per se plures ⁊ numero ⁊ significatione: que nulla coniũctione copulantur: vt si quis dicat. sol est pax erit. nox est. celum voluitur. hec enim cũ plura significent: nulla tamen coniunctione iunguntur: atq; plures oõnes idõ vocantur. In summa igitur oõnum vnarũ: alie sũt significatione vne: alie coniunctione. non vnarum vero orationum alie sunt significatione plures: alie eo quoniam nulla coniunctione copulantur.

¶ Nomen ergo ⁊ verbum dictio sit sola. quoniam non est dicere sic aliquid significantem voce enunciare: vel aliquo interrogãte: vel nõ: sꝫ ipso pferẽte.

¶ Per hãc sententiã simplex dictio quid sit expõit. dicit enim verbum nomenq; dictiones videri solũ. nõ etiam affirmationes: atq; huius sententie causã subnectit. Idcirco enim verba ⁊ nõia dictiones solũ sũt quoniam cum dicta fuerint simplicia: siue aliquo proferente: vel sponte dicente: siue ad alterius īterrogationem aliquo respondente neq; verum ex his neq; falsũ valet intelligi. Si quis enim per se dicat socrates: vel rursus per se solum simplexq; ambulat: neq; verum efficit neq; falsum. Si vero aliquo interrogãte: socrates'ne ambulat ille respondeat ãbulat si hunc ipsi vbo per se quisq; vellet aduertere: qḋ dixit ãbulat enũciatio nulla est: quod si cum superiore interrogatione cõiungat: tunc ex interrogationis ⁊ respõsionis coniunctione enuntiatio nascitur: Solũ enim nomen: vel vbũ neq; dicente aliquo: ⁊ sponte proferente: nec respondente potest quisq; dicere: qm̃ enunciatio facta est. Et sensus quidem huiusmodi est. Ordo autem verborum talis est. Nomen ergo ⁊ verbũ dictio sit sola: quoniam sic aliquid significantẽ voce. i. nomen aut verbum simpliciter proferentem non est dicere enunciare. Non enim possumus dicere quod aliquid enunciet is: qui simplex nomen aut simplex ptulit verbum: siue alio interrogante: vel non interrogante: sed ipso sponte proferente.

¶ Harum autem hec qdẽ simplex est enũciatio. vt aliquid de aliquo. vel aliquid ab aliquo. Hec autẽ ex his cõiuncta. velut oratio quedam iã composita.

¶ Nũc quid oratio sit simplex compositaq; declarat. Ē enim simplex oratio: que duobus terminis constat. Termini autem sunt nõia ⁊ verba: que in simplici ꝓpositione predicamus: vt in eo quod est: socrates disputat: socrates ⁊ disputat termini sũt. ⁊ qui minor terminus in enunciatione ꝑponitur: vt socrates: subiectus dicitur: ⁊ ponitur prior. Qui vero maior: predicatur: ⁊ locatur posterior. vt disputat. Quecũq; propositio ex vno subiecto ⁊ ex vno predicato facta est: illa simplex enunciatio nuncupatur: atq; hoc est quod ait. Harum autem idest enunciatiuarum simplex est enunciatio: vt aliquid de aliquo vt vnum predicatum quod est aliquid de vno subiecto quod est de aliquo ꝑdicetur. Hoc autem pertinet ad affirmationem: vt aliquid de aliquo predices. Ad negationẽ võ: vt vnũ aliquid ab vno aliquo predicando disiungas: vt in eo quod est socrates nec disputat. disputare. vnum terminum a socrate alio termino predicando disiunxit. Alie vero sunt oõnes enunciatiue: que cõposite nominantur. que ex simplicibus orationibꝰ cõponũtur: vt est. si dies est: lux est. Dies est ⁊ lux est: due sũt simplices enũciatiue oratiões: idcirco qḋ binis terminis cõstant: ex duabus aũt simplicibus orationibus tota hec oõ ẽ. q̃ dicit: si dies ẽ: lux ẽ hoc est enim qḋ ait. Hec aũt ex his coniuncta. i. ex simplicibꝰ orationibꝰ enũciatiuis: velut oõ iã cõposita: quippe quarũ totũ corpus ex his iungitur: quas simplices esse iã supra docui.

¶ Est autem simplex enunciatio vox significatiua. de eo quod est aliquid. vel non est. quemadmodũ tempora diuisa sunt.

¶ Postq; de cõpositis orationibus simplicibusq; tractauit: diffinitionem enũciationis p affirmationẽ ⁊ negationem ingreditur: ait enĩ. enũciatio est vox significans affirmationẽ vel negationẽ: vel in preteritũ vel in presens: vel in futurum tempus. Quod enĩ dixit de eo quod est: ad affirmationẽ retulit: qḋ addidit: vel non ẽ ad negationẽ qḋ vero secutus ẽ quẽadmodũ tẽpora diuisa sunt ad singulorũ temporũ retulit rõnẽ: siue enĩ aliquis sic dicat: socrates viuit. socrates nõ viuit: siue socrates vixit: socrates nõ vixit: vel sic socrates victurus est: socrates victurus non ẽ: qm̃ affirmatio est aut negatio. ⁊ qm̃ quelibet ipsarũ in aliquo temporum ẽ: que diuidũt in futurũ: presens: ac pteritu: plenã retinet simplicis enũciationis naturã.

¶ Affirmatio võ ẽ enũciatio alicuius de aliquo. negatio võ enũciatio alicuius ab aliquo.

¶ Ad affirmationis ⁊ negationis determinationem enunciationis nomen sumpsit. vt generis. est autem affirmatio quotiẽs aliquid de aliquo cum eo quod ẽ esse predicamus vt cũ dicimus homo aĩal est: aĩal de homine predicamus quotiens aũt aliquid ab aliquo predicãdo disiungimus: negatio est: vt homo lapis non est. lapidẽ enĩ ab hõie disiungimus qua re recta affirmationis ⁊ negatiõis facta ẽ diffinitio.

¶ Quoniam autem est enunciare. ⁊ quod est non esse ⁊ quod non est esse. ⁊ quod est esse. et quod nõ est non esse. ⁊ circa ea. que sunt extra presens tempora. similiter omne contingit quod quis affirmauerit negare. ⁊ qḋ quis negauerit affirmare. Quare manifestum est. quoniam omni affirmationi est negatio opposita ⁊ oĩ negationi affirmatio. Et sit hoc cõtradictio affirmatio ⁊ negatio opposite.

¶ Nũc diuidit enũciatiões: vel que de his fieri possũt rebus: que sunt: vel que de his que non sunt: siue in affirmatione: siue in negatione. Dicit enĩ qm̃ est enũciare quod est non eẽ. vt siquis dicat nullus hõ aĩal ẽ Hoc enim quod est: nõ esse ꝓposuit Hec est falsa negatio. Secunda ⁊ quod nõ est esse: vt siquis dicat oĩs

lapis aial est: qd enim non est eē constituit. ⁊ hec est falsa affirmatio. Tertia: ⁊ quod est eē: vt siquis dicat ois homo aial est. Quod enim est esse confirmat: ⁊ hec est affirmatio vera. Quarta: ⁊ quod non est non esse: vt siquis dicat nullus lapis aial est. Quod enim non est non esse proposuit: ⁊ hec est vera negatio. Et non solum hoc ī presenti tempore: sed circa ea quoqз que preter presens sunt tempora. Hoc aūt tantū valet: ac si diceret: hoc nō modo in presenti tempore ita enunciari potest: vt sit ⁊ vera ⁊ falsa negatio: ⁊ rursus vera falsaqз affirmatio. sed etiam in pteritum ⁊ futurum: que extra psens tempora sunt. Similiter enim omne cōtingit quod affirmatur. negare: ⁊ quod negatur ab alio: alium rursus affirmare. Qd si oī veritati falsitas opponitur oī etiam falsitati veritas. ē autem ⁊ affirmationis ⁊ negationis falsa proferre: cōstat quod oī negationi affirmatio. ⁊ oī affirmationi negatio opponitur. Hic ergo quid sit quod dī cōtradictio declaratur. Est enim cōtradictio affirmatiōis ⁊ negationis oppositio. Cum enī quis affirmat. quod alius negat: ipsa vtracunqз propositionū pugna contradictio noīatur. Atqз hoc est qd ait. Et sit hoc contradictio affirmatio ⁊ negatio opposita. Cū enī affirmatio negationi opponitur: contradictō est. Sed que sit affirmatio opposita negationi: aut que sit harū ppositionum oppositio: in sequentib⁹ pdit. Neqз n. q̄libet negatio cuilibet affirmatiōi opposita ē: ſʒ tm̄ hec quas in sequētibus ipse determinat. quocirca erit cōtradictio affirmatio ⁊ negatio opposite. q̄ sint aūt opposite. Sequens expositionis ordo contexit.

¶ Dico autem opponi eiusdem de eodem: Non autem equiuoce: ⁊ quecunqз cetera talium determinauimus contra sophisticas importunitates.

¶ Fieri tunc oppositionem in affirmationibus negationibusqз demonstrat. Cum idē subiectum idemqз predicatum in negatione fit: quod quilibet in affirmatione proposuit. oз enim semper si opposita est affirmatio negationi: vnam esse veram: alteram falsam. Qd si vtreqз false sunt: aut vtreqз vere non sūt opposite. Neqз enī se perimūt. Si autez vna sit falsa: alia vera tunc vera perimit falsam. Et si alia fuerit vera: alia mox a veritate discedit. Qd si in qualibet affirmatione aut subiectum: aut predicatum fuerit equiuocum nō sunt opposite. Si quis enī dicat: alexander helenā rapuit. quoniam alexandri nomen equiuocum est: pt vtrūqз esse verum ⁊ negatio si de alexandro magno loqtur: ⁊ affirmatio si de alexandro troiano propōat. Quare non sunt he opposite. Illas autem esse dicit oppositas: quecunqз eiusdem predicati habent oppositionem de eodem subiecto: vt ibi nulla equiuocatio diuersitatis causa sit. hoc enim est qd ait. Dico autē opponi eiusdem de eodem. Non autem equiuoce: vt eiusdem predicati sit oppositio in negatione: que fuit in affirmatiōe. Et de eo sbo fiat negatio de quo aū facta ē affirmatio. Sз diligēti⁹ hec in libro quem sophisticum elenchum inscribit edisserit. illic enim sophistas: quos fallaces argumētatores latie possum⁹ dicere: qui per huiusmodi propositiones que verum inter se falsumqз non diuidunt: mendaces colligunt syllogismos: argumenta distintit. quibus capere respondētem atqз innectere consueuerūt. Ergo nūc hoc dicit etiam illa esse obseruanda: que contra argumētatorz importunitatē determinata sunt. Que vō sūt illa dicenda a me secunde editionis textus expectet.

¶ Quoniam autem sunt hec quidem rerum vniuersalia illa. vero singularia. Dico aūt vniuersale: quod in pluribus natuз est pdicari. singulare vero quod non. vt homo quidem vniuersale. plato vero eorum que sunt singularia.

¶ Omnis propositio quēadmodū fiat ostēdit. Secūdū enim res que significantur: propositionis natura perspicitur. Rerū autem alia sunt vniuersalia: alia particularia. vniuersale est quod de pluribus predicaē: vt homo de plurib⁹ dī: ⁊ est vniuersalis. Singulare vō est: vt quelibet res indiuidua: cuius nulla predicatio ad sibimet subiecta pueniat: vt plato vel socrates. horum autem naturam docet exemplis. ait enī Ut hō quidem vniuersale. Plato vō coꝝ que sunt singularia. Nam si hoc est vniuersale qd de pluribus pdicaē: homo vniuersale est de pluribus enim indiuiduis dicitur. Quod si hoc rursus est singulare: quod de nullo alio predicatur: plato singularis est. Indiuidua nāqз de nullis aliis predicantur. Quoniam ergo sunt quedam rerum vniuersalia. Alia vō singularia: manifestū est: qm̄ oīs affirmatio aut negatio p hec ꝯstituē.

¶ Necesse est autem enunciare. quoniam inest aliquid aut non. Aliquotiens quidem eorum alicui: que sunt vniuersalia. aliquotiens autem eorūз. que sunt singularia.


¶ Omnia nāqз propositio aut singulare hз: aut vniuersale subiectū: siue affirmatiōe annuat: siue abnuat negatiōe. Si quis enī dicat homo aīal est. homo aīal n̄ est: vniuersalē rem idest hominē animal aut esse aut non eē proposuit. atqз hoc est qd ait necesse est autē enūciare qd inest aliquid aut nō. aliquotiēs quidē eorum alicui que sunt vniuersalia. Hō enī: cū sit vniuersale. aīal illi ieē affirmatio posuit. Que dixit: hō aīal est. ⁊ non inesse negatio. que ait. hō aīal nō ē: Si vō aliquis sic dicat. Socrates disputat socrates non disputat alicui coꝝ que sunt singularia esse ⁊ non esse cōiunxit. Et hoc est qd ait. Aliquotiens autem eoꝝ que sūt singularia. Nā cū socrates singulare qddā sit: disputatō ei ab affirmatōe iūcta ē: ſʒ a negatōe seiūcta

¶ Si ergo vniuersaliter enunciet in vniuersali: quoniam est aut non. etiam contrarie enunciationes. Dico autem in vniuersali enunciationem vniuersalem. vt omnis homo albus est: nullus homo alb⁹ est. Quando autem in vniuersalibus non vniuersaliter. non sunt contrarie que autem significantur est esse aliquando contraria.


¶ Omnis affirmatio omnisqз negatio aut vniuersalē aut particularis: aut indefinita: vniuersalis ē affirmatio: vt si qs dicat oīs hō animal est. Cum sit enī vniuersale subiectū hō (de multis enī pdicari aliis potest vniuersaliter pdicatū est. Dixim⁹ enī oīs homo aīal est. Nec solū hoīeз: quod est vniuersale posuimus: ſʒ etiā omne ⁊ vniuersale: idest omne adiecim⁹ vniuersali. idest homini. ⁊ hec est affirmatio vniuersalis. sin vō dicat aliqs. nullus homo animal est. Rursus homini vniuersali rei determinationem vniuersalez id qd dicit null⁹ adiecit. Siue ergo in affirmatiōe: siue I negatiōe: si eas vniuersaliter aliqs pferat: vniuersale I vti ppoint. Non pponit autem vniuersale in vniuersali quotiens ita dicit. Hō animal est: homo aīal non est. Cum enim hō sit res vniuersalis: nulla adiectio vniuersalitatis: que est nullus: aut oīs: affirmatōnem vel negationē fecit. Quocirca I epetēdū est affirmatio

matio vniuersalis est: in qua vniuersale vniuersaliter pdicatur affirmatiue: & negatio vniuersalis: in q̃ rursus vniuersale vniuersaliter pdicatur negatiue: & he huiusmodi contrarie sunt. fieri.n. non pt. vbi vera est affirmatio vniuersalis: illic vniuersalis negatio vera sit & econtrario. fieri tñ pōt: vt vtreq3 inueniri false possint: ut oīs homo iustus est. nullus homo iustus ē. hic enim vtreq3 sunt false & vna quidem vera: altera falsa reperiatur: vt in eo q̃d est: oīs hō aīal est: null⁹ homo animal est. vna vera ē. altera falsa: vt vō vtreq3 vere sint: fieri nō potest. quocirca qm̄ vtreq3 false inueniuntur. opposite non sunt. sed sunt cōtrarie. cur autem contrarie dicātur: alio loco nobis dicēdū est.

¶ Particulares vō propositiones sunt hmōi: qdā hō aīal est: quidā homo aīal non est. he dicūtur subalterne. affirmatio enī particularis sub affirmatione vniuersali subalterna est. Rursus codē mō particularis negatio sub vniuersali negatione subalterna est. Sz he vt vtreq3 vere sint: vt vna vera alia falsa: fieri pōt vt vtreq3 false sint: non pōt inueniri vt in eo q̃d ē quidam hō iustus est. quidā hō iustus nō est vtreq3 sunt vere. Cū vō dicimus quidā homo animal est. quidaz homo animal non est. vna vera est: altera falsa. & dicūt affirmatio & negatio particulares subcontrarie. Quare nec iste vocantur opposite. Ideirco q2 vtreq3 vere inueniūtur iterdū. sit autē harū talis descriptio.



¶ Ergo neq3 supiores vles: neq3 inferiores particulares opposite: sūt. Ideirco q̃d iferiores qdē vtreq3 vere: supiores vtreq3 false eē possūt. sūt āt opposite: contradictorie (vt ipe ait) si qs aspiciat angulares: vt affirmationē vlem pticulari cōparet negatiōi: vt ē: oīs hō iust⁹ ē. qdā hō iustus nō est. he enī neq3 vere possunt inueniri: neq3 false. sz i oībus vna vera est: altera falsa. Et rursus si vlis negatio pticulari affirmatiōi cōparetur: reperiūtur opposite: vt ē: nullus hō iust⁹ ē quidā hō iustus est. Semp enī vna vera ē altera falsa. Et hoc in quibuslibet terminis si despexeris. oīo ñ discrepabit. Sit autē plenissima hoc mō descriptio.



¶ Sunt ergo determinationes vniuersalium quidem omnis & nullus: particularium vero quidam. Ille aūt propositiones: que neq3 vniuersale habent additum neq3 particulare indefinite vocantur: & particularib⁹ similes sunt: vt est: homo iustus est. homo iustus non est. Possunt enim vtreq3 esse vere: vt in hoc ipso exēplo. quod dicimus. & potest vna esse vera: altera falsa vt homo animal est: homo animal non est: vtreq3 vō vt false sint. non potest inueniri. & he (vt dictum est) vocantur indefinite. Preter has autem omnes singulares sunt: in quibus contradictio potest euenire: vt in eo quod est. Socrates animal est. socrates animal non est. socrates iustus est. socrates iustus non ē. Nam si nulla cas equiuocatio vel predicati: vel subiecti: vel alterius temporis; vel aliquid eorum: que singulas determinant; impediat: semper vna vera est: altera falsa. Quare quoniam de omnibus in commune speculati sumus: & quid queq3 esset quā tum breuitas patiebatur: expressimus. ad textū nūc quoniam temp⁹ est reuertamur. Si ergo inquit vniuersaliter enunciet in vniuersali: quoniam est aut nō erunt contrarie enunciationes. vniuersaliter enim enunciat aliquis in vniuersali. quotiens vniuersalem affirmationem: aut vniuersalem fecerit negationem Cum enim dicit omnis homo animal est. vniuersalē hominem vniuersaliter enunciauit per id quod addidit omnis. quod si rursus dicat. nullus homo animal est. eodē modo vniuersalem hoīez vniuersaliter enunciat per id quod ait nullus. & sunt contrarie. Quas autem dicat esse contrarias: subiecto declarat exemplo Dico autem in vniuersali enunciationem vniuersalē vt omnis homo albus est: nullus homo albus est. vna siquidem affirmatio vniuersalis: altera negatio vniuersalis: quas contrarias esse supra in descriptione docuimus. Quando autem in vniuersalibus non vniuersaliter: non sunt contrarie. Quotiens autem inqt indefinite sunt propositiones: & vniuersaliter vniuersale non proponitur: contrarie non sunt. ea enim affirmatio que dicit: homo iustus est: & que dicit: homo iustus non est: contraria non est Possunt enim utreq3 simul esse uere & in eodem idest homine: quod in contrarus fieri impossibile ē. Quod vō addidit. que autem significantur ē eē cōtraria tale est. Ipse quidē propositiones contrarie non sunt: Significant tamen aliquando contraria. Si quis enim dicat homo alb⁹ est. & alius negat homo albus non est ipse quidem cōtrarie non sunt. Quod autez dicitur homo albus nō est. Potest quiddam significare contrarium. Nam designat hoc quod dicitur: homo albus non est: & rubri coloris esse & pallidi & fusci: designat etiaz nigri: quod est albo contrarium. Potest igitur id quod nō est album. esse nigrum. Ergo quāquā ipse contrarie non sunt: tamen potest aliquando quidam significare contrarium. Prior affirmationi: ut in eo q̃d dixim⁹ Nam si id quod dicitur: non est homo albus: nigrum esse designet: quoniam is qui niger est albus non est. Cōtrarie quidem propositiones non sunt quoniā possunt esse utreq3 uere: Que autem significantur: interdū cōtraria reperiūt. que autem sint huiusmodi propositiones exemplorū subiectione monstrabit.

¶ Dico autem non vniuersaliter enunciare in his que sunt vniuersalia vt est albus homo non est albus homo.

¶ Et quid dicat esse vniuersale non uniuersaliter predicare: planissime demonstrauit dicens.

¶ Cum enim vniuersale sit homo. non vniuersaliter vtitur enunciatione. Omnis namq; non vniuersale significat. sed quoniam vniuersaliter.

¶ Nam id quod dicitur omnis illud ad quod predicatur colligit: atq; in unum corpus adducit ut cum dicitur omnis homo iustus est: nullum excipit hominem Sed totam colligit humanitatem: et fit de re vniuersali homine predicatio vniue: salis: cum dicimus omnis homo: Nam cum sit vniuersale homo: huic vniuersali vniuersalitatẽ consignificat id qđ additur omnis. et res vniuersalis vniuersaliter predicatur.

¶ In eo vero quod vniuersale predicatur. id quod est vniuersaliter predicare. non est verum.

¶ Hac nos sententia quem ad locum vniuersalitatis determinationem recte ponamus instituit. Docet enim semper istam vniuersalitatem; quam determinationem vniuersalem vocamus: ad subiectum poni debere terminum: numquam ad predicatum. Si quis enim sic dicat: omnis homo animal est. Recte dixerit omnis ad subiectum idest ad hominem ponens. Quod si sic dicat. omnis homo omne animal est. falsum dixerit. Ergo hoc non dicit: in eo vero qđ vniuersale predicatur: vt animal de homine. Animal enim vniuersale est. De omni enim homine predicatur. non est verum. Hoc ipsum vniuersale. quod est animal: vniuersaliter predicare vt dicatur omne animal esse hominem. nec solum in his: Sed in nulla recte fieri affirmatione concedit: ait enim.

¶ Nulla enim affirmatio vera erit. in qua de vniuersaliter predicato vniuersale predicetur vt omnis homo est omne animal

¶ Hoc autem cur eueniat: paucis ostendam. Predicatum semper maius est subiecto: vel equum maius fit: vt cum dico. homo animal est. Animal predicatur homo subicitur. Sed maius est animal homine. De pluribus enim quam ipse homo predicatur. Rursus equale est: cum sic dicimus. homo risibilis est. homo subiectum est. risibile predicatum. Sed homo atq; risibile equalia sunt. pprium namq; est hominis: quod est risibile. vt autem minus predicatum inueniatur. quam subiectum: fieri non potest. Siue ergo maius sit predicatum: falsum est vniuersale adicere predicato: ut in eo quod ipse posuit: exemplo. Omnis homo omne animal est. siue equale sit. superfluum est: si qs sic dicat: omnis homo omne risibile est. quare vniuersale predicatum predicare vniuersaliter non oportet.

¶ Oppom autem affirmationem negationi contradictorie: que vniuersale significat eidem quoniam non vniuersaliter: vt omnis homo albus est: non omnis homo albus est: nullus homo albus est quidam homo albus est.

¶ Quid sit proprie cõtradictio: consequenter exponit. ait enim opponi contradictorie propositiones: quotiens vniuersalem affirmationem particularis abstulit negatio: et quotiens vniuersalem negationem particularis affirmatio astruxerit. Cum enim omnis homo albus est dicitur: illa negatio que dicit non omnis homo albus est: de eodem homine vniuersaliter tollit. quod vniuersaliter affirmatio cõstituerat Illa enim omnem hominem esse album ponit Ista dicit non omnem: tamenq̃ si concedat aliquem: sed eitantum auferat vniuersalem. Hoc est enim quod ait que vniuersale significat eidem. quoniam non vniuersaliter. Nam sicut vniuersale significat affirmatio dicens hominem. ita quoq; negatio vniuersale significat. habet enim et ipsa hominem: Sed idem ipsum vniuersale docet non esse vniuersaliter. idest nõ omne esse album: quod affirmatio esse vniuersaliter posuerat: omnem hominem esse album proponens. Eodem modo etiam in negatione. quas nos supra singulares posuimus: et contradictorias in descriptione Hic nunc easdem oppositas contradictorie: vocat. Quod autem vniuersali affirmationi: que est omnis homo albus est: particularem negationem opposuit que est non omnis homo albus est: tantundem est tamquam si diceret: quidam homo albus non est. Nam si non omnis homo albus est: quidam homo albus non est.

¶ Contrarie vero vniuersalem affirmationem et vniuersalem negationem. vt omnis homo iustus est nullus homo iustus est. Quocirca has quidem impossibile est simul esse veras. His vero oppositas contingit aliquando in eodem. vt non omnis homo albus est. et quidam homo albus est.

¶ Planissime omnes exequitur. dicit contrarias vniuersalem affirmationem: et vniuersalem negationem Has enim nos quoq; supra descripsimus. Hic vero easdem contrarie demonstrat opponi. Illud quoq; addidit. quod eas impossibile sit in eodem veras aliquando cognosci. Nam sicut contrariorum natura in eodem non potest inueniri. neq; enim vno eodemq; tempore aliquid nigrum est atq; album. sic quoq; nec cõtrarie vt vtreq; simul sint vere fieri potest. Quod autem adiecit. His vero oppositas contingit in codẽ particularem affirmationem: et particularem negationem designat. Particularis namq; affirmatio vniuersali negationi opposita est contradictorie. particularis vero negatio vniuersali affirmationi. Contrariarum igitur opposite possunt in eodem vere aliquotiens inueniri: vel particularis affirmatio et particularis negatio vere ut sint aliquotiens fieri potest. vt est quidam homo albus est: quidam homo albus non est vtreq; sunt vere.

¶ Quecumq; igitur contradictiones vniuersaliũ sunt vniuersaliter. necesse est alteram esse veram vel falsam. et quecũq; in singularibus sunt. vt socrates albus. non est socrates albus.

¶ De cõtradictorie oppositis loqtur: et de singularib' ppositionib': qđ vnã semp verã: falsam semp alterã necesse est inueniri. Hoc enĩ dicitur cõtradictiões in qt cor: que sunt vniuersaliũ vlr predicator: vna semp v̄a est: altera falsa. Vlr autẽ vlr p̄dicator sũt cõdictiones vniuersaliũ particulariter predicator. Nam affirmatio vniuersalis vel negatio vlis vniuersaliter p̄dicatẽ hor cõtradictorie particulares affirmatiões vel negatiões sunt: si sibi angulariter comparẽtẽ. Harũ igiẽ cõtradictionũ: que sũt vniuersaliũ vniuersaliter predicatorũ: vna semp vera ẽ: semp falsa altera repitur. In singularib' quoq; idẽ est. Nã si nulla. vt dem ẽ varietas equocatiõis ipediat. idẽq; sit p̄dicatũ. idẽq; subiectũ: ad vnũ idẽq; tẽpus: ad vnã eandẽq; ptẽ ad vnũ idẽq; relatũ: vno atq; eodẽ mõ: vna semp vera ẽ: altera falsa: et vitatẽ iter se nã:: et mẽdacii ptiũtẽ

¶ Quecũq; aũt vniuersalibus non vniuersaliter: non semper hec quidem vera est: illa vo falsa;

¶ Que vero sunt inquit indefinite: vt neq; vniuersalẽ habeant.

habeant: neqꝫ particularem determinationem: quod tacuit: non semper una vera est: altera falsa: sed utreqꝫ interdum inueniuntur vere. In uniuersalibus autem non uniuersaliter predicatur aliquid hoc modo homo albus est: homo albus nõ est. in quo uno eodẽqꝫ tempore utrasqꝫ veras esse contingit. Hic enim licet cum uniuersale sit homo: non uniuersaliter predicatum est nomen. At vero nec particulariter. Neqꝫ enim quidam: aut nullus: aut omnis adiectum est. docet autem huiusmodi propositiones non inter se diuidere veritatem atqꝫ mendacium hoc modo.

Simul enim verum est dicere: quoniam est homo albus: ⁊ non est homo albus. ⁊ est homo pulcher. ⁊ non est homo pulcher. Si eniꝫ fedus. ⁊ nõ pulcher. ⁊ si fit, aliquid. ⁊ non est.

Documentum est huiusmodi dictum indefinitaꝫ affirmationem: negationemqꝫ veras utrasqꝫ posse inuenire. verum enim dicere est. Est homo albus: ⁊ nõ est homo albus: huius autem rei probatio est. nam si verum est dicere. est homo niger: ⁊ est homo albus simul uno eodemqꝫ tempore. Qui autem niger est: albus non est. verum est dicere uno eodemqꝫ tempore. quoniam est homo albus: ⁊ non est homo albus. Rursus si verum est dicere: quoniam est homo pulcher: ⁊ est homo fedus uno eodemqꝫ tempore. Qui autem fedus est: pulcher non est verum autem dicere hominem esse pulchrum ⁊ hominem esse fedum: uno eodemqꝫ tempore manifestum est. Cum enim achilles esset pulcher: erat elodius thersides fedus. Rursus si verum est dicere esse hominem album: ⁊ rursus eodem tempore fieri hominem album. Nec hoc ulla contrarietas vetat: ut fit homo albus: ⁊ rursus fiat homo albus. sed qui fit albus: nondum albus est. verum est dicere igitur quoniam est homo albus ⁊ non est homo albus. Hoc est enim quod ait ⁊ si fit aliquid: ⁊ non est. cum enim fit non est. sed potest dici quoniam est homo albus: ⁊ fit homo albus ut utrumqꝫ vere dicatur. Potest igitur vere utrũqꝫ dici. Et ẽ homo albus: ⁊ non est homo albus.

Videbitur autem subito inconueniens esse. Idcirco quoniam videtur significare non est homo albus. simul etiam quoniam nemo homo albus. Hoc autem neqꝫ idẽ significat. neqꝫ sil' necessario.

Tacite hominum dubitationi respondit. Quod enĩ dicimus: est albus homo: ⁊ non est albus homo utrũqꝫ verum esse: videtur aliquotiens inconueniens esse Si enim verum est dicere: est albus homo quemadmodum fieri potest: ut verum sit dicere: non est alb' homo. Hoc autem videtur idcirco quoniam apparet quibusdam id quod dicimus nõ est homo albus: hoc significare: tanqꝫ si dicamus nullus homo albus est. sed hoc verum non est. Neqꝫ enim idem est dicere: non est albus homo: ⁊ nullus homo albus est. Et quãqꝫ cum dicimus nullus homo albus est: simul significamus: quoniam non est homo albus non tamen ex necessitate idem utraqꝫ significat. Cum enim dicimus: non est homo albus simul nos dicere: quoniam nullus homo albus est: non oportet intelligi. neqꝫ enĩ semper simul est: non est homo albus: ⁊ nullus homo albus est. Nam aliquotiens simul est scilicet cum prius dicitur uniuersalis negatio. Cum vero indefinita dicitur prius: non est simul negatio uniuersalis negationi indefinite. Nam si dicam nullus homo albus est: simul dixi: quoniam homo albus non est. Quod si dicam: homo albus non est: non est simul dicta negatio uniuersalis: que est nullus homo albus ẽ: quoniã potest quidã esse nõ albus: de quo dicat' hõ albus nõ est: neqꝫ tamẽ oĩs esse nõ albus. Non igit' simul necessario sunt: non est hõ albus: ⁊ null' homo alb' est.

Manifestum est autem. quoniaꝫ una negatio unius affirmationis est. Hoc enim idem oportet negare negationem. quod affirmauit affirmatio. ⁊ de eodem. vel de aliquo singularium. vel de aliquo uniuersalium. vel uniuersaliter: vel non uniuersaliter.

Hoc quoqꝫ argumentum est negationem indefinitã ⁊ uniuersalem idem non significare: ⁊ eas a se esse diuersas Nam si unius affirmationis una negatio: est contra eam que dicit: non est homo albus: illa est affirmatio. que dicit est homo albus. Et contra eam q̃ dicit nullus homo albus: illa affirmatio est que dicit quidam homo albus est. sed he affirmationes diuerse sunt idest ẽ homo albus: ⁊ quidã homo alb' est diuerse igit' ille quoqꝫ sunt: que his proportionaliter opponuntur. Diuersa igitur est negatio que dicit: null' homo albus est: ⁊ ea que dicit: non est homo albus. Docet autẽ nos unius affirmationis unã eẽ negationem: idqꝫ hac ratiõe demõstrat. Oportet enĩ idẽ predicatũ negare negationẽ: quod predicauerit affirmatio: ⁊ rursus de eodem subiecto auferre p̃dicatũ negationẽ oportet: a quo affirmatio ante coniũxerat. Quod si fit: dubium non est unius esse affirmationis unã negationem. siue autem hoc in uniuersalib' fiat siue uniuersaliter p̃dicatis: siue indefinite: ⁊ non uniuersaliter: siue in singularibus: una eadẽqꝫ propositionum natura est: ut unius affirmationis sit tantuꝫ naturaliter una negatio. Hoc aũt inductione probat.

Dico autẽ ut ẽ socrates alb'. nõ est socrates alb'

In hac enĩ propositione idem subiectum est: idẽ predicatuꝫ: ⁊ i medio exemplorum subiecit.

Si autem aliud aliquid. vel de alio idem. nõ opposita. sed erit ab ea diuersa.

Sensus huiusmodi est. si aũt aliud aliquid predicauerit negatio: qꝫ affirmatio p̃dicauit: vel de alio subiecto idem negatio predicauerit: quod in affirmationeꝫ inerit p̃dicatum: non sunt sibi opposite: sꝫ a se tñ diuerse sunt. Siquis enĩ dicat: socrates disputat: ⁊ alius respondet: socrates non ambulat: diuersum predicatũ est; ⁊ diuerse sunt propositiões ⁊ nõ opposite. ⁊ hoc est qð dixit. Si aũt aliud aliquid. Aliud enĩ p̃dicauit negatio: quã affirmatio p̃dicauerat. Quod si qs sic dicat. socrates disputat: aliusqꝫ r̃ndeat plato non disputat: de alio subiecto idẽ p̃dicauit: ⁊ sunt a se diuerse propositiões: ⁊ nõ opposite. Et erit id qð ait vl de alio idẽ. Quod si utraqꝫ fit diuersa: multo magis diuerse ꝓpositiões sũt. quib' positis ad ꝓposita rursus exẽpla contendit: ⁊ uni affirmatiõi unã enũciationẽ negationis opponit: singularibus singulares affirmatiuas negatiuas: p̃ticularibus uniuersales: indefinitis indefinitas opponẽs ⁊ comparans.

Huic vero que est omnis hõ albus est. illa. que ẽ nõ oĩs hõ albus est. Illi aũt que est. aliquis homo albus est illa que est. nullus hõ albus est. Illi ãt q̃ est hõ albus ẽ. illa que est homo albus non est.

Et post hec concludit sententiam dicens.

Quoniam quod igitur una affirmatio uni negationi opponitur contradictorie. ⁊ que sunt he di-

ctum est. Et quoniam alie cōtrarie. ꝛ que sit he
dictum est. ꝛ quoniam non omnis vera vel falsa cō
tradictio. ꝛ quare. ꝛ quando vera vel falsa.

¶ Reuoluit quoqꝫ breuiter: qm̄ alie sunt ꝯtie alie ꝯdi-
ctorie dictiqꝫ sic que sint he diligētius in superiore dis
putatiōe mōstrasse. Illud quoqꝫ nō oēz esse verā vel
falsā affirmatiōis ꝛ negatiōis oppositionē: quā nūc
cōiter ꝛ ꝓprie ꝯtradictionē vocat. Et qm̄ non sit ve
re vel false: vel cur: se exposuisse cōmemorat.

¶ Una autē affirmatio ꝛ negatio est: que vnum de
vno significat: vel cum sit vniuersale vniuersaliter
vel non similiter. vt omnis homo albus est: non est
homo albus est: est homo albus. non est homo al-
bus: nullus hō alb⁹ ē quidā homo albus est.

¶ Quid sit vna affirmatio ꝛ supra iā diximus: ꝛ nunc
quoqꝫ idem docere non piget. Cum idem aristoteles
reuoluerit vna eni affirmatio est. que vnā rē de vna
significat. i. que huiusmodi habet p̄dicatū. ꝛ huiusmo
di subiectū: vt vtrūqꝫ singula significet. Nam si vnū
aliquid significet p̄dicatū simplex atqꝫ vnum ē. Qd̄ si
rursus vnū aliqd significet subiectū: ꝛ nō plura: sim
plex rursus est atqꝫ vnū. Quocirca si vnum predica-
tū de vno erit subiecto: vtraqꝫ singula significabūt ꝛ
non plura. Eoqꝫ fit: vt nō sit multiplex propositionis
significatio: ꝛ que vnū significet: vna sit. Idē autē oꝫ
esse etiā in vniuersalibus vniuersaliter p̄dicatis: ꝛ in
particularibus: quas vniuersalibus opponi necesse ē.
quorum etiam subdit exempla. Dicit eni vnā esse pro
positionē. Oīs hō albus est. ꝛ si rursus oppositā vnā
esse. non est omnis homo albus.

¶ Si album vnum significat. Si vero duobus vnū
nomē positum est: ex quibus non est vnum: non est
vna affirmatio: neqꝫ vna negatio.

¶ Si albū ſquit vnū significat. quod si plura designat
non est vna affirmatio: nec vna negatio. Hoc aūt ꝛ ī
subiecto cōuēit custodire. s. vt subiecti quoqꝫ simplex
significatio seruetur. Docet aūt non esse vnā propositionē:
si p̄dicatum vel quodlibet in propositione ver-
bū multa significat hoc modo. Sin vero duob⁹ vnū
nomē est positū ex quibus non est vnū: non est vna af
firmatio: neqꝫ negatio sunt quedā res que plura quidē
significent: ex quibus oībus iunctis vnū quidā va
let effici. hoīs quidē nomen significat animal: signifi-
cat mortale: rationale quoqꝫ designat: sed hec iuncta
vnū quidā efficiūt: quod est aīal rōnale mortale. Hec
nāqꝫ oīa vnū hominē cōplent. Sunt quoqꝫ alia: que
duas vel plures huiusmodi res designant ex qb⁹ iun-
ctis vnū aliqd eē nō posset: vt liber. Dicitur nāqꝫ ꝛ
dionisius liber: dicit liber ꝛ ingenuus. sed īgenuus ꝛ
re esse posse: in quib⁹ prius vel posterius aliqd cōside
rat̃. Sed porphyrius ait sese docuisse spēs enūciatio
nis eē affirmationē ⁊ negationem in his cōmētariis
quos in theophrastū edidit. hic vō alexandri argumē
tationē tali rōne dissoluit. Ait enī nō oportere arbi
trari queeūqȝ quolibet mō priora essent aliis: ea sub
eodē genere non posse poni. Sȝ queeūqȝ secundū eē
suū atqȝ subāȝ priora vel posteriora sūt ea sola sub eo
dem gn̄e non ponunt̃. Et recte vr̃. Si.n. qcqd quoli
bet mō prius est: cū eo qđ posteri⁹ est sub vno gn̄e eē
non pōt: nec primus substātus ⁊ secūdis cōmune ge
nus poterit esse subā. qđ qui dicit: a recto ordīe ratio
nis exorbitat. Sed queadmodum q̃ȝq̃ȝ sint prie ⁊ se
cūde sube: tn̄ vtreqȝ eq̃liter in subiecto nō sūt. ⁊ iccir
co eē ipsoȝ ex eo pendet. qđ in subiecto nō sūt. atqȝ iō
sub vno sube gn̄e collocant̃. ita quoqȝ q̃ȝq̃ȝ affirma
tiones negationib⁹ in orōnis prolatione priores sint:
tn̄ ad eē atqȝ ad rōnem ppriam equaliter enūciatiōe pti
cipant. Enūciatio vō ē in qua veritas ⁊ falsitas inue
niri pōt. Qua in re ⁊ affirmatio ⁊ negatio eq̃les sūt.
Eq̃liter.n. affirmatio ⁊ negatio veritate ⁊ falsitate
participant. Quocirca qm̃ id qđ sunt affirmatio ⁊
negatio: eq̃liter ab enūciatione participāt: a cōmuni
eas enūciationis gn̄e diuidi nō oȝ. mihi quoqȝ vr̃ qđ
porphyriū sit sequenda sentētia: vt affirmatio ⁊ nega
tio cōi enūciationis gn̄e supponātur. Lōga nāqȝ illa
⁊ multiplicia argumenta Alexādri soluta sūt: cū de
monstrauit porphyrius nō modis omnibus ea q̄ pri
ora sunt: sub cōmuni genere cōstitui atqȝ poni non
posse. Sed queeūqȝ ad esse proprium atqȝ substantiā
priora sunt: illa sola sub cōmuni genere constitui atqȝ
poni non posse. Syrianus vō cui philoxenus cognomē
est: hoc loco q̄rit: cur pponēs pri⁹ de negatione: post
de affirmatione pronunciauerit dicēs Primū oȝ con
stituere quid sit nomen: ⁊ quid verbum. postea quid
negatio ⁊ affirmatio. ⁊ primo quidem nihil ꝓprium
dixit. qm̃ in quib⁹ affirmatio potest ⁊ negatio proue
nire: prius esse negatio: postea vō affirmatio potest:
vt de socrate si sanus ē. Pōt ei talis affirmatio apta
ri vt de eo dicatur socrates sanus est: ⁊ hmōi pōt ap
tari negatio vt: de eo dicatur socrates san⁹ nō ē. qm̃
ergo in cū affirmatio ⁊ negatio poterit ꝓuenire. pri
us euenit vt sit negatio q̃ȝ affirmatio. an̄.n. q̃ȝ natus
eēt potuit de eo dici socrates san⁹ non ē. qui cui nat⁹
nō erat nec esse poterat sanus. hinc illud adiecit ser
uare arist. cōuersam propositiōis et executiōis distri
butionē. hic.n. pri⁹ post nomen ⁊ verbū de negatiōe
proposuit post de affirmatione: ⁊ hic de enunciatiōe
tertio de affirmatiōe: postremo vō de orōne: sȝ ppo
sita diffinitione: nominis ⁊ verbi prius orōnē: postea
enūciationē ⁊ affirmationē: vltio vō loco negatiōem
determinauit: quā hic post ꝓpositionē verbi: ⁊ noīs
primā locauerat. Vt igit̃ ordo seruaret̃ cōuersus: ic
circo negationē primo ait eē propositā: q̄ in expositiōe
ab alexādri quoqȝ sentētia nō discedit. Illud quoqȝ ē
additum qđ nō eēt inutile enūciationē genus affirma
tiōis ⁊ negatiōis accipi oportere: qđ q̃ȝq̃ȝ (vt dcm̄ ē)
ad ꝓlationē prior ē affirmatio: tn̄ ad ipsaȝ enūciatio
nem. i. veri falsiqȝ vim vtrasqȝ eq̃liter sub enūciatio
ne aristoteles constituit. Id ēt aristoteleȝ probare di
cit. premisit.n. primā negationē: scđam posuit affir
mationē que res nihil hȝ vitii. si ad ipsaȝ enūciationē
affirmatio ⁊ negatio ponant̃ eq̃les. que enī nō equa
les sunt. nihil retinent contrarii indifferenter accepte
Est igit̃ ordo: qđ proposuit primū totius orōnis elemē
tum. s. nomen ⁊ verbū: post hec negationē ⁊ affirma
tionem. que spēs enūciationis sunt. Quoȝ genus. i.
enunciationem tertiam nominauit: quartā vō oratio
nem posuit: que ipsius enūciationis genus est. ⁊ hoȝ
se diffinitiones oīuȝ daturū esse promisit: quas interī
relinquens atqȝ preteriens ⁊ in posteriorem tractatū
differens: illud nunc addit: q̄ sunt verba ⁊ noīa: aut
qđ ipsa significent. q̄re aliq̃ȝ ad verba aristotelis ipsa
veniamus. pauca cōiter de noībus atqȝ verbis: ⁊ de
his q̄ significāt̃ a verbis ac nominibus disputemus.
Siue.n. q̄libet ppetua iterrogatio sit atqȝ responsio:
siue perpetua cuiusibȝ orationis cōtinuatio: atqȝ al
teri⁹ auditus ⁊ itelligētia: siue hic qdē doceat: ille vō
discat: trib⁹ his totus orandi ordo pficit̃: reb⁹: itelle
ctib⁹: atqȝ vocibus. Res.n. ab intellectu concipitur.
Vox vō conceptiōes aīi itellectusqȝ significat. ipsi vō
itellectus ⁊ concipiūt subiectas res ⁊ significant̃ a vo
cibus. Cū igit̃ tria sint hec. per que omnis oratio col
locutioqȝ pficit̃: res que subiecte sunt: intellectus qui
res concipiūt: ⁊ rursus a vocib⁹ significāt̃. Voces vō
que intellectus designāt quartū quoqȝ addā est: quo
voces ipse valeant designari. id autem sūt lr̃e. Scri
pte namqȝ littere ipsas significant voces. Quare q̃t
tuor ista sunt: vt lr̄e quidē significēt voces: voces vō i
tellect⁹: itellectus aūt res cōcipiant: que. s. habet q̄n
dam non confusam neqȝ fortuitā consequētiā: sȝ ter
minato nature sue ordīe cōstāt res.n. semp cōmitta
tur eum: qui ab ipsis cōcipitur: intellectū: ipsum vero
intellectū vox sequit̃: sed voces elementa. i. littere. re
bus enim ante propositis ⁊ in propria substantia cōsti
tutis intellectus oriunt̃. Reȝ enȝ semper intellectus
sunt: quib⁹ iteȝ cōstitutis mox significatio vocis exo
ritur. Preter intellectū namqȝ vox penitus nihil desi
gnat. Sed qm̃ voces sunt: iccirco littere: quas voca
mus elemēta. reperte: sūt: quib⁹ vocū q̄litas designe
tur. ad cognitionem vō conuersim se se res hȝ. nāqȝ
apud quos eedem sunt littere: ⁊ qui eisdem elemētis
vtūtur: eisdē quoqȝ nominibus eos ac verbis. i. voci
bus vti necesse est: ⁊ q̄ vocibus eisdē vtunt̃: idē quo
qȝ apud eos intellectus in animi cōceptione versant̃.
Sed apud quos ideȝ intellectus sunt: easdē res eoȝ
intellectib⁹ subiectas eē māifestū est sȝ hoc nulla ra
tiōe cōuertit̃. Nāqȝ apud quos eedē res sūt: idemqȝ
intellect⁹: nō statim eedē voces eedēqȝ sūt littere: nā
cum romanus grecus ac barbarus sil̃ videant equū
hēt quoqȝ de eo eundē intellectuȝ qđ equ⁹ sit: ⁊ apud
eos eadē res subiecta ē: idēqȝ a re ipsa cōcipit̃ intelle
ctus. sed grecus aliter equū vocat: alia quoqȝ vox i eq
significatiōe romana est: ⁊ barbar⁹ ab vtroqȝ i eq de
signatione

signatiõe dissentit. quocirca diuersis quoqȝ voces ꝓ-
prias elementis scribũt. Recte igit̃ dictũ ẽ apud quos
eedẽ res ijdẽqȝ itellect⁹ sunt: non statim apud eos vel
easdẽ voces vel eadẽ elemẽta consistere. Precedit aũt
res itellectũ: intellectus vero vocem. vox litteras. sed
cõuerti hoc non potest. neqȝ si littere sũt: mox aliq̃ ex
his significatio vocis existit. Hominibus namqȝ qui
l̃ras ignorãt: nullũ nomẽ quelibet elementa significant:
qppe que nesciũt. neqȝ si voces sunt: mox itellect⁹ esse
necesse est. Plures enĩ voces inueniũtur: q̃ nihil oĩno
significent. nec intellectui quoqȝ subiecta est res semp
sunt enĩ itellectus sine re vlla sibi subiecta: vt quos cẽ
tauros vel chimeras poete finxerunt. hoꝝ. n. itellect⁹
sunt: quibus subiecta est nulla substantia. Sed si quis
ad nãm redeat eamqȝ consideret diligenter: agnoscet
cũ res est eius quoqȝ itellectum esse. Qð si non apud
hoies: certe apud deũ: qui proprie diuinitati substan
tie i ipa natura ipsius rei nihil ignorat. Et si est itelle
ct⁹ ꝛ vox est. ꝙ si fuerit vox: ei⁹ quoqȝ sunt littere: q̃ si
ignorant̃: nihil ad ipam vocis naturaȝ. Neqȝ. n. q̃si cã
quedã est vocũ itellect⁹: aut vox causa litteraꝝ: vt cũ
eedẽ sint apud aliquos littere: necesse sit eadẽ quoqȝ
esse nõia ꝛ verba. Ita quoqȝ cum eedem sint res vel
intellectus apud aliquos: non mox necesse est intelle-
ctuũ ipsoꝝ vel rerum eadẽ esse vocabula. Nãqȝ cum
eadẽ sit ꝛ res ꝛ itellect⁹ hoĩs: apud diuersos tñ hoĩes
hmõi substãtia aliter ꝛ diuerso noĩe nuncupat̃. qua-
re voces quoqȝ cum eedem sint: possunt littere eẽ di-
uerse: vt i hoc nomine quod est homo cũ vnũ sit no-
men diuersis l̃ris scribi potest. nã que latinis litteris
scribi potest: potest etiã grecis: post alijs nũc primuȝ
inuentis figurarũ figuris. Quare quoniã apud quos
eedẽ res sunt: eosdẽ itellect⁹ eẽ necesse est: apud quos
ijdẽ itellect⁹ sunt: voces eedẽ non sunt: ꝛ apud quos
eedẽ voces sunt: non necesse est eadem elementa con
stitui: dicendum est res ꝛ intellect⁹: quoniã apud oẽs
ijdẽ sunt: esse naturaliter cõstitutos. voces vero atqȝ
litteras: qm̃ diuersis hominũ positionibus permutan
tur: nõ esse naturaliter sed positione. Cõcludendũ est
igit̃ qm̃ apud quos elementa sunt eadẽ: apud quoqȝ
eos eedẽ voces sunt: ꝛ apud quos eedem voces sũt: ij
dẽ sunt intellectus: apud quos autem idem sunt intel
lect⁹: apud eoꝝ quoqȝ res eedẽ subiecte sunt. Rursus
apud quos eedẽ res sunt ijdem quoqȝ sunt intellect⁹:
apud quos ijdẽ itellectus: non eedem voces sunt: nec
apud quos eedẽ voces sunt: eisdẽ semper litteris ver
ba ipsa vel nomĩa designãtur. Sed nos in supradictis
sententijs elemẽto atqȝ littera promiscue vsi sumus. q̃
aũt sit hoꝝ distantia paucis absoluam. littera inscri-
ptio est atqȝ figura partis minime vocis articulate.
Elementũ ṽo sonus ipsius inscriptionis: vt cum scri-
bo l̃raȝ que ẽ. a. a. formula ipsa: que atramẽto vl̃ gra
phio scribitur: littera nominatur. ipse ṽo sonus: quo
ipam litteraȝ voce proferim⁹: dicitur elementũ. quocir
ca hoc cognito illud dicendũ est: ꝙ is qui docet: vel q
cõtinua oratiõe loquitur. vel qui interrogat. cõtrarie
se habet his vel qui discunt: vel qui audiũt: vel respõ
dent in his trib⁹ voce. s. itellectu: ꝛ re. p̃termittant̃
l̃re ꝓp eos: qui earum sunt expertes. Nam qui docet
ꝛ qui dicit: ꝛ qui interrogat: a rebus ad itellectũ pro-
fectus per nomĩa ꝛ verba vi proprie actionis exercet
atqȝ officiũ. Rebus enim subiectis ab his capiũt itel
lect⁹. ꝛ per nõia ꝛ verba pronunciant. qui vero discit
vel q audit vel q respõdet: a nominibꝰ ad itellectus
progressus ad res vsqȝ peruenit. Accipiens enĩ is qui

discit vel qui audit vel qui respondet: docentis vel di
centis vel interrogantis sermonẽ quid vnusqsqȝ illo-
rum dicat intelligit: ꝛ intelligens rerum quoqȝ scien-
tiã capit: ꝛ in ea consistit. Recte igitur dictum est in
voce intellectu atqȝ re contrarie se se habere eos qui
docent dicũt interrogãt: atqȝ eos qui discunt audiũt
ꝛ respondent. Cum igit̃ hec sint quatuor l̃re: voces: i
tellectus: ꝛ res proxime quidẽ ꝛ p̃cipalit̃ littere ver-
ba ꝛ nomina significant: hec vero principaliter quidẽ
intellect⁹ secundo vero loco res quoqȝ designant. In
tellectus ṽo ipsi nihil alius nisi reruȝ significatiui sũt
Antiquiores ṽo quorũ est plato: aristoteles: siue chry
sippus. ꝛ xenocrates hi inter res ꝛ significationes in-
tellectuum medios sensus ponunt in sensibilibus reb⁹
vel imaginatiões quasdã: in quibus intellectus ipsius
origo consistat. Et nunc quidẽ quid de hac re stoici di
cunt p̃termittendum est. hoc autem ex his omnibus
solum cognosci oportet: ꝙ ea que sũt in litteris eã si-
gnificent orationẽ que in voce consistit: ꝛ ꝙ ea q̃ ẽ vo
cis oratio: animi atqȝ intellectus orationẽ designet: q̃
tacita cogitatione conficit̃: ꝛ ꝙ hec intellectus oratio
subiectas principaliter sibi res concipiat ac designet.
Ex quibus quatuor duas quidem Aristoteles esse na
turaliter dicit res ꝛ aĩ cõceptiões idest eã que fit i itel
lectibus oꝛonẽ: iccirco ꝙ apud omnes eedẽ atqȝ imu
tabiles sint. duas vero nõ naturaliter sed positiõe cõ
stitui que sunt scilȝ verba ꝛ nomina ꝛ littere: quas ie
circo naturaliter fixas esse non dicit: ꝙ (vt supra de-
monstratum est) non eisdem vocibus omnes: aut eis-
dem vtantur elementis atqȝ hoc est qquodai t

C Sunt ergo ea que sunt in voce earum que sunt in
anima passionum note. ꝛ ea que scribuntur eorum
que sunt in voce. ꝛ quemadmoduȝ nec littere eedẽ
omnibus. sic nec eedem voces. Quorum autem
he primorum note sunt: eedem omnibus passiones
anime sunt. ꝛ quorum he similitudines sunt. res iã
eedem. De his quidem dictum est in his que di-
cta sunt de anima. alterius enim est negocij.

C Cum igitur prius proposuisset nomen ꝛ verbum: ꝛ
quecumqȝ secutus est: postea se diffinire ꝓmisisset:
hec interim preter mittens de passionibus anime de
qȝ earum notis: que sunt scilicet voces: pauca premit
tit. Sed cur hoc ita interposuerit: plurimi commenta
tores causas reddere neglexerunt. sed a tribus tantũ
quantum adhuc sciam. ratio huius interpositionis ex
plicata est. quorum. herminij quidem a rerum verita
te longe disiuncta est. Ait enim iccirco aristotelem de
notis anime passionum interposuisse sermonem: vt
vtilitatem propositi operis inculcaret. Disputaturus
enim de vocibus que sunt note anime passionum re-
cte de his quedam ante premisit. Nam cum sine null⁹
anime passiones ignoret: notas quoqȝ cũ anime pas-
sionibus non nescire vtilissimum est neqȝ enim ille co
gnosci possunt nisi per voces que sunt earum scilicet
note. Alexan. vero aliam huiusmodi interpositionis
reddit causam. quoniam inquit nomina ꝛ verba iter
pretatione simplici continẽt̃. Oratio ṽo ex verbis no
minibusqȝ coniuncta est: ꝛ in ea iam veritas aut falsi
tas inuenitur. siue aũt quilibet sermo sit simplex siue
iam oratio cõiũcta atqȝ cõposita. ex his que significã
tur momentũ sumũt. In illis. n. pri⁹ est eoꝝ ordo ꝛ cõ
tinẽtia: post redundat in voces. quocirca qm̃ signifi-
cãtiũ momẽtũ ex his que significãtur oritur: iccirco

prius nos de his que voces ipse significant: docere proponit. Sed herminus hoc libro repudiandus est. Nihil enim tale quod ad causas proposite sententie pertineret explicuit. Aleram. vero strictim protinus intelligentia preteruectus tetigit quidem causam: non tamen principalem rationem Aristotelice propositionis exoluit. Sed porphyrius hic ipsam plenius causam originemque sermonis huius ante oculos collocauit: quod omnes apud priscos philosophos de significationis in contentionem litem que reterunt. Fuit namque dubie apud antiquorum philosophorum sententias constitisse: quid esset proprie quod vocibus significaretur. putabant namque alij res vocibus designari: earumque vocabula esse ea que sonuerint in vocibus arbitrabantur. Alij vero incorporeas quasdam naturas meditabantur. quarum essent significationes quecunque vocibus designarentur platonis aliquo modo species incorporeas emulati: dicentis hoc ipsum homo et hoc ipsum equus: non hanc cuiuslibet subiectam substantiam: sed ipsum illum hominem specialem et illum ipsum equum vniuersalem et incorporaliter cogitantes incorporales quasdam naturas constituebant quas ad significandum prias venire putabant: et cum alijs item rebus in significationibus posse coniungi. vt ex his aliqua enunciatio vel oratio conficeretur. Alij vero sensus. alij imaginationes significari vocibus arbitrabantur. cum igitur ista esset contentio apud superiores et hoc vsque ad Aristo. peruenisset etatem: necesse fuit vt qui nomen et verbum significatiua esse dicturus erat: prediceret quorum ista designatiua sint. Aristoteles enim nominibus et verbis res subiectas significari non putat: nec vero sensus vel etiam imaginatio: sensuum quidem non esse significatiuas voces nomina et verba in opere de iustitia sic declarat dicens φυσει ξαρ διηνωεχθηται τατε υδηματα και τα αισθηματα que interpretari latine potest hoc modo. Natura enim sunt diuersa intellectus et sensus. differre igitur aliquid arbitratur sensus atque intellectus sed qui passiones anime a vocibus significari dicit: is non de sensibus loquitur. Sensus enim passiones corporis sunt. Si igitur ita dixisset passiones corporis a vocibus significari: tunc merito sensus intelligeremus. Sed quoniam passiones anime nomina et verba significare proposuit: non sensus sed intellectus eum dicere putandum est. Sed quoniam imaginatio quoque res anime est dubitauerit aliquis ne forte passiones anime imaginationes: quas greci phantasias vocant: dicat. Sed hec in libris de anima verissime diligentissimeque separauit dicens εστι δε φαντασια ετερον φασεως και αποφασεως. συμπλοκη γαρ νοηματων εστι το αληθες η ψευδος. τα δε πρωτα νοηματα τι διοισει του μη φαντασματα ειναι. η ουδε ταυτα φαντασματα, αλλ ουκ ανευ φαντασματων. Quod sic interpretatur. Est autem imaginatio diuersa ab affirmatione et negatione. complexio namque intellectuum est veritas vel falsitas. primi vero intellectus quid discrepabunt: vt non sint imaginationes an certe neque hec sunt imaginationes: sed sine imaginationibus non sunt. que sententia demonstrat aliud quidem esse imaginationem aliud intellectus: et intellectuum quidem complexione affirmationes fieri et negationes. quocirca illud quoque dubitauit: vtrum primi intellectus imaginationes quedam essent. primos autem intellectus dicimus: qui simplicem rem concipiunt. vt si quis dicat socrates solum. dubitatque vtrum huiusmodi intellectus: qui in se nihil neque veri continet neque falsi: intellectus sit: an ipsius socratis imaginatio. Sed de hoc quoque aperte quidem videtur ostendere. ait enim an certe neque hec sunt imaginationes: sed non sine imaginationibus sunt. Id est. quod hic sermo significat qui est socrates: vel alius simplex non est quidem imaginatio sed intellectus: qui intellectus preter imaginationem fieri non potest. Sensus enim atque imaginatio quedam prime figure sunt: supra quas velut fundamento quodam superueniens intelligentia nititur. Nam sicut pictores solent designare lineatim corpus atque substernere: vbi coloribus cuiuslibet exprimant vultum: sic sensus atque imaginatio naturaliter in anime perceptione substernitur. Nam cum res aliqua sub sensum vel cogitationem cadit: prius eius necesse est vt quedam imaginatio nascatur. Post vero plenior superueniat intellectus cunctas eius explicans partes que confuse fuerant imaginatione presumpte. Quocirca imperfectum quiddam est imaginatio. Nomina vero et verba non curta quedam: sed perfecta significant: quare recta Aristotelis sententia est que ea que in verbis nominibusque versantur: ea neque sensus neque imaginationes: sed solam significare intellectuum qualitatem. Unde illud quoque ab Aristotele fluentes peripathetici rectissime posuere res esse orationes. vnam que scribi possit elementis: alteram que voce proferri. tertiam que cogitatione connectitur. vnamque intellectibus: alteram voce: tertiam litteris contineri. quocirca quoniam id quod significaretur a vocibus intellectus esse putabat: nomina vero et verba significatiua esse in eorum erat diffinitionibus positurus: recte quorum essent significatiua predixit: errorisque lectoris ex multiplici veterum lite venientem sententie sue manifestatione compescuit: atque hoc modo nihil in eo deprehenditur esse superfluum: nihilque ab ordinis continuatione seiunctum. Querit vero porphyrius: cur ita dixerit. Sunt ergo ea que sunt in voce et non sic: sunt ergo voces et rursus cur ita et ea que scribuntur et non dixerit: et littere: quo resoluit hoc modo. Dictum est tres esse apud peripatheticos orationes: vnam que litteris scribitur: aliam que profertur in voce: tertiam que coniungitur in animo. Quod si tres orationes sunt: partes: quoque orationis triplices esse nulla dubitatio est. Quare quoniam verbum et nomen principaliter partes orationis sunt. Erunt alia verba et nomina que scribantur: alia que dicantur: alia que tacita mente tractentur: ergo quoniam proposuit dicens. Primum oportet constituere quid sit nomen et quid sit verbum. Triplex autem nominum natura est atque verborum: de quibus potissimum proposuerit: et que diffinire velit ostendit. et quoniam de his nominibus loquitur ac verbis: que voce proferuntur: id ipsum planius explicans ait. Sunt ergo ea que sunt in voce earum que sunt in anima passionum note: et ea que scribuntur eorum que sunt in voce: velut si diceret. Ea verba et ea nomina: que in vocali oratione proferuntur: anime passiones denunciant. Illa autem rursus verba et nomina que scribuntur: eorum verborum nominumque significationi presunt. que voce proferuntur. Nam sicut vocalis orationis verba et nomina conceptiones animi intellectusque significant: ita quoque verba et nomina illa que in solis formulis litterarum iacent illorum verborum et nominum significatiua sunt que loquimur. id est que per vocem sonamus. nam quod ait: sunt ergo ea que sunt in voce. subaudiendum est nomina et verba. Et rursus cum dicit. Et ea que scribuntur: idem subnectendum rursus est verba scilicet et nomina: et quod rursus adiecit: eorum que sunt in voce: addendum est eorum nominum atque verborum: que profert atque explicat vocalis oratio quod

si nihil

si nihil deesset oīno:ita foret totius plenitudo senten
tie. Sunt ergo ea noīa ⁊ verba que in voce sunt eaꝝ
que sunt in aīa passionū note: ⁊ ea verba ⁊ nomina q̄
scribūt: eoꝝ verboꝝ ⁊ nominum que sunt in voce: qḋ
cōiter subintelligendū est: licet ea que subiunximus
deesse videant̄: quare nō est disiuncta sententia: sed
prime propositiōi cōtinua. Nā cū quid sit verbū ⁊ qd
nomē diffinire cōstituit: cū nominis ⁊ verbi natura
sit multiplex: de quo noīe ⁊ verbo tractare vellet: ea
ꝑ significatiōe distinxit. Incipiēs igit̄ ab his noīb' ⁊
verbis que in voce sunt: quoꝝ eēnt significatiua dis
seruit. Ait. n. hec passiones aīe designare. Illud quoꝗ
adiecit quib' ipsa noīa ⁊ verba: que in voce sūt: de
signēt̄ de his. s. que litteraꝝ formulis exprimunt̄. Sꝫ
quō nō oīs vox significatiua est: verba aūt ⁊ noīa nū
q̄ significatiōib' carent: quoniāꝗ nō oīs vox: que signi
ficat: quadā positione designat: sed quedā naturali
ter vt lachryme gemit' atqꝫ meror. ⁊ aliū quoqꝫ cete
roꝝ quedā voces naturaliter aliqd ostendūt: vt ex ca
nū latratib' iracūdia eoꝝ q̄ alia quadā voce blādimē
ta mōstratur. Uerba aūt ⁊ noīa positiōe significāt:
nec solū sūt vba ⁊ noīa voces: ꝫ voces significatiue:
nec solū voces significatiue: ꝫ q̄ pōne designēt aliqd:
nō natura: nō dixit. Sūt igit̄ voces eaꝝ q̄ sūt in aīa
passionū note. Nāqꝫ neqꝫ oīs vox significatiua est: ⁊
sūt q̄dā significatiue: que naturalr̄ nō positiōe signifi
cāt: q' si ita dixisset: nihil ad ꝓprietatē vboꝝ ⁊ nomi
nū ptineret. Quocirca nō voluit cōiter dicere voces
ꝫ dixit tm̄ ea q̄ sunt i voce. vox. n. vle qddā ē: nola ve
ro ⁊ verba ptes: ps aūt oīs ī toto ē verba ergo ⁊ no
mīa qm̄ sūt itra vocē: recte dictū ē: ea que sunt i vo
ce: velut si diceret: q̄ itra vocē cōtinet̄: itellectuum si
gnificatiua sūt: ꝫ hoc sīle est ac si ita dixisset. vox cer
to mō se hñs significat itellect'. Nō. n. (vt dictū ē) no
mē ⁊ verbū voces tm̄ sūt. Sicut nūmus quoqꝫ nō so
lū ea ipressiꝫ quadā figura est: vt nūmus vocet̄: ꝫ et
vt alteri' sit rei preciū: eodē quoqꝫ mō verba ⁊ noīa
nō solū voces sūt: ꝫ posita ad quādā itellectuū signifi
catiōnē: vox. n. que nihil designat: vt ē gargulus: licꝫ
eā grāmatici figurā vocis intuētes nomē eē cōtēdāt
tñ eā nomē philosophia nō putauit: nisi sit posita: vt
designaret aliquā animi cōceptiōēꝫ: eoqꝫ mō signifi
care aliqd reꝝ possit. ⁊. n. nomē alicui' nomē eē necesse
erit: ꝫ si vox aliqua nihil designat: nullius nomē est
quare si nulli' nomē ē. nec nomē qdē esse dicet̄. Atqꝫ
hō hmōi vox. i. significatiua: non vox tm̄ sed verbum
vocat̄ aut nomē. quemadmodū nūmus non es: sed ꝓ
prio noīe nūmus: quo ab alio ere discrepet: nūcupat̄.
Ergo aristotelis hec snīa: qua ait: ea que sunt in voce
nihil aliud designāt nisi eā vocē: que non solum vox
sit: sed quecunqꝫ vox sit: habeat tamē aliquā ꝓprieta
tē ⁊ aliquā quodammodo figurā posite significatiōis
impressam: hoꝝ vero idest verboꝝ ⁊ nominum: que
sunt in voce aliquo modo se se habētē: ea sunt. s. signi
ficatiua que scribūt̄: vt hoc qḋ dictū ē que scribūtur
de verbis ac noīb' dictū que sunt in litteris itelligat̄
Potest vero hec quoqꝫ esse rō cur dixerit. ⁊ ea q̄ scri
būt̄: qm̄ litteras ⁊ scriptas figuras ⁊ voces: que eis
ē significāt̄ formulis: nūcupamus: vt. a. ⁊ ipse sonus
sic nomē capit: ⁊ illa que in subiecto cere vocē signifi
cās forma describit̄. Designare ergo volēs qb' ver
bis atqꝫ noīb' ea que in voce sunt appareret: nō dixit
sias: q' ēt ad sonum referri poterat litterarū: ꝫ ait q̄
scribūt̄: vt ostēderet de his litteris dicere: que iscri
ptiōe cōsisterēt. i. quarū figura ⁊ in cera stilo ⁊ i mē
brana calamo posset effingi. Alioquin illa etiā que in
sono sunt ad ea noīa referūt̄: que in voce sunt: quo
niam sonis illis nomina ⁊ verba iniunguntur. Sed por
phyrius de vtraqꝫ expositione iudicauit dicens. Id
quod ait ⁊ que scribuntur: non potius ad litteras: sed
ad verba ⁊ nomina que posita sunt in litterarum in
scriptione: referendum. Restat igitur vt illud quoqꝫ
addam: cur non ita dixerit. Sunt ergo ea que sunt in questio
voce intellectuū note. Sed ita eaꝝ que sunt in anima
passionum note. Nam cum ea que sunt in voce res i
tellectusqꝫ significent: principaliter quidē intellectus
res vero quas ipsa intelligentia comprehendit: secun
daria significatione ꝑ itellectuū mediatatē: intellect'
ipsi non sine quibusdam passionibus sunt que in ani
mam ex subiectis veniunt rebus. Passus. n. quilibet
eius rei proprietatem: quā intellectu complect̄: ad
eius enunciationem designationemqꝫ contendit: cū
enim qs aliquā rem intelligit. prius imaginatiōe for
mam necesse est intellecte rei ꝓprietatēqꝫ suscipiat: ⁊
fiat vel passio vel cum passione quedam intellect' ꝑ
ceptio: hac vero posita ac in mentis sedibus colloca
ta fit indicande ad alteꝝ passionis voluntas: cui act'
quidē cōtinuande intelligentie protinus ex itinere ra
tionis ꝓprietate superuenit: quem explicat. s. ⁊ effu
dit oīo intēs ea que primitus in mente fūdata ē pas
sione: siue quod est verius: significatione ꝓgressa ora
tio explicat progrediente simul ⁊ passione significant
se orationis motibus adequante: fit vero hec passio
vel vt figure alicuius ipressio: sed ita vt in aīo fieri cō
sueuit. Aliter nāqꝫ naturalr̄ ē in re qualibꝫ ꝓpa figu
ra: aliter vō ei' ad aīuꝫ forma trāsfertur: vel vt non
eodē mō cere vel marmori vel chartis littere. i. vocū
signa mandāt̄ ⁊ imagīatiōnē stoici a rebus in aīaꝫ
trāslatā loquūt̄: sed cū adiectione semꝑ dicētes: vt i
aīa fieri cōsueuit. Quocirca cum oīs aīe passio que
dā rei videat̄ esse proprietas. Porro aūt cū designa
tiue voces itellectuū pricipaliter: reꝝ dehinc a quib'
itellect' profecti sunt significatiōe mitāt̄: quicqd ē in
vocibus significatiuꝫ: id aīe passione designat sed
he passiones aīoꝝ ex reꝝ similitudine procreāt̄. videt̄
nāqꝫ aliquis sperā vel quadratū vel quālibet reꝝ aliā
figur. i: eā i aī itelligētia q̄dā vi ac siītudine capit. nā
qui sperāt viderit: ei' sīīudinē i aīo ꝑpendit ⁊ cogi
tat: atqꝫ ei' aīo q̄ndā passus imaginē. id cui' imagi
nē patit̄ agnoscit. Oīs vō imago rei: cui' imago ē si
militudinē tenet: mēs igit̄ cū itelligit: reꝝ similitudi
nē deprehēdit. Unde fit: vt cum duoꝝ corpoꝝ maius
vnū mim' alteꝝ ꝯtuemur: a sensu postea remotis cor
porib' illa ipsa corpora cogitātes illud quoqꝫ memo
ria seruante noscemus sciemusqꝫ: qḋ min': qḋ vō ma
ius corp' fuisse cōplexim': qḋ nullaten' eueniret nisi
q̄s mēs semel passa ē: reꝝ siītudies obtineret. Qua
re qm̄ passiōes aīe: q̄s itellect' vocant: reꝝ quedā si
militudines sūt: iccirco Aristo. cū paulopost de passio
nib' loqueret̄ aīe: cōtinēti ordie ad siītudinē trāsitū
fecit. quoniam nihil differt: vtrum passiōes aīe dice
ret an similitudines. Eadem namqꝫ res anime quidē passio anime
passio ē; rei vero similitudo: ⁊ Alexander hunc locū. alexander
Sunt ergo ea que sunt in voce earuꝫ que sunt in ani
ma passionum note. ⁊ ea que scribuntur eorum que
sūt i voce ⁊ quēadmodū nec lr̄e oīb' eedē: sic nec eedē
voces. hoc mō conatur exponere. preposuit iqt ea q̄
sunt in voce intellect' aī designare. ⁊ hoc probat exē
plo. Eodē. n. mō ea que sunt in voce passiones anime
significāt: quemadmodū ea que scribuntur voces de

signant: vt id quod ait: ⁊ ea que scribunt̄ ita itelligamus tanq̄ si diceret: quemadmodū etiā ea que scribūt̄ eoꝝ que sunt in voce: ea v̄o q̄ scribuntur inquit alexander notas esse vocū .i. nominum ac verboꝝ: ex hoc monstrauit quod dixit: ⁊ quemadmodum nec litere omnibus eedē. sic nec eedē voces. Signū namq̄ est vocū ipsaꝝ significationē litteris: cōtineri: q̄ vbi varie sūt littere ⁊ non eedē que scribunt̄: varias quoq̄ voces esse necesse est. hec Alexander. Porphyri⁹ vero q̄m tres posuit orationes: vnā que litteris cōtineretur. secūdā que verbis ac nominibus personaret tertiā quā mentis euolueret intellectus: id aristotelē significare pronunciat cum dicit. Sunt ergo ea q̄ sūt in voce earum que sunt in anima passionum: note q̄ ostēderet ac si ita dixisset: sont ergo ea que sunt in voce ⁊ verba ⁊ nomīa anime passionū note. ⁊ q̄m monstrauit quoꝝ voces cēnt significatiue: illud quoq̄ docuisse: quibus signis verba ⁊ nomīa pāderēt: ideo addidisse: ⁊ ea que scribūt̄ eoꝝ que sunt in voce tanq̄ si diceret ea que scribuntur nomina ⁊ verba: eoꝝ q̄ sunt in voce nominum ⁊ verborum note sunt: nec disiunctam esse sententiam: nec (vt alexander putat) id quod ait ⁊ ea que scribuntur: ita est intelligendū: tanq̄ si diceret: sicut ea que scribuntur. idest littere illa que sunt in voce significant: ita ea que sunt ī voce notas esse aīe passionū. Primo quidē q̄ ad simplicē sensū nihil addi oportet: deinde q̄ tā breuis ordo tamq̄ necessaria orationis nō est intercidenda partitio: tertio vero quoniam si similis est significatio litterarum vocumq̄ que est vocum ⁊ anime passionū: oporteret sicut voces diuersis litteris permutant̄: ita quoq̄ passiones anime diuersis vocibus permutari: quod non fit: idem namq̄ intellectus potest variatis vocibus significari. Sed alexander id q̄ cum sensisse superius memoraui: hoc probare nititur argumento. ait enim etiam in hoc quoq̄ similē esse significationem litterarum ac vocum: quoniam sicut littere non naturaliter voces: sꝫ positiōe significant: ita quoq̄ voces non naturaliter animi intellectus: sed aliqua positione designant. Sed qui prius recipit: vt id quod Aristoteles ait: ⁊ ea que scribuntur: ita dictum esset tanq̄ si diceret sicut ea que scribuntur: quicquid ad hanc sententiā videt̄ adiūgere: equaliter nō dubitat̄ errare. quo circa nostro iudicio qui rectius tenere volēt sentētijs porphyrij se applicabūt. Aspasius quoq̄ sniē alexandri: quā supra proposuimus: valde cōsentit: qui a nobis ī eodē quo ⁊ alexander culpabitur errore. Aristoteles vero duobus modis has notas esse putat: litteraꝝ: vocū: passionūq̄ aīe cōstitutas: vno quidē positione: alio vero naturaliter. Atq̄ hoc est quod ait: ⁊ quēadmodū nec littere oīb⁹ eedē sunt: nec eedem voces. Nā si littere voces: ipse vero voces intellect⁹ animi naturalr̄ d̄signarēt: oēs hoīes: eisdē litteris: eisdē vocibus etiā vterēt̄. Quod q̄m apud oēs nec eedē littere: neq̄ eedē voces sunt: constat eas nō esse nāles. Sed hic duplex lectio est. Alexander enim hoc modo putat legi oportere: quorum autem he primorum note: eedē oīb⁹ passiones aīe sunt: ⁊ quorum he similitudines: res etiam eedē. Volens .n. Aristote. ea que positione significant ab his que aliquid designant naturaliter segregare hoc interposuit: ea que positione significant: varia esse. Ea vero que naturalr̄ apud oēs eadē: ⁊ inchoās qdē a vocib⁹ ad l̄ras venit: easq̄ prio non esse naturaliter significatiuas demonstrat dicēs ⁊ quēadmodū nec littere oībus eedē: sic nec eedē voces: nā si icirco littere ꝓbant̄ non esse naturaliter significantes: q̄ apud alios alie sint ac diuerse. Eodem quoq̄ modo probabile erit voces quoq̄ non naturaliter significare: q̄m singule hominū gentes non eisdē inter se vocibus colloquantur. Volens vero similitudinē intellectuum rerūq̄ subiectarum docere naturaliter cōstitutā ait: quoꝝ āt he primoꝝ note: eedē omnibus passiōes aīe sūt: quoꝝ inquit voces que apud diuersas gentes ipse quoq̄ diuerse sunt: significatiuē retinent: que sunt scilicet anime passiōes: ille apud omnes eedē sunt. Neq̄ .n. fieri potest: vt quod apud romanos hō itelligit̄: lapis apud barbaros intelligatur. Eodē quoq̄ mō de ceteris reb⁹. Ergo huiusmodi sententia est que dicit: ea q̄ voces significēt apud oēs hoīes nō mutari: vt ipse quidē voces: sicut supra monstrauit cū dixit quēadmodū nec littere oīb⁹ eedē sic nec eedē voces: cū apud plures diuerse sint: Illud v̄o q̄ voces ipse significāt apud omnes hoīes idē sit: nec vlla rōne valeat permutari: qui sunt scilicet intellectus rerum. qui quoniā naturaliter sunt permutari non possunt: atq̄ hoc est quod ait. Quorum autē he primorum note. idest voces. eedem omnibus passiones anime sunt: vt demonstraret quidem voces esse diuersas. quorū autem ipse voces significatiue cēnt: que sunt .s. aīe passiones: easdē apud omnes esse: nec vlla rōne: q̄m sunt constitute naturaliter: permutari. Nec vero in hoc constituit: vt de solis vocibus atq̄ ītellectibus loqueretur. Sed quoniā voces atq̄ litteras non naturaliter constitutas per id significauit: q̄ eas nō apud oēs easdē esse proposuit. Rursus intellectus quos aīe passiones vocat: per hoc esse naturales ostēdit: quod apud oēs iidē sint: a quibus. idest ītellectibus ad res transitū fecit. Ait enim quoꝝ he similitudines: res ēt eedem. Hoc .s. sentiens quod res quoq̄ naturaliter apud omnes essent eedem: sicut enim ipse anime passiones: que ex rebus sumuntur apud oēs hoīes eedem sunt: ita quoq̄ ipse res: quarum similitudines sunt anime passiones: eedem apud oēs sūt. Quocirca quoq̄ res naturales sunt: sicut sunt ēt similitudines reꝝ que sunt passiones anime. Herminus vero huic est expositioni contrarius. Dicit enim non esse verū eosdē apud omnes homines esse intellectus: quoꝝ voces significatiue sunt. quid enim in equiuocatiōe dicetur: vbi vnus idēq̄ vocis modus plura significat: sed magis hanc lectionem veram putat: vt ita sit: quorum aūt he primoꝝ note: he oēs passiones aīe sunt: ⁊ quoꝝ he similitudines: res iam eedem: vt demōstrasse videatur: quorū voces significatiue sint vel quoꝝ passiones aīe similitudines. Et hoc simpliciter accipiendū est s̄m Herminū: vt ita dicam⁹. quorum voces significatiue sunt: ille sunt anime passiōes tanq̄ si diceret aīe passiones sunt: quas significant voces: ⁊ rursus quorum similitudines sunt: ea que intellectibus continent̄: ille sūt res. Tanq̄ si dixisset: res sunt: quas significant intellect⁹. Sed Porphyrius d̄ vtrisq̄ acute subtiliterq̄ iudicat: ⁊ alexandri sententiā magis ꝓbat hoc quod dicit nō debere dissimulari de multiplici equiuocatiōis significatione. Nam ⁊ qui dicit ad vnā quālibet rē accōmodat aliū .s. quā ītelligēs voce declarat: ⁊ vnū rursus ītellectū quēlibet is qui audit expectat. Quod si cū vterq̄ ex vno noīe res diuersas ītelligit: ille qui nomē equiuocū dixit designet clarius: quid illo noīe significare voluerit: accipit mox qui audit. ⁊ ad vnū ītellectū vterq̄ cōueniēt qui rursus fit vnus apud eosdē illos: apud quos prio

diuerse

diverse fuerant anime passiones propter equivocationem nominis. Neq3 enim fieri potest: vt qui voces positione significantes a natura eo distruit: q3 easdem apud omnes esse non diceret: eas res quas naturaliter esse preponebat non eo tales esse monstraret: q3 apud omnes easdem esse contenderet. Quocirca Alexander vel propria sententia vel Porphyrii auctoritate probandus est. Sed quoniam ita dixit Aristote. quorum autem he primorum note: eedem omnibus passiones anime sunt: querit Alex. si rerum nomina sunt: quid cause est: vt primorum intellectuum notas esse voces dixerit Aristote. rei enim ponitur nomen. vt cum dicimus homo: significamus quidem intellectum: rei tamen nomen est. s. animal rationale mortale. Cur ergo non primarum rerum magis note sunt voces quibus ponuntur: potiusq3 intellectuũ. Sz fortasse quidem ob hoc dictum est inquit. q3 licet voces rerum nomina sint: tamen non iccirco vtimur vocibus: vt res significemus: sed vt eas que nobis ex rebus innate sunt: anime passiones. Quocirca propter quorum significantiam: voces ipse proferuntur: recte eorum primorum dixit esse notas. In hoc vero Aspasius permolestus est. Ait enim qui fieri potest: vt eedem apud omnes anime passiones sint: cum tam diversa sententia de iusto ac bono sit. Arbitratur enim aspasius passiones anime non de rebus incorporalibus sed de his tantum que sensibus capi possunt: Aristotelẽ passiones anime dixisse: quod perfalsum est. Neq3 enim vnq3 intellexisse dicetur: qui fallitur: ⁊ fortasse quidẽ passionem animi habuisse diceretur: quicunq3 id qd bonum est: non eodem modo quo est: sed aliter arbitratur. intellexisse vero non dicitur. Aristoteles autẽ cum de similitudine loquitur de intellectu pronũciat. Neq3 enim fieri potest: vt qui qd bonum est malum esse arbitretur: boni similitudinem mente conceperit: Neq3 enim intellexit rem subiectam: sed quoniam q̄ sunt iusta ac bona ad positionem oĩa naturam ue referũtur: et si de iusto ac bono ita loquitur: vt de eo ciuile ius: aut ciuilis iniuria dicitur: recte non eedẽ sũt passiones anime: quoniam ciuile ius ciuile bonũ positione est non natura. Naturale vero bonum atq3 iustũ apud omnes gentes idem est. Et de deo quoq3 idem est cuius q̃uis cultura diversa sit idem tñ cuiusdam eminentissime nature est intellectus. Quare repetẽdum breviter a principio est. partibus enim ad orationem vsq3 pervenit. nam q3 se prius quid esset nomen quid verbuz constituere dixit. he minime partes orationis sunt. Quod vero affirmationem ⁊ negationem iam de composita ex verbis ⁊ nominibus oratione loquitur: que eedem rursus partes sunt enunciationis Et post enunciationis propositionez de oratione loqui proposuit: cuius ipsa quoq3 enuntiatio pars est. Et quoniaz (vt dictum est) triplex est oratio: que in litteris: que in voce: que i intellectibus est: qui verbũ ⁊ nomẽ diffinitur esset: eaq3 significativa positur: dicit prius quorum significativa sint ipsa verba ⁊ nomina: ⁊ inchoat quidem ab his nominibus ⁊ verbis que sunt in voce dicẽs. Sũt ergo ea que sũt in voce ⁊ demõstrat quorum sint significativa adiciens earum que sunt i anima passionum note. Rursus nominuz ipsorũ verborũq3 que in voce sunt ea verba ⁊ nomina que cẽnt in litteris constituta: significativa esse declarat dicẽs: ⁊ ea que scribuntur eorum que sunt in voce: ⁊ quoniam ista quattuor quedam sunt littere: voces: intellectus: res: quorum littere ⁊ voces positione sunt: natura vero res atq3 intellectus: demõstrauit voces non esse naturaliter. sed positione. per hoc q3 ait non easdem esse apud omnes sed varias: vt est. ⁊ quemadmodum nec littere omnibus eedem sic nec eedez voces. Ut vero demonstraret intellectus ⁊ res esse naturaliter ait apud omnes eosdem esse intellectus: quorum voces essent significative: ⁊ rursus apud oẽs easdem esse res: quarum similitudines essent aie passiones: vt est. quorum autem he primorum note. s. q̄ sunt in voce: eedem omnibus passiones anime sunt: ⁊ quorum he similitudines: res etiam eedem. Passiones autem anime dixit: quoniam alias diligẽter ostẽsum est omnem vocem animalis aut ex passione aie aut propter passionem proferri. Similitudinem. vero passionem anime vocauit: quod secundum Aristotelẽ nihil est aliud intelligere nisi cuiuslibz subiecte rei proprietatem atq3 imaginationem in anime ipsius reputatione suscipere. de quibus anime passionibus in libris se de anima commemorat diligentius disputasse Sed quoniam demonstratum est quoniam verba ⁊ nomina ⁊ oratio intellectuũ principaliter significativa sunt: quicquid est in voce significationis: ab intellectibus venit. Quare prius paululum de intellectibus prospiciendum ei erat: qui aliquid recte de vocibus disputaret. Ergo quod supra passiones anime ⁊ similitudines vocauit: idẽ nũc apertius intellectũ vocat dicẽs.

Est autem quemadmodum in anima aliquotiẽs quidem intellectus sine vero falso ve. Aliquotiẽs autem cui iam necesse est horum alteruz inesse: sic etiam in voce: circa compositionem enim ⁊ divisionem est veritas falsitasq3. Nomina igitur ipsa ⁊ verba consimilia sunt sine compositione ⁊ divisione intellectui: vt homo vel album. quando non additur aliquid: neq3 enim adhuc verum vel falsum est: huius autem signum hoc est. Hyrcocervus enim significat aliquid: sed nondum verum vel falsum. si non esse vel non esse addatur vel simpl'r. vel sz tps.

Quoniam nomen ⁊ verbũ atq3 omnis oratio significativa sunt anime passionuz: ex ipsis sine dubio que designãt in eisdẽ vocibus proprietas significationis nascit. Hic vero est totus atq3 cõtinuus Aristotelice ordo sic. Quũ inquit ea primũ vocibus significant: que in animo ⁊ cogitatiõe versant: intellectuũ vero alios qdẽ simplices ⁊ sine veri vel falsi enũciatiõe ppẽdimus vt cũ nob hoĩs proprietas tacita imaginatiõe suggerit. nulla nãq3 ex hac intelligẽtie simplicitate vel veritatis nascitur vel falsitatis agnitio. Sunt vero intellectus quidam compositi atq3 coniuncti: in quibus inest iaz quedam vel veritatis vel falsitatis inspectio: vt cum ad quamlibet simplicem perceptionem mentis adiungitur aliud quod vel esse aliquid vel nõ esse cõstituat vt si ad hoĩs intellectuz esse vel non esse. vel albũ esse vel non esse album copuletur. fient enim cogitabiles orationes veritatis vel falsitatis participes hoc modo: homo est: homo non est: homo albus est: hõ albus non est. Quarum quidem hõ est: vel hõ albus est: cõpositio dicitur. Nam prior esse atq3 hominem: posterior hominem albo composita intellectus predicatione connectit. Si vero ad hominis intellectum adiciam qddam. vt ita sit: homo est vel non est: vel albus est: aut aliquid tale: tũc in ipsa cogitatiõe veritas aut falsitas innascit. Ergo inquit quemadmodum aliquotiens quidã simplices intellectus sunt: qui vero falsoq3

careant. quidam vero in quibus alterum horum repe
riatur: sic ẽt in voce. Nã que voces denũciant simpli
ces intellect⁹: ipse quoq; a falsitate & veritate seiũcte
sunt. Que võ huiõi significãt ĩtellect⁹: in quibus iam
veritas vel falsitas cõstituta ẽ: in ipsis quoq; hor: al-
ter: inueniri necesse ẽ. Nã si quis hoc solũ dicit hõ
vel albũ: vel ẽt hyrcocerũs q̃z q̃z ista quidẽ signifi-
cẽt. qm̃ tñ significãt simplices ĩtellect⁹: manifestũ est
oĩ veritatis vel falsitatis ꝓprietate carere. Et tota, q
dẽ sñia hoc mõ se hz. Diligẽti⁹ tñ ẽ attẽdẽdũ quid ẽ
q̃ ait: circa cõpositionẽ enĩ & diuisionẽ ẽ veritas fal-
sitasq;: quid ẽt q̃ dictũ ẽ. noĩa igit̃ ipsa & verba cõsi-
milia sunt sine cõpositione vel diuisione intellectui.
Illud quoq; cur composito noĩe: vel cur etiã vsus est
rei nõ existentis exemplo: vt diceret: hyrcocerũs. n.
significat aliquid. Nec illud pretereũdũ ẽ: qd sit qd di
ctũ ẽ: vel simpliciter vel ẽm tẽpus primũ q̃dem de co
dicẽdũ ẽ q̃ ait: circa cõpositionẽ. n. & diuisionẽ ẽ ve
ritas falsitasq;. Querit̃. nãq; vtrũ ne oĩs veritas circa
cõpositionẽ & diuisionẽ sit: an q̃dã ẽ q̃dã võ minime.
Illud quoq; an in oĩ cõpositiõe vel diuisione veritas
falsitasq; cõstituta sit: an hoc nõ generaliter: sz ĩ qua
dã cõpositionis vel diuisionis parte veritas falsitasq;
verset̃. in opinionibus namq; veritas est: quotiẽs ex
subiecta re capit̃ imaginatio vel etiã quotiẽs: ita vt
se se res hz: imaginationẽ accipit ĩtellect⁹. falsitas võ
ẽ quotiens aut nõ ex subiecto: aut ita vt sese res non
hz imaginatio subijcit̃ intellectui: sz adhuc in verita
te atq; falsitate nihil equidẽ aliud reperit̃: nisi quedã
opinionis habitudo ad subiectam rem. Quadã enim
habitudine & quo modo se habet imaginatio ad rem
subiectã: hoc solum in hac veritate vel falsitate con-
spicit̃: quã quidẽ habitudinẽ nullus dixerit cõpositio
nẽ. In hoc võ diuisionis null⁹ nec fictus quidẽ mod⁹
ĩtelligi põt. Illud quoq; cõsiderandũ est nõne aliq̃ sit
in his cõpositio vel diuisio: que ẽm substantiã suã va
dicunt̃ aut falsa: vt ẽ vera voluptas bene viuendi: vt
ẽ falsa voluptas bellãdi. Etiã illud quoq; respiciendũ
est: q̃ in omnium maximo deo qcqd intelligitur: non
ĩ eo accñtalr̃: sz substantialiter intelligit̃: & enĩ q̃ bõa
sunt substãtialiter de eo nõ accidẽtaliter credimus.
Qd si subalr̃ credim⁹ deũ: deũ vero nullus dixerit
falsum: nihilq; in eo accidentaliter poterit euẽire. ipsa
veritas deus dicẽdus est: nõ est igit̃ cõpositio vel di
uisio in his: que simplicia naturaliter sunt: nec vlla cu
iuslibet rei collatione iungunt̃. Quare nõ oĩs veritas
neq; falsitas circa cõpositionẽ diuisionẽq; cõsistit: sed
sola tñ: que in intellectuũ multitudiñe fit: & ĩ prolatio
ne uocudi. Nã ĩ ipsa quidẽ habitudine imaginatiõis
& rei nulla cõpositio est: in coniunctiõe võ intellectuũ
cõpositio fit. Nã cũ dico socrates ambulat: hoc ipsũ
qdẽ q̃ eũ ãbulare cõcepi: nulla cõpositio ẽ: q̃ võ in-
tellectus ꝓgressione ãbulationẽ cũ socrate cõiungo:
quedã iam facta ẽ cõpositio. Qd si hoc oratione ꝓ-
tulero: rursus eadẽ cõpositio est: & circa eam vis veri
tatis & falsitatis apparet. Quo circa ĩ his solis cõpo
sitionib⁹ inuenit̃ veritas atq; mendaciũ: de quibus to
ta nunc questio ẽ: in noĩe. s. & in verbo: in negatione &
affirmatione: in enũciatione: & oratione. Quẽ. s. com
positione veritatis & falsitatis naturã ab intellectib⁹
accipientes in vocis prolatione cõseruant. De diui-
sione aũt que ad negatiõez ptinet: deq; cõpositione:
q̃ ad affirmationẽ: paulopost enucleatius dicã. Nũc
illud ẽ videndũ: vtz verum sit circa oẽz cõpositionẽ:
circaq; oẽz diuisionem veritatem vel mendaciũ pro

uenire: quod falsum ẽ: quis. n. dixerit huiõi nominũ
coniunctionem: & socrates: & plato vel si a se hec
noĩa diuidant̃: nec socrates: nec plato: veri aliquã fal
si ve tenere significantiã. Quare cõsitẽdũ ẽ. nec cir
ca oẽz diuisionẽ: neq; circa oẽz cõpositionẽ eã scilicet
que in oratione versatur: mendaciũ veritatẽq; subsi
stere. Sed illud verissimũ ẽ q̃ oĩs que in oratione ẽ
veritas falsitasq;: in cõpositione & diuisiõe nascit̃: nõ
tamen omnis orationis cõpositio vel diuisio iterum
retinet: aut verum aut falsum. Ergo si sic dixisset: cir
ca oẽz cõpõnẽ vel diuisionẽ v̄itas falsitasq; ẽ: menti
retur. Sed qm̃ dixit simpliciter: veritas falsitasq; cir
ca compositionẽ diuisionẽq; ẽ verissime subtilissime
q; dixisse putandum ẽ. illa etiã nomina que ita dicun
tur simplicia: vt veritatẽ aut falsitatẽ quodammodo
valeant designare: huiusmodi sunt: vt intra se atq; ĩ
tra significationẽ suam quandã retineant cõpositio
nẽ: vt si quis dicat lego: hoc est enĩ dicere lego: tanq;
si diceret ego lego. Hec autẽ cõpositio ẽ. Sz vel quo
tiẽs interrogante alio respondet alius vno tñ sermo
ne videt̃ quoq; tunc simplex sermo veritatẽ menda
ciũq; pficere. q̃ pfalsum est. Audiẽtis nãq; respõsio
ad totũ ordinem superioris enunciationis adiungit̃
vt si quis interroganti mundus ne anĩal sit: responde
at est videtur hec vna particula veritatem vel men-
daciũ continere: sed falso. Nõ. n. vna est: sed ad vim
ipsius responsionis intuenti tale est ac si diceret mun
dus aĩal est. Quod võ ait noĩa ipsa & verba consimi-
lia cẽ sine cõpositione vel diuisione ĩtellectui; illud de
signat: quod supra iã dixit: ea que sunt in voce notas
esse anime passionum. Quod si note sunt: sicut litte-
re vocũ in se similitudinem gerunt: ita voces intelle
ctuum. Et quoniã dictũ ẽ cur de similitudine verbo
rum & nominũ atq; anime passionũ dixerit: cur cir
ca cõpositionem & diuisionẽ falsũ verũq; esse propo
suerit dicendũ est quid sit ipsa cõpositio vel diuisio
in qua aut veritas: aut falsitas inuenitur. Nam qm̃
de simplici enunciatiua oratione perpendit: vt poste
rius ipse in diuisione declarat dicens. Est autem vna
pĩa oratio enunciatiua affirmatio deinde negatio. il
lã nunc cõpositionẽ designare vult: que alicuius vel
substantiã constituit: vel aliquid ẽm esse cõiungit. nã
cũ dico socrates est. hoc ipsum esse socrati applico &
substantiam eius esse constituo. Si vero dixero socra
tes philosophus ẽ. phiam & socratẽ ẽm cẽ cõposui
vel si dicam socrates ambulat. huiusmodi est tanq̃ si
dicã socrates ambulans est: igit̃ quotiẽs hũõi fuerit
cõpositio: que ẽm esse verbũ vel substantiam consti
tuat vel res cõiungat affirmatio dicitur. & in ea veri
falsiq; natura perspicitur. & quoniam omnis negatio
ad predicationem constituit̃. huius enim affirmatio
nis que est socrates est: negatio non ea que dicit non
socrates est: sed ea que pronunciat socrates non est. &
ad id quod esse socrates dictus est non negatio ap-
ponitur: vt cum id dicamus non esse: quod ante di
ctũ ẽ cẽ. ergo qm̃ id qd in affirmatione ẽm esse vel
cõstitutũ vel cõiunctũ fuerit: ad id addita negatio
separat vel ipaz substantie constitutionẽ: vel etiã fa
ctam p id qd dictũ ẽ esse aliquid: coniunctionẽ: diui
sio vocat̃. Qñ. n. dico socrates non est: esse a socrate
seiunxi. & cum dico socrates: philosophus nõ ẽ socra
tẽ ab eo q̃ est philosophũ esse separaui quã separa
tionẽ: que ad negationẽ ptinet: diuisionem vocant.
Ergo manifestũ ẽ q̃ si simplex ĩ aĩe passiõibus: intel
lectus fuerit: cũ ipse ĩtellectus nulli ã adhuc veri fal

sitasq;

loco: quod natura quoqꝫ precedit. Ita ergo quoniã prior simplex est oratio est: posterior vero composita: priꝰ simplicem orationem diffinitione constituit dicẽs cuius partes significant vt dictio: non vt affirmatio: dictionem simplicis nominis aut verbi nũcupationẽ ponens. In simplicibus enim orationibus huiusmodi partes sunt. In compositis vero aliquotiens quidem orationes tantum aliquotiens vero affirmationem: vt supra mõstrauimꝰ: addit quoqꝫ illud. Omnẽ inquit diffinitionem vel contractiorem esse diffinita specie vel excedere non oportet: ꝙ si Aristoteles ita constituisset diffinitionem: vt significare partes orationis diceret vt orationes: ac non vt dictiones: simplices orationes ab hac diffinitione secluderet: Orationum namqꝫ simplicium partes non vt orationes: sed vt simplicia verba nominaqꝫ significant. Nam si omnis oratio orationis habebit in partibus: rursus ipse partes que sunt orationes: alijs orationibus coniungentur: ⁊ rursus partiuꝫ partes: que eedẽ quoqꝫ orationes sunt alias orationes habebunt in partibꝰ: at si quis hoc intelligentia sumpserit: ad infinitum ꝓcedet: nec ulla erit prima oratio: que simplices hẽat partes. Neqꝫ enim fieri potest: vt prima dicatur oratio: que alias orationes habet in partibus: partes.n. priores sunt ꝓpria compositione: quod si in infinituꝫ ducatur intelligentia: nulla prima oratio reperitur: ⁊ cum nulla sit oratio prima: nec vlla postrema est. Quo circa interempta: prima atqꝫ postrema omnis quoqꝫ interimitur: ⁊ nulla omnino erit oratio: quare non recta fuisset diffinitio: si ita dixisset. Oratio ẽ vox significatiua: cuius partes aliquid extra significant vt orationes. At vero inquit Alexander. Nec si quedam orationes in partibus continent: idcirco iã necesse est ipsarum orationuꝫ partes affirmationes esse vt cuꝫ dico. Desine meqꝫ tuis incendere teqꝫ querelis. Est ergo huius orationis pars vna. Desine meqꝫ tuis incendere: teqꝫ querelis alia: neutra harum affirmatio est: quamquaꝫ videatur esse oratio. Quo circa nec illa fuisset recta diffinitio: si ita dixisset. Oratio est vox significatiua: cuius partes extra aliquid significant: vt affirmatio: huiusmodi eniꝫ orationes cuꝫ sint eius partes et orationibus iuncte: non tamẽ affirmationibus toti ipsius corpus orationis efficitur. Sed quoniam in omni oratione verba sunt ⁊ nomina: que simplices sunt dictiones: non autem in oĩbus orationibus aut affirmationes aut oratiões partes sunt: quod commune erat: id in diffinitione constituit: tanquam si ita diceret. Oratio est vox significatiua secũdum placitum: cuius partes aliquid extra significant. Ex necessitate quidem vt dictio. Non tamen semper: vt affirmatio aut oratio. Neqꝫ enim potest fieri: vt inueniatur oratio: cuius partes non ita aliquid extra significent ex necessitate vt nomen aut verbum cum inueniri possit: ut ita extra significent orationis partes: vt tantum orationes aut affirmationes non sint. Quare si ita dixisset: oratio est vox significatiua: cuius partes aliquid extra significant: vt affirmatio: illas orationes hac diffinitione nõ circunscripsisset: quarum partes quidem orationes sũt: sed non affirmationes: vt ille versus est: quem supra iam posui. Sin vero sic dixisset. Oratio est vox significatiua: cuius partes extra significant aliquid vt oratio: illas orationes in diffinitione reliquisset: quaruꝫ partes simplices sunt: vt est socrates ambulat. Sed cum dicit orationis partes ita significare vt dictiones non omnino vt affirmationes ⁊ simplices ⁊ compositas hac diffinitione conclusit. Simplices quidem idcirco ꝙ quelibet simplex paruissimaqꝫ oratio nomine ⁊ verbo coniungitur: que sunt simplices dictiones compositas vero: que cum habent orationes in partibus: partes ipse habent simplices dictiões: que ipse simplices dictiones totius corporis partes sunt: vt cũ dico si dies est lux est: dies est: ⁊ lux est: partes sũt totius orationis. Sed rursus harum partium partes sunt dies ⁊ est: ⁊ rursus lux ⁊ est: que rursus totius orationis per quam dico si dies est lux est: partes sũt sed dies ⁊ est: ⁊ rursus lux ⁊ est: sũt simplices dictiones. Quo circa etiam compositarum orationum partes indubitanter: ita semper significant vt dictiones non vt affirmationes: aut quedam orationes. Quare hanc diffinitionem Aristoteles recte constituit. Ad hanc ergo sententiam locum hunc Alexander expedit: Illud quoqꝫ addens sepe Aristotelem de affirmationibus dicere dictiones: quod distinguere volens: cum diceret ita significare partes orationis tãquã dictionem: ne forte dictionem hanc aliquis ĩ affirmationem susciperet: addidit vt dictio non vt affirmatio: tanquã si diceret: duplex quidem est dictio vna simplex: alia vero affirmatio. Sꝫ ita partes orationis aliquid extra significant: vt ea dictio: que est simplex: non vt ea que est affirmatio: ⁊ huiuscemodi quodãmodo intellectum tota alexandri sententia tenet. Porphyrius quoqꝫ in eadem sententia est: sed 2
in vno discrepat: cuius expositio talis est. Dictio inquit est simplex nomen: ⁊ simplex etiam verbum: et ex duobus compositum: vt cũ dico socrates: vel rursus ambulat: vel equi ferus: procedit etiam nomen dictionis ad orationes quidem: sed simplicibus verbis ⁊ nominibus coniunctas: vt cum dico socrates ⁊ Plato ⁊ si sit ex composito nomine: vt est equi ferus ⁊ homo. He orationes quamquã coniuncte sint atqꝫ imperfecte: tamen dictionis nomine nuncupatur: nec non etiam transit nomen hoc dictionis vsqꝫ ad perfectas orationes: quas enunciationes nuncupari posterius est dicendum. Est autẽ enunciatio simplex: vt si quis dicat socrates ambulat. Et hec dicitur affirmatio: huius negatio est: Socrates non ambulat. Simplices ergo enunciationes sunt affirmationes vel negationes: que singulis verbis ac nominibus componuntur. Itaqꝫ cum dico cum dies est lux est: tota quidem huiusmodi oratio dictio esse non dicitur. Composita nãqꝫ cõiunctiõ que est ex orationibus: que sunt dies est ⁊ lux est. He autem sunt affirmationes: ⁊ dicuntur dictiones. Ipse vero affirmationes: que dictiones sunt: habent rursus alias dictiones simplices: vt est dies ⁊ est: ⁊ rursꝰ ⁊ lux ⁊ est: ergo cuꝫ dico Socrates ambulat: hec oratio partes habet dictiones: nomen scilicet ⁊ verbum: que dictiones quidem sunt nõ tantũ affirmationes. Sin ṽo dicã Socrates in litio cum Platone: ⁊ ceteris discipulis disputauit. Hec pars orationis que est. Socrates in litio: ipsa quoqꝫ est dictio: sed non vt simplex nomen vel verbum: que dictiones quidem sunt non tamen affirmationes: neqꝫ vt affirmatio: sed tantum vt imperfecta oratio que verbis tamen nominibusqꝫ composita est: ꝙ si sic dicam si homo est animal est. Hec rursus oratio habet dictiones in partibus: sed neqꝫ vt simplices dictiones: neqꝫ vt imperfectas orationes: sed vt perfectas: simplicesqꝫ affirmationes: ⁊ vna est affirmatio animal est: alia vero homo est. Tota vero ipsa

oratio

oratio dictio non est quod si dicam si animal non est homo non est: rursus hec oratio et duabus simplicibus dictionibus negatiuis videtur esse composita: que nihilominus tota dictio non est. Ita ergo dictio inchoans a simplicibus nominibus atqꝫ verbis vsqꝫ ad orationes quamuis ad imperfectas prouehitur: nec in his tantummodo consistit: sed vltra etiam ad simplices affirmationes negationesqꝫ transit: ⁊ si in ego progressionis terminum facit: ergo quoniam non omnis oratio partes habet affirmationes ⁊ negationes: que sunt simplicium dictionum perfecte enunciationes: quoniamqꝫ non omnis oratio imperfectas orationes habet in partibus: omnis tamen oratio simplices dictiones retinet: quippe cum omnis oratio ex verbis nominibusqꝫ iungatur: hoc ait. Orationis partes significare semper quidem vt dictiones: non tamen semper vt affirmationes consentiente Alexandro: cuius expositionem supra iam docui: atqꝫ ita diligentior vt lector differentias eorum recte perspiciet: ⁊ consentientes qui communicant intellectus. Hoc loco Aspasius inconuenienter interstrepit: ait enim Aristotelem non in omnes orationes diffinitionem constituere voluisse: sed tantum simplices: que ex duobus constant verbo scilicet ⁊ nomine: sed ille perfalsus est. Neqꝫ enim si simplex oratio simplicibus verbis nominibusqꝫ consistit: idcirco non cōposita quoqꝫ oratio verba ⁊ nomina similiter in partibus non habet. Quod si hoc commune est simplicibus orationibus atqꝫ compositis: vt habeant in partibus quidem dictiones simplices: non etiam affirmatiōes: vt etiā orationes que affirmationes habent. Hec tamen habeant in partibus simplices dictiones: Cur autem hanc questionem in Aristotelem iaciat: ratione relinquitur. Syrianus vero qui philoxenus cognominatur: non putat orationes esse: quoniam intellectus fit imperfectus: atqꝫ ideo nec eas aliquas habere partes. Nam cum dicit Plato in achademia disputans. Hec quoniam perfecta non est: partes inquit non habet: arbitrans omne quod imperfectū est: nullis partibus contineri: atqꝫ ideo cum dicit Aristoteles: oratio est vox significatiua: cuius partes aliquid extra significant: illam orationem constitui putat que perfectum retinet sensum: ipsius enim partes esse verba ⁊ nomina. Sed hoc ridiculum est: Neqꝫ enim aliquid compositum fieri potest: nisi proprijs partibus. Quod si quelibet res vt componatur habeat decem partes: eas tamen singillatim apponi necesse fit: antequam ad decimam veniamus partem: nihilo tamen minus erunt: quas sibimet ad componendam totius corporis summam singillatim supponimus: etiam si ad illud: quod componendum fuit: minime peruentum est. Quocirca si antequam perueniatur ad decimam partem prioris effecti compositiqꝫ partes sunt nulla ratio est imperfecte rei partes dici non posse. Neqꝫ cum dicitur totius compositi partes esse: que sunt imperfecti: vt si sit integrum nomen: habeat partes quatuor idest syllabas: vt merentius: si vnam syllabam demam: dicamqꝫ merenti: vel si vnam rursus vnasqꝫ ponam: vt sunt meren: huius tamen vtraqꝫ syllaba me scilicet ⁊ ren. partes sunt: ⁊ cum sit compositio ipsa sensu vacua: ac sit imperfecta: tamen partibus continetur. Syrianus igitur minime audiendus est. Sed Porphyrius potius: qui ita Aristotelis mentem sententiamqꝫ persequitur: vt eius diffinitionem que vera est: labare ⁊ in aliquibus alijs discrepare non faciat. De his quidem hactenus. Porphyrius autem ita dicit. Volens inquit Aristoteles ostendere venomnem orationem: aut simplices tantum habere partes aut compositas: a simplicibus sumpsit exemplum: vt diceret significare partes orationis vt dictionem non vt affirmationem: vt cum est oratio. Plato disputat dictiones quidem sunt: sed non vt affirmationes. Si vero sic est oratio. si Plato disputat: verum dicit: Plato disputat: ⁊ verum dicit: cum sint dictiones: non sunt tantum vt simplices: sed etiam vt affirmationes. Neqꝫ enim simplex dictio affirmatio est aut negatio: sed tunc fit cum additur aliquid: quod aut affirmationis vim teneat aut negatiōis: atqꝫ hoc est quod ait. Dico autem vt homo significat: aut aliquid: sed non quoniam est: aut non est: sed erit affirmatio vel negatio: si quid addatur. Huiusmodi hoc est tanquam si diceret: nomen quidem simplex affirmationem: aut negationem non facit: nisi aut est verbum addatur: que est affirmatio: aut non est que est negatio. Quod autem addit: sed non vna hominis syllaba: nec in eo quod est sorex rex significat: sed vox est nunc sola. In duplicibus vero significat quidem: sed nihil secundum se: quemadmodum dictum est.

1\. Huius loci duplex est expositio. Quod enim dixerat prius: sed erit affirmatio vel negatio si quid addatur ei dictioni: quam supra simplicem esse proposuit: cum de significatiua orationis parte loqueretur: nunc id adimplet ⁊ explicat dicens: non si quodlibet addatur simplici dictioni: statim fieri affirmationem vel negationem: nec vero orationem: neqꝫ enim si quid non per se significatiuum dictioni simplici copuletur: idcirco iam vel oratio vel affirmatio vel etiam negatio procreabitur: neqꝫ enim si vna syllaba hominis que significatiua per se non est: copuletur eidem ipsi dictioni: iam vlla inde procreatur oratio. Quod si oratio non fit: nec affirmatio nec propositio est: he enim orationes quedam sunt: vt si quis ex eo quod est homo tollat vnam syllabam: eamqꝫ toti dictioni simplici apicet: dicatqꝫ o homo vel alio quolibet modo decidens partem toti corpori dictionis adijciunt non faciet orationem. Quod si hoc est: nec affirmationem nec negationem: que quedam sunt orationes. Ita ergo accipiendum est: tanquam si hoc modo dixisset. Dico autem vt homo significat aliquid: sed non quoniam est aut non est: sed erit affirmatio: vel negatio si quid addatur: sed non vt vna hominis syllaba addatur: nec cuiuslibet alteriꝰ dictionis. si quid non per se significat. vt in eo quod est sorex rex non significat: sed vox est nunc sola. Atqꝫ ideo si quis velut parte tollat id quod est rex: apponatqꝫ ei quod est Sorex: dicatqꝫ sorex rex vt rex tanquam pars sit eius quod est sorex: oratio nulla est: atqꝫ ideo neqꝫ affirmatio nec negatio. Hec enim ex vocibus per se significatiuis constant. Rex vero in eo quod est sorex: quoniam pars est nominis: nihil ipsa significat. Vel certe erit melior intellectus 2

si hoc quod ait. sed non vna hominis sylaba. non aptemus ad orationis perfectionem: sed potius ad dictionis significationem: vt quoniam dixit superiꝰ orationis partes significare ita vt dictionem non vt affirmationem: que esset dictio manifeste monstret. Dictiones namqꝫ constituit vocem per se significantem. ergo cum dicit. Sed non vna hominis syllaba. tale est ac si diceret. significat quidem pars orationis vt dictio Sed he ipse dictiones perfecte nomina sunt ⁊ verba non partes nominum verborumqꝫ. In eo enim quod

equiferus currit: equiferus quidem dictio ē totius orationis: significat enī ut pars orationis. sed ferus consignificat ut pars nominis. atq; ideo ferus dictio non est. Quo enī ea si que alie syllabe in parte orationis sunt: idest in nomine vel verbo: nihil per se significant: quamquam sint in parte nominis: quod nomē pars orationis est: nihil tamen ipsum significat in tota oratione: quare nec dictio erit. Audiendum ergo est ita: tanquam si sic diceret. Oratio autē est vox significativa: cuius partium aliquid significativum est separatum: ut dictio: non ut affirmatio: dico autem ut homo significat aliquid: ⁊ est quedam dictio simplex. Nam neq; oratio est quoniam simplex est: nec affirmatio neq; negatio: quoniam non significat: aut esse aut non esse. Sed erit tunc affirmatio: quando aliquid additur: quod affirmationem negationem ue constituat. Sed quod ad dictionem esse id quod dicimus homo. Idcirco dictio est: quoniam per se significat. Syllaba vero eius nominis quod ē homo: quoniam nihil designat: non est dictio. Hoc est enim: sed non una hominis syllaba: vel si videatur quidem significare: pars tamen sit nominis: ⁊ consignificet in nomine, in tota oratione nihil significat. Neq; enim ē pars orationis. Quod per hoc dixit quod ait. nec in eo quod est sorex rex significat. sed vox est nunc sola nihil significans: unde probatur huiusmodi particulas non esse dictiones. Vox enim sola non est dictio: sed vox per se significans. Si qua autem sunt inquit nomina: que sint composita ex alijs: ut est equiferus emittunt quidem quandam imaginem significandi: sed per se nihil significant: consignificant autem. In simplicibus vero nominibus nec imaginatio ulla significandi est: ut in eo quod est cicero: partes eius cū simplices sono: tum etiam intellectu preter cuiuslibet imaginationis similitudinem significationem ue sunt. In duplicibus vero vult quod est pars significare: sz nullius separatim significatio est. Idcirco quoniam solum consignificat id quod totum compositi nominis corpus designat. ipsum vero separatum (ut sepi⁹ dictum est) nihil extra significat.

Est autem oratio omnis quidē significativa non sicut instrumentum: sed (quemadmodū dictū est) secundum placitum.

Secundum placitum esse orationes illa res approbat: quod earum partes sunt ad placitum: idest nomen ⁊ verbum. Quod si omne compositum ab his ex quibus est compositum: sumit naturam. Vox que positione constitutis vocibus iungitur: ipsa quoq; secūdum placitum positionemq; formatur. Quare manifestum est orationem secundum placitum esse. Plato vero meo libro: qui scribitur cratylus: aliter esse constituit: eamq; dicit suppellectilem quandam atq; instrumentum esse significandi res eas que naturaliter intellectibus concipiuntur: earumq; intellectum vocabulis discernendi. Quod si omne instrumentum naturalium rerum secundum naturam est: ut videndi oculus: nomina quoq; secundum naturaz esse arbitratur. Sed hoc Aristoteles negat: ⁊ Alexander multis in eo nititur argumentis monstrans orationem non esse instrumentum naturale. Aristoteles vero ita utitur dicens. Est autem oratio omnis quidem significativa: non sicut instrumentum: tanquam si diceret. Est quidem omnis oratio significativa non tamen naturaliter: instrumentum enim hoc demonstrat: tanquam si diceret naturaliter significare. Et hō qui instrumentum orationem esse negant: non eam naturaliter significare dicunt: sed ad placitum. Naturalium enim rerum naturalia sunt instrumenta. Idcirco autem instrumentum pro natura posuit: quod (ut dictum est) Plato omnium artium instrumenta secundum naturam ipsarum artium consistere proponebat. Et Alexander quidem non esse instrumentum orationem sic ingreditur approbare. Omnis inquit naturalium rerum suppellex ipsa quoq; naturalis ē: ut visus quoniam natura datur: eius quoq; suppellex est naturalis: ut oculus. Eodem quoq; modo auditus cum naturalis sit: aures nobis que sunt audiendi instrumenta: naturaliter esse datas cognoscimus. Quare quoniam oratio ad placitum non naturaliter est, partes enim manifestum est orationis ad placituz positas: que sunt scilicet nomina ⁊ verba: sicut monstrat apud omnes gentes diversitas vocabulorum. Quoniam ergo per hec secundum placitum omnis oratio esse monstratur. Quod autem secundum placitum est: non est secundum naturam: nō est ergo oratio suppellex. Significandi enim ratio atq; potestas naturaliter non est. Quod si oratio naturaliter nō ē: nō ē suppellex. His alijsq; simlib⁹ rōnibus mōstrat non esse suppellectilem orationem. Quo circa dicendum nobis est: naturaliter quidem esse voces potestatesq; naturaliter vocabula rebus imprimendi: nō tamen naturaliter significativas: sed positione. Sicut ergo naturaliter singularium artium sumus susceptibiles: sed eas non naturaliter habemus: sed doctrina concipimus. Ita vox quidem naturaliter est: sed per vocem significatio non naturaliter. Neq; enim vox sola nomen est aut verbum: sed vox quedam addita significatione: ⁊ sicut naturaliter est moveri: saltare vero cuiusdam iam artificij: ⁊ positionis: ⁊ quemadmodum es quidem naturaliter ē. Statua vero positione vel arte. Ita quoq; possibilitas ipsa significandi: ⁊ vox naturalis est. Significatio vero per vocem positionis est: non nature. Hactenus quidem de communi oratione loquutus est: nunc autem transit ad species eius. Ait enim.

Enunciativa vō, nō omnis: sed illa in qua verum vel falsum inest. non autem in omnibus inest: ut deprecativa oratio quidē est: sed neq; vā neq; falsa. cetere quidē igitur relinquāt. rhetorice enim vel poetice convenientior consideratio est. enunciativa vero presentis speculationis est.

Species quidem orationis multe sunt: sed eas varie partiuntur: at vero peripatetici quinq; partibus omnes species orationis ac membra distribuunt. Orationis autem species dicimus perfecte: nō eius que est imperfecta: perfectas autem voco eas que complent expediuntq; sententiam. Et sit nobis hoc modo divisio. Sit genus oratio: orationis aliud est imperfectum: quod sententiam non expedit: ut si dicam Plato in licio: aliud vero perfectum. Perfecte autem orationis alia est deprecativa: ut adsit letitie bachus dator. Alia imperativa: ut accipe daq; fidem. Alia interrogativa: ut quo te meri pedes: an quo via ducit: in urbem. Alia vocativa: ut o qui rex hominumq; deumq; eternis regis imperijs. Alia enunciativa: ut dies est: dies non est. In hac sola que est enunciativa: veri falsiue natura

ↄspicitur

platonis sententia

arist.

pspicitur. In ceteris enĩꝫ neqꝫ veritas neqꝫ falsitas inuenitur. ⁊ multi quidem plures species esse dicunt perfecte orationis. alii autem innumeras eorum differentias produnt. sed nihil ad nos. Cuncte enim species orationis aut oratoribus accommodate sunt aut poetis. sola enunciatiua philosophis. Ergo hoc dicit. Non omnis oratio enunciatiua est. Sunt enim plurime que enunciatiue non sunt: vt he quas supra posui. Hec autem sola est in qua verum falsumue inueniri queat. Quocirca quoniam illam in qua veritas vel falsitas inuenitur. dialecticis philosophisqꝫ est requirere. Cetere autem oratoribus atqꝫ poetis accommodate sunt: iure de hac sola tractabitur. idest de enunciatiua oratione. Hucusqꝫ ergo de partibus interpꝛetationis: ⁊ de communi oratione locutus est. Nunc autem astringit modum disputationis in speciem: ⁊ de vna specie orationis tractat: deqꝫ vna interpꝛetatione q̃ est enunciatiua. Species naqꝫ est enunciatio interpꝛetationis: negatio vero ⁊ affirmatio enunciationis. Quare de enunciatiua oratione considerandi hinc cum ipso Aristotele cõmodissimuꝫ sumamus initium.

Est autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio: alie vero omnes coniunctione vne. Necesse est autem omnes orationem enunciatiuam ex verbo esse vel casu verbi. etenim hominis ratio si non est: aut fuit: aut erit: aut aliquid huiusmodi addatur: nondum est oratio enũciatiua. Quare autem vnum quiddam est: ⁊ non multa animal gressibile bipes. Neqꝫ enĩ eo quod propinqꝫ dicuntur. vnum erit. est autem alterius hoc tractare negocij.

Una oratio dupliciter modo tractatur: vel cum per se vna est: vel cum per aliquam coniunctionem iungitur. Uel certe ita dicendum est. Alie orationes naturaliter vne sunt: alie vero positione. Et naturaliter vne quidem sunt orationes que non dissoluuntur in alias orationes: vt est sol oritur. Que autem positione sunt vne in alias orationes dissoluuntur: vt est. si homo est animal est. hec enim in orationes alias separatur. ⁊ quemadmodum lignum vel lapis singillatim in pꝛopria natura consistunt ⁊ sunt vna: ex his autem facta nauis vel domus que cum pluribus quidem constent: vne tamen arte sunt. non natura. Ita quoqꝫ in orationibus simplices eas ⁊ per se naturaliter vnas orationes dicimus: que verbo tantum et nomine iunguntur. Compositas autem que in alias (vt dictum est) orationes diuiduntur. multas enim orationes in huiusmodi orationibus coniunctio iungit: vt si dicam Plato est ⁊ socrates est. hec coniunctio ⁊ vtrasqꝫ coniunxit. atqꝫ ideo vna videtur positione: que naturaliter ⁊ per se vna non fuerat. naturaliter autem vnius orationis due partes sunt affirmatio ⁊ negatio. sed quoniam non ita dixit. est auteꝫ vna oratio enunciatiua affirmatio vel negatio. est enim vna coniunctione. Sed ait. Est autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio. deinde negatio. huiusmodi oritur questio. Utrum id quod ait prima ad affirmationem referatur: vt sit posterior negatio. an id quod ait prima ad simplicem retulerit orationem: vt secunda sit: que ex orationibus iungitur. quam dubietatem ipse dissoluit. Sic enim inquit. Est auteꝫ vna prima oratio enunciatiua affirmatio: ⁊ vt quam secundam diceret demonstraret ait. deinde negatio. vt primam affirmationem poneret: secundam negationem. Quod si ita dixisset. est auteꝫ vna prima enunciatiua oratio affirmatio: vel negatio deinde coniunctione vne. ita oporteret intelligi tanquam si diceret illam esse primam orationem que simplex esset: cuius partes affirmatio essent atqꝫ negatio: Secundam vero illam que coniunctione quadam vna fieret: cum ex orationibus iungeretur. Sed quoniam id quod ait prima ad affirmationem iunxit dicens. est autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio. ad negationem vero deinde subiunxit dicens: deinde negatio. Dicendum est primam eũ orationem esse arbitrari affirmationem. Secundam vero negationem: cui deinde continenter apposuit. Sed rursus incurrimus Alexandri questionem. Per hoc enim negat affirmationem negationemqꝫ sub vno genere poni oportere idest sub enunciatione: q in his que priora vel posteriora sunt: commune genus non potest inueniri. Sed hoc supra iam dictum est non oportere omnia quecunqꝫ quolibet modo priora vel posteriora sunt: a genere communi secernere. Alioquin sic prime ⁊ secunde substantie sub vno genere substantie non ponentur. Sic etiam simplices ⁊ composite orationes. quarum simplices propositiones prime sunt: posteriores composite vno genere non continebunt. Sed illa sola putanda sunt sub eodem genere poni non posse: que ad substantiam priora vel posteriora esse cognoscimus. Que vero ad suum esse equalia sunt: nihil prohibet sub eodem genere vtraqꝫ constitui. Ergo quoniam affirmationi ⁊ negationi hoc est esse: q in his veritas ⁊ falsitas reperitur. hec autem est enunciatio: in qua scilicet veritatis ⁊ falsitatis constituta sit ratio. quoniam ad id quod veri falsiue significatiue sunt: neqꝫ affirmatio prior: neqꝫ negatio posterior est. Nullus dubitat quo equaliter participant affirmatio ⁊ negatio: idem generi posse supponi. sed affirmatio ⁊ negatio equaliter participant enunciatione: siquidem enunciatio veri falsiqꝫ vtitur significatione. ⁊ affirmatio ⁊ negatio veritatem atqꝫ mendacium equaliter monstrant. enunciatio igitur affirmationis ⁊ negationis genus esse ponenda est. Quod ergo ait. Est autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio alie vero coniunctione vne. Ita intellegendum est: q affirmationem primam: secundam vero negationem: cui addidit deinde: in prolatione posuerit. prior enim est affirmatio: posterior negatio in prolatione putatur: non secundum veri falsiqꝫ designationem. Quocirca nihil prohibet ⁊ priorem putari affirmationem negatione: ⁊ tamen vtrasqꝫ sub vno genere idest enunciatione constitui. Sed quod secutus est. necesse est autem omnem orationem enunciatiuam ex verbo esse vel casu. huiusmodi est. volens Aristoteles distribuere dictioneꝫ: affirmationem: negationẽ: enunciationem: contradictioneꝫ: sensuꝫ confusa breuitate permiscuit: ⁊ nebulis obscuritatis implicuit: oportuit naqꝫ prius quid esset dictio. post autem qd affirmatio: ⁊ negatio: ⁊ rursus qd esset enunciatio ⁊ contradictio cõstituere. Sꝫ hoc interim pꝛetermittit. nunc vero queadmodũ cõstituatur enuntiatio docet dicens. Quod ois enunciatio cõstet verbo: quoniam simplex dictio est nomẽ aut verbuꝫ. Omnis enuntiatio simplex huiusmodi est: vt semper

quidem vel verbum vel aliquid qd idem valeat: tamquam si diceretur: verbum vel casum verbi in predicatione retineat. sed non semper subiectus terminus fit ex nomine. semper tamen predicatus ex verbo fit. nam huiusmodi propositio: que est sol oritur. in hac ergo propositione qua dico sol oritur. subiectum est sol. quod vero dico oritur predicatum. et utrasque has dictiones terminos voco. sed quodcunque prius dicitur in simplici enunciatione: illud subiectum est: ut in hac sol. quod vero posterius: illud predicatum: ut in eadem oritur. Ergo necesse est omnem enunciativam orationem si simplex sit verbum in predicatione retinere: ut in eadem ipsa: cum dico sol oritur. oritur verbum est. vel quod idem valeat: ut est socrates non ambulat. non ambulat enim infinitum verbum est: et verbum quidem non est: sed eandem vim retinet quam verbum. Casus etiam verbi ponitur sepe: ut socrates fuit. subiectus vero terminus non semper consistit in nomine potest enim infinitum nomen habere ut cum dico. non homo ambulat. potest et verbum: ut cum dico. ambulare moveri est. ergo (ut arbitror) plene monstratum est non semper subiectum nomen esse: sed semper predicatum in solo verbo consistere. Approbans ergo verba semper in predicationibus poni. hoc addidit, nisi enim aut est aut fuit. aut aliquid huiusmodi sit additum: aut quod idem valeat apponatur: enunciatio non fit. cum enim dico homo est. est verbum in predicatione proposui. Sin vero dixero. homo vivit. idem valet tanquam si dicam homo vivus est. Ergo non posse sine verbo affirmationem negationemve constitui docuit per id quod ait. etenim hominis ratio si non aut est: aut erit: aut fuit aut aliquid huiusmodi addatur: nondum est oratio enunciativa. Hoc enim dicere videtur. Diffinitio hominis est verbi gratia animal gressibile bipes. et hec ratio est humane substantie. ergo hec ratio nisi ei est: aut erit: aut fuit: aut quodlibet verbum (sicut supra dictum est) apponatur: enunciatio non fit. neque enim verum neque falsum est. Si enim dicam tantum animal gressibile bipes. nulla me veritas mendacium ve consequitur. Sin autem dixero animal gressibile bipes est vel non est. affirmatio mox negatioque conficit quas enunciationes esse quis dubitet. Sed cum de simplicibus enunciationibus loqueretur ait. hominis rationem idest diffinitionem non esse enunciationem: nisi ei aut est: aut erit: aut huiusmodi aliquid apponatur approbans scilicet unam esse et non multiplicem orationem diffinitionis humane: cui si est: aut erit: aut fuit adderetur: enunciationem simplicem faceret. Cur vero una sit talis oratio: causa queritur neque enim ex solis duobus terminis constat id quod dicimus animal gressibile bipes. et que nominat: plura sunt. quare ipse sibi instituit: et de sua propositione rationem questiuit: quam nunc dicere supersedit. ait enim. Quare autem unum quiddam est et non multa animal gressibile bipes. neque enim in eo quod dicuntur propinque: unum erit. Est autem alterius hoc tractare negocii. Hoc scilicet querens tanquam si ita ipse ex persona sua diceret. de simplicibus enunciationibus omnibus ipse loquebar. deque his proposui eas preter verbum esse non posse. et ad hanc rem probandam exemplum sumpsi diffinitionem hominis: cui nisi est: aut erit aut fuit apponetur: enunciationem non fieri dixi: quasi una et non multiplex esset oratio ea per quam dicitur animal gressibile bipes: de qua fieri possit simplex enunciatio. Cur autem esset una oratio animal gressibile bipes: alterius inquit est hoc tractare negocii: cum de rebus: non de propositionibus perspiciendum est. Nam non idcirco una oratio est quia continue dicitur: et connectitur sibimet: animal gressibile bipes. hoc enim si ita esset: possemus et hanc orationem que tam multa significat: unam dicere si continue proferatur. ut est socrates philosophus simus calvus senex. ergo quemadmodum huiusmodi oratio sit multiplex et non una posterius dicemus. ergo nunc manifestum sit hanc orationem que dicit. socrates philosophus simus calvus senex. non esse unam sed multiplicem. si ergo propinquitas proferendi ipsa continuatione unam faceret orationem: posset hec quoque una esse oratio: que manifeste non una esse docebitur. Quare non idcirco erit una oratio ea que dicit animal gressibile bipes. quod continue et propinque proferatur. Que autem causa sit ut una sit: ipse dicere sustulit. sed in libris eius operis quod μετὰ τὰ φυσικά inscribitur: expedivit. Theophrastus autem in libro de affirmatione et negatione sic docuit: diffinitionem unam semper esse orationem: eamque oportere continuatam proferri. illa enim una oratio esse dicitur: que unius substantie designativa est. Diffinitio autem ut verbi gratia hominis animal gressibile bipes: una est oratio per hoc: quoniam unum subiectum idest hominem monstrat. Si ergo continue proferatur et non divise: una est oratio: et quia continue dicitur: et quia unius rei substantiam monstrat. Sin vero quis dividat: et orationem unam rem significantem proferendi intermissione distribuat: multiplex fit oratio: ut si dicat animal gressibile bipes. unam rem mihi tota monstrat oratio: et continue dicta est. Sin vero dicat animal: et rursus gressibile: et sub intermissione repetat bipes: multiplex erit distributa intermissione oratio. Et rursum adversum id questio. et quis hoc non iure culpet posse eam: que una est orationem intermissione proferendi fieri multiplicem: cum continuatio proferendi non faceret unam: que esset multiplex per naturam. Sicut enim in illis que multiplices sunt naturaliter: non potest continuatio proferendi unam facere orationem. Si quoque non debet que est una naturaliter oratio: idcirco quod de uno subiecto dicatur: fieri multiplex per intermissionem. Sed hoc ita solvitur. Nam cum animal dicimus. et sub intermissione rursus gressibile: eodemque modo iterum bipes: non hec ita dicimus: tanquam si in unum cuncta coniuncta sint Quocirca quoniam est quidem animal: rursus gressibile est: rursus bipes: quoniam plura sunt. et pluraliter dicta idest distributa: non videntur ad unum subiectum distributa posse predicari. sicut cum dico socrates philosophus simus. calvus. senex. hec omnia non est simplex oratio: nec si continue proferatur: quia ad unam substantiam non tendunt. accidentia enim sunt: et extrinsecus veniunt. Probatur autem neque eas orationes: que per divisionem dicuntur: neque eas que non ad unam substantiam tendunt: unam esse hoc modo. si dicat quis animal. et rursus gressibile: et iterum bipes: non unum est animal: nec unum gressibile: nec unum bipes. Sin vero dixero animal gressibile bipes continue: et propinque: unum est: quod tria ista iuncta significant idest homo. Convertamus nunc aliud ad eas: que plura quidem significant: sed continue proferuntur: ut cum dico socrates philosophus calvus senex. videtur quasi quedam socratis esse diffinitio philosophus calvus senex. sed non necesse est. si huiusmodi

huiusmodi ratio socratis fuit: omnem quicunq; philosophus est senex caluus: etiam socratez esse. In multis ergo continuatio ista valet accidere. Quocirca non vnum significat: q̃q̃ continue proferatur. Ergo si ex omnibus vnum quidem significetur: ⁊ continue proferatur: vna est oratio: vt partes quedam rei diffinite sint ea que in diffinitione ponuntur: non accidentia. Et proficit quidem aliquid continua prolatio ad perficiendam vnam orationez: sed ipsa sola non sufficit: nisi vnumquodq; subiectum sit. atq; ideo dixit Aristoteles animal gressibile bipes non idcirco esse vnã orationem: q2 propinque dicatur. nam neq; sufficit ad cõstituendam vnam orationem propinquitas proferendi: nihilq; prohiberet que naturaliter essent multiplices: eas continue ⁊ propinque prolatas vnas videri. sed huius rei rationem Aristo. ponere distulit. Sẽsus ergo huiusmodi est. Necesse est inquit oẽm enunciatiuam orationem ex verbo esse vel casu. Etenim hominis ratio: que ⁊ ipsa quoq; oratio est: si non est: aut erit: aut fuit: aut aliquid huiusmodi illi addatur: nondum est enunciatio. hoc vero in solis simplicibus enũciationibus venit. In his autẽ que coniunctione vne sunt (vt supra iã ait) non omnino est. Cum enim dico dies est. vis tota in verbo est. Si autem cum coniunctione proferam si dies est. lux est. tota vis in coniunctione consistit. Ueritatis enim aut falsitatis rationem sola coniunctio tenet: que conditionem proponit: cum dicit. si dies est lux est. si enim illud est illud euenit. igitur in coniunctione omnis vis huiusmodi propositionis est. omnis autem simplex propositio totam vim in verbo habet positam. Et quemadmodum in his: que hypothetice vel conditionales dicuntur. coniunctiones vim propositionis tenent: sic in simplicibus propositionibus predicatio vim obtinet. vnde ⁊ grece quoq; tales propositiones categorice. idest predicatiue dicuntur scilicet que sunt simplices: quod in his totam propositionem obtineat p̃dicatio. atq; ideo Aristoteles ait ex verbo vel casu fieri simplicem enunciationem. nam preter id quod continet totam propositionem predicatiuam. scilicet preter predicationem enunciatio non fit: non est: vt negatio quoq; non ad subiectum sed ad predicatum semper aptetur. Nam cum dico sol oritur: non est huius negatio. non sol oritur: sed illa que est sol non oritur. atq; ideo negatio ad subiectum posita non facit contrariam propositionem: ad predicatuz vero reddit cõtrariam. Recte igitur Aristoteles de subiecto nihil locutus est. Non enim predicatiuam propositionem subiectus terminus tenet: sed tantum predicatus: qui totam enunciationem propria virtute confirmat.

¶ Est autem vna oratio enunciatiua que vnum significat: vel coniunctione vna plures vero: que plura ⁊ non vnum: vel inconiuncte. Nomẽ ergo ⁊ verbum dictio sit sola: quoniam non est dicere sic aliquid significantez voce enunciare: vel aliquo interrogante: vel non sed ipso proferente.

¶ Hinc monstratur quoniam tunc cum dixit. Est autẽ vna prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio. primam enim non de ea oratione dixisse putandum est: que naturaliter vna est: sed de affirmatione alioquin hic quoq; repetens ita dixisset. Est autẽ oratio vna prima enunciatiua que vnum significat. sed quoniam non ita dixit: manifestum est q2 dudum ait primam: non ad orationem: que preter coniunctionez vna est: retulisse: sed ad affirmationem: quam negatione priorem esse constaret. sed hoc iam superius dictum est. Quid autem sibi velit hec enunciatio: paucis exponam. Multas enim confusiones multosq; in orationibus errores hic locus optime intellectus: veraciterq; perceptus insiluit. ⁊ hec est expositio: quam nullus ante Porphyrium expositorum vidit. Non est idem namq; vnam esse orationem ⁊ multiplicem quod simplicem ⁊ compositam: ⁊ distat vna a simplici: distat etiam multiplex a composita. Est ergo vna oratio que vnum significat: multiplex autem que nõ vnum sed plura. fit autem hoc in huiusmodi orationibus: vt cum dico: cato philosophus est hec oratio non est vna. non enim vnum significat. potest. n. monstrare ⁊ catonem vticensem esse philosophum. potest etiam ostendere ⁊ catonem censorinum oratorem esse philosophum. qua in re non vna est oratio. atq; idcirco in vticensi quidem catone est vera: in oratore vero falsa. Huiusmodi ergo orationes multas vocamus. Sin vero vnum significat. vt cum dicimus. in charta scribitur. illam dicimus vnam ergo vna que sit vel multiplex oratio ex his intelligitur que significãtur. si enim vnam significat rem. vna est. si multas. multiplex. Simplices autem ⁊ composite orationes non ad significationem: sed ad terminos ipsos dictionesq;: que in propositionibus sumuntur: referende sunt. Et est quidem simplex oratio enunciatiua: que ex solis duobus terminis constat: vt est homo viuit. Siue autem his propositionibus omnis addatur: vt est omnis homo viuit. siue nullus: vt nullus lapis viuit. siue aliquis: vt aliquis homo viuit. vel aliquis homo non viuit. quoniam termini ipsi duo sunt simplex vocatur propositio. composita vero si vltra terminos duos enunciat: vt est plato philosophus in licio ambulat. hic enim quattuor sunt termini. vel si tres sint: vt plato philosophus ambulat. he quoq; si eis omnis aut nullus aut aliquis addatur: eodem modo composite sunt. Ergo vna vel multiplex oratio intelligitur: si vnum vel multa significat. ⁊ de propria significatione semper indicantur. Simplex autem ⁊ composita non ex significatione: sed ex verborum ⁊ nominum pluralitate cognoscitur. si enim vltra duos terminos habet propositio composita est: si duos tãtũ simplex: si ergo semper oratio que simplex est. idest que duobus terminis constat: vnam tantum significantiaz retineret: indifferenter dici posset vna oratio ⁊ simplex eadem enim vna esset: que etiam simplex. sed quoniam non omnis simplex vnum significat. non omnis simplex vna est. Potest ergo fieri: vt simplex quidez sit propositio: multe tamen orationes: simplex quidez ad compositionem dictionum: multe vero ad significationẽ sententiarum: quare erit in hoc gemina diuisio vt vnam dicamus simplicem namq; orationẽ: alterã simplicem ⁊ plures orationes. Rursus si omnes composite orationes plures etiam res significarent. indifferenter diceremus multiplicem ⁊ compositam. sed qm̃ fieri potest. vt propositio aliquotiens quidẽ constet ex numerosis pluribusq; terminis q̃z sint duo: vnã tñ sniam monstret. Põt quidem fieri vt composita sit: vna tamen oratio sit significatione: cõposita dictione: vt est aĩal rationale mortale mẽtis ⁊ discipline capax. hec quidem plura sunt: sed his vna substantia subiecta est idest homo. Quare vna quoq; sñia ẽ. Sin vero quis dicat. socrates ⁊ ambulat ⁊ loquitur ⁊ cogitat, multa sunt. diuersa sunt enim ⁊ q2 ambulat: ⁊ q2

loquitur: ⁊ qꝫ cogitat. Quare erit aliqñ composita quidem oratio: vna tñ. sed qm̃ composita oratio aliquotiens quidem continue sine coniunctione dr̃. aliquotiẽs coniunctione copulatur. fiunt hinc quatuor differentie. Est .n. vna oratio. composita ex terminis continuatim dictis ⁊ sine coniunctione vnam sniam monstrans. vt est animal rationale mortale mentis ⁊ discipline perceptibile. hec .n. oratio cõposita quidem est ex multis terminis: sed coniunctionẽ non habet. nam qđ dictũ est mentis ⁊ discipline pceptibile. hec coniunctio q̃ ē. ⁊ nullã in tota propositione vim obtinet. neqꝫ .n. coniungit propositionẽ. sed artem vel rem addit: cui⁹ in pceptionis hõ esse videatur. ⁊ habet vnam substantiã subiectã: que est homo. Alia vero est cõposita ex terminis nulla ꝯiunctiõe copulatis multiplex: ⁊ nõ vnã significans propositionẽ: vt ẽ plato atheniensis phus disputat. Aliud .n. est esse platonem. aliud esse phum. aliud esse atheniensem. aliud disputantẽ. ⁊ hec coniuncta vnum aliquid non faciunt quasi substantiam. Quare hec multiplex est. sed eã manifestũ est nulla coniunctione copulari. Alia vero est ꝯposita ex propositionib⁹ incõiũctis multiplex: vt est iupiter optimus maximus est: Juno regina est: minerua dea sapiẽtie ẽ. quas si quis sub vnã cõtinueqꝫ proferat: plures quidem ꝓpositiões sunt: ⁊ oratio multiplex: sꝫ coniunctione carent. Alia vero est ꝯposita vel ex terminis vel ex ꝓpositionibus ꝯiunctione copulatis multiplex ⁊ multa significans: ⁊ ex terminis quidẽ composita: vt si qs dicat. iupiter ⁊ apollo sunt dii. Ex propositionibus aũt coniuncta multa significãs est: vt si qs dicat. ⁊ apollo vates est: ⁊ iupiter tonat. Est aũt preter has alia cõposita oratio ex ꝓpositiõibus coniunctiõe cõiunctis vnã significans orationẽ. vt cum dico. si dies est lux ẽ. due .n. propositiones q̃ sunt iste. dies ẽ. lux est. si cõiunctione copulanẽ. sed hec oratio nõ significat multa: neqꝫ .n. diẽ esse ⁊ lucẽ proponit esse. sed si dies est. lucẽ eẽ. Quocirca significat ꝯsequentiã quãdã: non existẽtiã ꝓpositionis. non .n. dicit vtrasqꝫ esse: sed si vna ẽ alta est consequi: qꝛ vtrunqꝫ in vnã quodãmodo intelligentiã cougrunt. Sed hãc porphyrius propositionẽ extrinsecus ponit. idcirco qꝛ plura significare videbatur. ipsa .n. propositionũ pluralitas multitudinẽ simulat significationũ: sed (vt dem̃ est) non plures significat res: sed vnã cõsequentiã. Compositarũ igiẽ ⁊ vnã rem significantiũ propositionũ duplex modus ẽ. Aut .n. ex terminis incõiunctis vnam rẽ significans cõposita oratio: vt aĩal rationale mortale est. Aut ex propositionibus cõposita: ⁊ coniunctione copulata imaginẽ quidẽ emittens plura significandi: vnã vero rẽ significans oratio: vt si dicamus. si dies ẽ lux est. Cũ ergo hec sit distributio cõpositarũ ⁊ simpliciũ orationũ duplici mõ vne orationes sunt. ⁊ duplici multe. Simplici aũt incõposite: ⁊ simplici cõposite. ⁊ vno quidẽ mõ vna oratio dr̃. cum sine cõiunctione nõ est. Alio vero cũ vnã rem significat. rursus vno dr̃ mõ oratio multiplex: cũ aliqua coniunctione non copulatẽ: alio vero cũ plura significat. atqꝫ hoc est qđ ait. Est aũt vna oratio enunciatiua q̃ vnũ significat; vel coniunctiõe vna. Plures aũt que plura ⁊ non vnũ. vel incõiuncte. est enim (vt dem̃ est) dupliciter vna oratio: vel qñ cũ cõiunctione est: vel cũ vnã rẽ significat. Multiplex autẽ oratio est: vel q̃ multa significat. vel q̃ sine coniunctione coniungiẽ. multas .n. orationes vocatit eas. q̃ sint multiplices: vel significatiõis pluralitatẽ teneãt: vel preter cõiunctiones sint. Qđ aũt ait. vel incõiuncte. totum complexus est. multiplex est .n. propositio vel si fuerit incõposita quãadmodũ est. Cato phus ẽ. Multiplex ẽt vel si fuerit cõposita ex terminis preter cõiunctionẽ. quemadmodũ dictũ est: vt Plato atheniensis mlicio disputat. vel si composita sit ex propositionibu. preter coniunctionẽ: quẽadmodũ est. hõ ẽ. aĩal est. vel si composita sit ex terminis coniunctione copulatis: vt ⁊ iupiter ⁊ appollo dii sunt. vel si cõposita sit ex propositionibus per coniunctionẽ: quẽadmodũ est. ⁊ apollo vates est: ⁊ iupiter tonat. Cur aũt dixit plures aũt que plura. ⁊ non vnũ addit. hoc est qꝛ sũt quedam que plura significent in sermonibus: vnum tñ in tota cõpositione demonstrent: vt est aĩal rõnale mortale. hec .n. oĩa multa significant. aliud est .n. aĩal: aliud rõnale: aliud mortale. sed totũ simul vnũ est qđ est homo. Cum aũt dico socrates atheniẽsis philosoph⁹. ⁊ singula plura sunt: ⁊ oĩa simul plura nihilominus sunt. hec .n. accidentia sunt: ⁊ nullã substantiã informant. atqꝫ hoc quidẽ dixit de orationibus: q̃ vel coniunctione vne sunt: vel significatione ⁊ rursus de multis q̃ vel preter coniunctionẽ multe essent: vel significatione multiplici. Que vero in simplicibus atqꝫ cõpositis posterius dixit: cũ ad id loci expositio venerit: explicabiẽ. nunc aũt reuertamur ad ordinẽ; igitur qm̃ supra dixerat simplicẽ propositionẽ: quã cathegoricam greci dicunt: nos predicatiuã interpretari possumus: semp verbi predicatione constitui. nõ aũt semper noie subiecto; qꝛ aliquotiẽs quidẽ vel infinitũ nomen; vel casus nois; vel verba subiecta sunt. Cũ ergo dictiõib⁹ simplicib⁹ cõstitui diceret simplicẽ orõnẽ: ⁊ affirmationẽ negationẽqꝫ orões eẽ ꝯstaret: manifestũ fecit affirmationẽ ⁊ negationẽ dictiõe ꝯstitui ⁊ formari ita qdẽ vt affirmationẽ ⁊ negationẽ sp sola vbi dictio predicata: nõ aũt semper dictio nois subiecta perficeret. Cum igiẽ hec ita proposuisset: nunc qd sit dictio. que predicamus .i. simplices ꝓpositiones format exponit dicens. Nomen ergo ⁊ verbuꝫ dictio sit sola: qđ ideo ait dictio sit sola qꝛ sunt quedam dictiones simul ẽt affirmationes vel imperfecte orationes. quod iam supra dictũ est. Cur aũt nomen ⁊ verbũ sole sint dictiones monstrat. qm̃ non est dicere sic aliquid significantẽ voce enunciare: vel aliquo interrogante vel nõ sed ipso proferente. Sensus huiꝰ est. Enunciatiua propositio his maxime duobus formatẽ per propriam nãm atqꝫ substantiã. ⁊ per eius vsum atqꝫ tractatum. ⁊ nã quidem ipsius est: vt in ea veritas inueniaẽ aut falsitas. vsus aũt cũ aliquid aut interrogãdo proponiẽ ⁊ rñdetur: vt vtrũ aĩa immortalis est. aut certe cũ aliqs per suã sniam enunciat atqꝫ profert. vt si quis dicat hoc ipm ex propria voluntate aĩa immortalis est: vnde defintio quoqꝫ enunciationis vnius quidẽ nature atqꝫ substantie talis reddiẽ. Enunciatio est oratio: in q̃ verũ falsumve est. Ex vsu vero eius atqꝫ tractatu enũciatiua oratio est quã interrogãtes proponimus: vt vez vel falsum aliqđ audiamus. ex nr̃a vero prolatione quã proponentes aliquid vez falsumve mõstramus. ergo cũ oĩs enunciatiua oratio aut in interrogatione posita sit: aut in spõtanea prolatione: ⁊ in vtraqꝫ enunciationũ nã ⁊ substantia illa versẽ: vt siue ĩ interrogatiõe sit posita cũ rñsione coniuncta: vez habeat vel falsum siue p se ꝓlata v. rũlibet retineat: dictiones inquit vel alio interrogante vel quolibet proferente ⁊ sponte dicente verũ falsumve nõ continent. Si .n. quis dicat interrogans. socrates ne disputat. alius rñdeat disputat. hoc

qꝛ rñdit

q: rñdit disputat si cum tota interrogatione iungat. pôt habere intellectũ ve: falsũmue significãtis orõ. nis Sin vero per se intelligat disputat.q̃z ꝗ alio interrogante rñderit: sine vero th falsecq̃z relinquitur. Simĩr ẽt si quis dicat socrates vel ambulat nullo interrogante: s; ipse ꝓferens: nec ve: aliqd nec falsuz designat ergo verba ꝛ noia dictiones soli sunt: quĩ ꝛ simplices sunt. Erant.n.alie quedã dictiones in cta tionibu3 noibus ṽbisq̃z cõpositis: sed nondũ perfecte ꝑ̃se: qñ neq̃z verũ neq̃z falsum: vel alio interrogãte vel quolibet sponte proferẽte significãt. Erũt.n.alie quedã dictiones q̃ alio interrogãte ꝛ quolib; spõte proferente ve: falsum ve retinerẽt.in his.s. q̃ erãt affirmationes aut negatiões. Quocirca sensus hmõi ẽ. orõ ãt verbo: sic se h3.nomen ergo ꝛ verbũ dictio sit sola: qñ non possumus dicere significantẽ aliqd sic voce.i. verbo vel noie enũciare. Non.n.possumus dicere: qñ qsq̃s verbo vel noie significat aliqd: ille enũciat.vel aliquo interrogãte: vel nõ sed ipso proferente: tãq̃z si sic diceret. ṽba ipsa ꝛ noia dictiões sole sũt qñ verbis ꝛ noibus significantẽ hoiem aliquid non possumus dicere qñ enunciat quicq̃z siue cũ aliqs interroget: siue ipe spõte ꝓferat simplicẽ dictionẽ. Enũciare ãt est orationẽ dicere: q̃ ve: falsumve designat

¶ Harum autẽ hec simplex quidẽ est enunciatio: vt aliqd de aliquo vel aliqd ab aliquo hec autẽ ex coniuncta: vel vt oratio quedam iam composita.

¶ Qñ superius de vnis orationibus atq̃z plurib⁹ dixit: ꝛ vnã quidem posuit: que aut coniunctione vna esset scdm platonẽ: aut significatione scdm propriã nãm: plures vero que aut cõiunctione carerent: aut multa significatione sua ꝯplecterent: qñq̃z aliõ erat vna oratio: aliud simplex: aliud composita: aliud plures: post illa ad simplicẽ compositamq̃z reuertitur dicẽs simplicẽ esse orationẽ enunciatiuã: q̃ duobus terminus continet. quo: vnum subiectũ est: alte: predicatũ. Qõ vero ait. harum aũt enunciatiua:.s.orationum dixit: qua: hec quidẽ simplex est enunciatio, et que simplex est enunciatio: ipse proposuit dicens. vt aliquid de aliquo. subaudiendũ est predicemus. vt sit hic sensus. Harum aũt enunciatiua: orationum est simplex enunciatio si aliqd vnum de vno aliquo predicemus: vt si dicã plato disputat: de aliquo platone aliqd.i. disputat predicam. ꝛ hec simplex est enunciatio. Idcirco qñ duobus terminis partibusq̃z coniungitur. Si qua vero plures habeat terminos: ꝛ eius partes duo: terminorũ multitudinẽ egrediant: ille composite orationes dicunt. etenim enunciatio cõposita hmõi est. si dicis ẽ lux est. dies.n.est. ꝛ lux est. due sũt simplices enunciationes: q̃ coniuncte vnam cõpositaz psecerunt. atq̃z hoc est qõ ait. hec autem.i.alia oratio ex his cõiuncta.i.ex simplicibus enunciationibus: velut oratio quedã iam cõposita est. hec.n.nõ simplex ẽ oratio. Simplex.n.oratio solas dictiones h3 duas in partibus: cõposita vero ẽt orationes sicut hec quã supra posuit. Est ergo hic ordo quẽ ipse cõfudit. prius .n. de affirmatione ꝛ negatione q̃ prima esset: q̃ posterior: expediuit. dehinc de vnis orationibus ꝛ õ pluribus dixit. postremo de simplicibus atq̃z cõpositis. Sed qñ quedã in medio permiscuit: ea paululũ differentes directã suie seriem cõtinuauimus. Longum erit. hyperbaton partiũ coniũctione recidentes. neq̃z .n. simile videtur quod ait. Est aũt vna prima oratio enunciatiua affirmatio deinde negatio: alie vero cõiunctione vne: ꝛ rursus cũ dicit. Est vna oratio enunciatiua q̃ vnũ significat: vel cõiunctione vna. Plures aũt plura ꝛ non vnũ vel incõiuncte: vel cũ rursus addit. harum aũt hec simplex quidẽ est enunciatio: vt aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo: hec aũt ex his ꝯiuncta velut oratio iã composita. Sed illud quidem qõ prius dixit. est aũt vna prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio. ad hoc retulit: vt priorem affirmationẽ esse monstraret: posteriorem vero negationẽ. ait.n. deinde negatio. vñ q: ait prima ad affirmationẽ ponendũ est. quod vero secutus est paulo post. Est autem oratio vna enunciatiua que vnũ significat vel cõiunctione vna. Plures autẽ q̃ plura ꝛ non vnũ vel incõiuncte ad hoc retulit: vt doceret q̃s vnas esse orõnes putari op3: expediens aut q̃ vnũ significarẽt aut quas cõiũctio vnas faceret: vel quas plures: aut q̃ multa in significatione retinerẽt: aut q̃rum corpus nulla esset cõiunctione cõpositũ. Qõ vero postremo addidit: ha: aũt hec quidẽ simplex est enunciatio: ut aliqd de aliquo vel aliquid ab aliquo, hec ãt ex his cõiuncta velut oratio quedã iam cõposita ad simplices orõnes retulit atq̃z compositas. Simplices dicens duobus solis terminis iunctas: cõpositas q̃ ex simplicib⁹ orõnibus enunciatiuis cõiungerẽt: vt sit totus ordo hoc mõ. Est aũt vna prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio. ꝛ rursus intermissis q̃ sequunt hoc subiciat. Est aũt vna oratio enunciatiua q̃ vnũ significat: vel cõiunctiõe vna. Plures ãt que plurima ꝛ non vnũ vel incõiuncte. ꝛ post hoc intermissis quoq̃z sequentibus hoc sequatur. harũ aũt hec quidẽ est simplex enũciatio: vt aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo: hec autem ex his coniuncta: velut oratio quedã iam composita. tanq̃z si sic diceret. Prima quidẽ inter enunciationes oratio affirmatiua est: secunda vero negatio. affirmationum ãt ꝛ negationum vna oratio est. que vnũ significat vel que coniunctione vna est. Multiplex aũt vel cuius partes coniunctione copulãtur: que multa significat: vel que coniunctione non iungitur. Ha: aũt simplex est que duobus terminis constat: vt aliqd de aliquo vel aliquid ab aliquo: alia vero composita: que ex simplicibus affirmationibus iungit. Quod autem dicit aliquid de aliquo: vel aliquid ab aliquo tale est: aliqd .n. de aliquo affirmationẽ significat: vt cum dico socrates disputat: de aliquo socrate aliquid.i. disputat predicam: ꝛ fit affirmatio. Si aũt dico socrates nõ disputat. a socrate disputationẽ seiunxi: ꝛ ab eo abstuli. ꝛ hec negatio est. Affirmatio.n. aliã rem de alia predicat: eiq̃z cõiungit. Negatio vero a qualibet re quãlibet rem ꝑdicando tollit. ergo hoc quod ait aliquid de aliquo: affirmationem simplicem significauit. qõ dixit aliquid ab aliquo. negationem simplicem.

¶ Est aũt simplex enũciatio vox significatiua de eo quod est aliquid vel nõ est: quemadmodu3 tẽpora diuisa sunt affirmatio vero est enũciatio alicui⁹ de aliquo. negatio vero ẽ enunciatio alicui⁹ ab aliquo.

¶ Postq̃z de multis atq̃z vnis necnon simplicibus compositisq̃z enunciationibus expediuit: enunciationem simplicem tractat: ꝛ eam diffinitione concludit dicens vocem eam esse significantem aliquid esse vel non esse. Qõ ergo ait vocem eã esse: ad genus retulit q̃ significatiuam: ad ipsius differentia3 vocis. Quod de eo q̃ esset aut nõ esset aliquid: ad significatarũ rerum rursus differentiã retulit. habet.n. secum ipsam

vocem: qua profert̄. vt significet quiddā quid autē significat: aut circa qd designationē enunciatio retineat. ad ōnium significatiuaꝝ pertinet vocū: ita. n. deīn est tanq̄ si diceret. non oīa enunciatio significat: sed eē aliqd aut nō esse. Ergo est enūciatio simplex vox significatiua de eo qd ē esse aliqd vel nō esse. i. oīs enūciatio aut affirmatio aut negatio est. esse. n. ponit affirmatio: nō esse negatio. sed quāta diffinitionē breuitate ɔstrinxit. qdā nō videtes in errorē stolidū falsitatis abducti sunt. ɔtendūt igr̄ affirmationis ꝛ negatiōis nō eē enunciationē genus. Nā si hec inquiunt diffinitio ē enūciationis oīs āt generis diffinitio ꝓprijs spēbus accōmodari pōt (oē. n. genus vniuoce d̄ spēbus ꝓprijs predicat̄) dubiū non est: qn hec quoq̄ diffinitio enūciationis. si eis enūciatio genus est: affirmatiōi negationiq̄ cōueniat: si tn̄ eius spēs he sūt sed quis vnq̄ dixerit affirmationi cōuenire hāc diffinitionē q̄ eēt. vox enūciatiua de eo q̄ est aliqd eē vl non esse. Neq̄. n. fieri pōt: vt affirmatio vox sit significatiua de eo qd est esse ꝛ nō esse. sed tm̄ de eo qd est eē. negatio rursus nō de eo q̄ ē eē ꝛ de eo qd est non esse: sed tm̄ de nō esse. nūq̄ ēt de esse. Interimit. n. semꝑ negatio quod atq̄ ɔstituit affirmatio. Quare si hec diffinitio enūciatiōis ad affirmationē negationēq̄ non pōt predicari: affirmatio ꝛ negatio enūciationis spēs nō sunt. q mihi nimiū vident̄ errare: qui sit vo quicq̄ vetet vtrasq̄ affirmationē ꝛ negationē simul eadē diffinitione cōcludere. Possuꝫ. n. dicere. affirmatio ꝛ negatio est vox significatiua de eo q̄ est esse aliqd vel nō esse. vt vox significatiua vtrisq̄ cōis sit. de eo qd est esse aliqd affirmatiōis solius. de eo qd est nō esse solius sit negatiōis. Sed nihil potuit fieri breuius: nisi vt in eadē diffinitiōe ꝛ enūciationis nāq̄ ɔtineret: ꝛ ipsius faceret diuisionē. tanq̄. n. si ita dixisset. enūciatio vox ē significatiua: i q̄ veꝝ falsūq̄ designat̄. huius vna āt spēs affirmatiua est alia negatiua ita ait. ēnūciatio est vox significatiua d̄ eo q̄ ē aliqd vel nō est. Nā q̄ dixit. de eo q̄ est aliqd vel nō est. tale ē. ac si diceret q̄ veꝝ falsūq̄ demōstrat. oē. n. qd esse ponit aliqd: vt si dicam dies est: vel nō eē: vt si dicam dies nō est. veꝝ falsum demōstrat. Si ergo aliqd ponat̄ esse vel nō esse: in eo veritas ꝛ falsitas inuenit̄. est igr̄ in hoc q̄ ait vocē significatiuā esse de eo qd est aliqd vel nō est. tanq̄ si diceret. Est enūciatio vox significatiua veꝝ falsūq̄ significans. Significatio nāq̄ de eo q̄ est esse aliqd vero non esse vi falsiq̄ demōstratio est. sed in eadē diffinitione spēs admirabili breuitate partitus est. tanq̄. n. si diceret: vox. n. significatiua ē enūciatio: in q̄ veꝝ falsūq̄ demōstrat̄ Sed vna eius ps affirmatiua ē: alia negatiua. ita ait de eo qd est aliqd vel non ē. Significatio. n. de eo qd est aliqd affirmatio est: de eo vero qd nō est negatio ita id qd ait designatiuā esse vocē enunciationē d̄ eo qd est aliquid aut nō est. vtrūq̄ vna colligit intelligentia. hoc. n. qd dixit de eo q̄ est aliqd aut non est. vtrūq̄ significat ꝛ veri falsiq̄ demōstrationē: ꝛ affirmatiōis negatiōisq̄ diuisionē. Sed alexāder ꝛ ꝓpria sētīa non desistit. nec alio q̄ ceteri tenet̄ errore. ait. n. hic quoq̄ apparere nō esse genus affirmationis ꝛ negationis enunciationē: qm̄ ita in diffinitione enūciationis affirmatiōe ꝛ negatiōe vt partibus vsus ē. Oē aut compositū atq̄ oē equocū vel suis ptibus vl̄ suis significatis deffiniri pōt. vt si qs ternariū numerum deffinire volēs dicat: ternarius numerus ē q̄ ex vno duobusq̄ cōiunctus est: vel si quis voleꝫ deffinire volēs dicat hō est aut aīal rōnale mortale: aut hmōi coloribus vel metallo facta simulatio: ita nomen equocum ex his q̄ ipsum nomen equiuocū designabāt: oſ sunt eū: dic ergo eodē mō. Enunciatio inquit est vox significatiua de eo qd est aliqd vel nō est: tanq̄ si diceret. Enunciatio est vox aut affirmatiua aut negatiua: in eundē. s. errorē labens: nec videns quēadmodū vna diffinitione ꝛ diuisionē fecerit: ꝛ nāiam enunciationis ōnderit. sed hanc expositionem (qd adhuc sciam) neq̄ porphyrius neq̄ vllus alius cōmentator vidit Aspasius ēt cōsentit Alexandro. dicit. n. Alexāder eodē mō hic diffinisse Aristote. enunciationē: sicut alibi quoq̄. i. in resolutorijs. illic. n. ita ꝓpositionē q̄ ē enūciatio diffinitione cōclusit dicens. Propositio ergo ē oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo: vel alicuius ab aliquo. Idē quoq̄ Aspasius sequit̄ cū Porphyrius āt sic dicit admirabilē esse subtilitatē diffinitiōis: ex sua. n. vi affirmatiōis ꝛ negatiōis enūciatio diffinita est. ex terminis vero ipsa affirmatio atq̄ negatio: affirmatio nāq̄ in duobꝰ terminis cōstans aliqd alicui inesse significat. tota aūt visꝰ ipsius est aliqd annuere: negatio quoq̄ aliqd alicui nō inesse significat: sed tota vis ipsius est aliqd abnuere atq̄ disiungere. vel rursus affirmatio aliqd alicui inesse d̄signat: sed vis ipsiꝰ tota ponere aliqd est. cū. n. aliqd alicui inesse demōstrat: pōit aliqd: rursus negatio q̄ aliqd alicui nō inesse declarat: sed tota vis eius auferre est. Ergo inqt enunciationē ex tota vi affirmatiōis negationisq̄ diffiniuit dicēs: Enunciatio est vox significatiua de eo q̄ aliqd est vel non est. Hoc āt ad negationis pertinet affirmationisq̄ vim: tanq̄ si diceret: enūciatio est vox significatiua q̄ ponit aliqd aut tollit q̄ ꝓprie virtutes sunt affirmationis ꝛ negatiōis. Si. n. ita dixisset: enunciatio est de eo qd est aliqd alicui vel non est. tunc ex terminis affirmatiōis vel negatiōis enūciationē diffinisse videret̄. Cum aūt dicit de eo qd est aliqd vel nō est. de tota vtrorūq̄ vi determinat. in hac. n. affirmatione q̄ dicit dies est: aliquid alicui fm̄ terminos adesse monstrauit. est. n. diei applicuit: sed tota huius ꝓpositionis vis est aliqd eē declarare: rursus cū dico dies non est: aliqd alicui non esse pronūcio: sed tota vis est huius non esse dicere: q̄re manifestū est scd̄ꝫ porphyriū ex tota vi affirmationis ꝛ negatiōis enūciationē esse descriptā: ex suis vero terminis ipsaꝫ affirmationē ꝛ negationē: ait. n. affirmatio vo est enunciatio alicuius de aliquo: i affirmatiōis diffinitione genus sumens: enunciatio. n. (vt dictū est) genus est affirmatiōis ꝛ negationis: qd ipse Aristo. plenius demōstrat: q in vtrorūq̄ diffinitione enunciationis nomē ascripsit dicens. affirmatio vero ē enunciatio. hoc. n. retulit ad genus. qd vero addidit alicuius de aliquo reduxit ad terminos: in simplicibꝰ. n. affirmatione aliqd de aliquo enunciando predicat̄ vt in eo quod est dies est esse diē. Negatio quoq̄ ita diffinita est: negatio est enūciatio alicuius ab aliquo. quantū ad enunciationē rursus a genere. Quantum alicuius ab aliquo: rursus ad terminos. In hac eniꝫ negatione que est dies nō ē esse a die enunciando tollimus: sed vt non solum presentis temporis enunciationē diffinisse videretur: addidit enunciationis diffinitionē de alijs quoq̄ tpibus intelligi: ait. n. enūciatio est vox significatiua de eo quod est aliquid vel nō est: adiecitq̄ quēadmodū tempora diuisa sūt diuisa enim sunt tempora in tribus. omne enim tempus aut futurum est aut presens aut preteritū aut ex his mixtū. Enūciatio

tum. Enuntiatio est vox significatiua significans: aut
esse aliquid aut non esse. Sed quoniam hoc tempus
presens designat: nõ solũ de presenti inquit loquitur:
sed et de his tpibus que diuidunt: vt hic esse et non
esse et in futur veniat et in preteritũ: vt aliquotiens
sic esse et nõ eẽ significet. i. sic ponat atqz auferat enũ
ciatio: vt et presens tps ponat et auferat: vt est socra-
tes est: socrates non est: et preteritũ ponat et auferat:
vt socrates fuit: socrates nõ fuit. eodem quoqz mõ
futurũ socrates erit. socrates nõ erit. ergo in his oĩ-
bus tpibus sit esse aliqd vel nõ esse aliqd. i. sit pone
re et auferre tota enũciationis vis est. hoc ergo ẽ qđ
ait: de eo qđ est aliqd vel nõ est: quẽadmodũ tpa di-
uisa sunt: tanqz si diceret. de eo qđ est aliqd vel non
est. vox enũciatiua significat vel in presens vel in pte-
ritũ vel in futur: quẽadmodũ ipsa tpa diuidũt. Cur
aũt talis ordo diffinitionis fuerit paucis absoluam.
Prius. n. de noĩe: post de verbo: hinc de oratiõe. rur
sus de enunciatiõe: dehinc de affirmatiõe: postremo
de negatione disseruit. Oẽ compositũ suis partibus
posterius est. oẽ genus suis partibus prius. ergo i cõ
positis toto partes priores sunt: in generibus et spe-
ciebus partes toto posteriores. Rursus in cõpositis
totũ partibus posterius in spẽbus et generibus totũ
partibus prius est: ergo qm verba et noĩa neqz affir-
mationis neqz negationis neqz enunciationis neqz
orationis spẽs erant: sed quedã horum oĩum partes
quibus hec oĩa iungerentur: oratio aũt genus enun-
ciationis: enunciatio affirmatiõis et negatiõis: affir
matio prior negatiõe. s. scđm prolationem: sicut ipse
testatus est. Ergo qm hec oĩa et oratio et enunciatio et
affirmatio et negatio verbis et noĩbus coniungũtur:
his oĩbus noĩa et verba priora sunt. Nõe autem res
aut per se subsistens: aut tanqz per se subsistens signi
ficat. verbo vero accidens designat et velut alii acci-
dens: quod ex supradictis planũ est: qđ aũt per se cõ
sistit prius est: ergo id qđ nomen significat prius ẽ qz
id qđ verbũ. quare prius verbo est nomen: ergo qm
nomen et verbũ oratione enunciatione affirmatione
et negatione priora sunt. Partes. n. priores sunt his
q̃ componũt. iure ante hec oĩa desinita sunt. Quoni
am vero nomen prius est verbo: prius nomen: postea
vero diffinitũ est verbũ. Sed qr omne genus speci-
bus suis prius est post hec. i. nomẽ et verbũ oratiomẽ
diffinitione descripsit q̃ et proximũ enunciationis ge
nus esset: et superius affirmationis et negationis. post
orationẽ vero enunciationemqz eni ut sit spẽs oronis
affirmationis tñ et negationis esset genus post enũ
ciationẽ vero affirmationẽ que qz ĩ negationi eque
na spẽs esset scđm genus pprium. i. enunciationẽ: in
prolatione tñ prior est vt ipse supra iã docuit dicens.
Est autẽ vna prima oratio enũciatiua affirmatio: de
inde negatio. Sed qm a nobis superius dictũ est has
eum quinqz res diffinire velle: qđ sit dictio: qđ enun
ciatio: qđ affirmatio: qđ negatio: qđ contradictio: di
ctionem quid sit oñdit per id qđ ait. Nomen ergo et
verbum dictio sit sola. enunciationez vero per id qđ
ait. Est aũt simplex enunciatio vox significatiua de eo
qđ est aliquid vel non est quẽadmodũ tpa diuisa sũt
Affirmationez vero per id qđ ait. est aũt affirmatio
enunciatio alicuius de aliquo: negationẽ quoqz diffi
niuit dicens. Negatio vero alicuius enunciatio ab ali
quo. Restat ergo de contradictione differere. Quid
sit ergo contradictio ipse prosequitur dicens.

¶ Quoniam autem est enunciare et quod est nõ eẽ:
et quod non est esse: et quod est esse: et quod est non
esse et circa ea: que est extra presens tempora simi-
liter omne contingit quod quis affirmauerit nega
re: et quod negauerit affirmare. Quare manifestũ
est: quoniam omni affirmationi negatio est opposi
ta: et omni negationi affirmatio. et sit hec contradi-
ctio affirmatio et negatio opposite.

¶ Expeditis oĩbus que sese explicaturum esse promiserat
nunc ad reliquã. s. contradictionẽ ordine venit: cãqz
ab affirmationibus negationibusqz i experit dicẽs: oĩ
bus affirmationibus posse proprias negationes op-
poni: et oĩbus negationibus pprias rursus ex aduer-
so affirmationes posse cõstitui. hoc aũt hinc sumitur:
qm nominibus alias res esse. alias nõ esse. et qm nosipsi
si dicere possumus et sentire alias res esse: alias nõ eẽ.
Ex his quattuor enunciationibus fiunt gemine cõtra
dictiones. si quis. n. id qđ est dicat non esse: vt si viuẽ
te socrate dicat socrates nõ viuit: qđ est negat et erit
negatio falsa: Rursus si quis id qđ non est esse cõfir
met: vt si nõ viuente socrate dicat socrates viuit. hec
rursus affirmatio falsa est. Si qs ẽt id qđ est esse enũ
ciatione cõstituat: vt si viuẽte socrate dicat: viuit so-
crates: vera erit affirmatio. Sin vero qđ non est eẽ
negauerit: est negatio vera: vt si quis non viuente so
crate dicat socrates nõ viuit. Ex his igit. i. ex affirma
tione vera et negatione falsa: et rursus ex negatiõe ve
ra et affirmatione falsa quattuor quidẽ sunt enũcia-
tiones: sed in duabus affirmatio: in duabus negatio
cõtinẽt: Contradictiones võ due. hoc est. n. qđ ait: qm
aũt est enunciare et qđ est non esse. falsam enunciatio
nem negationis oñdit: quodqz addidit et q non ẽ eẽ.
falsam affirmationẽ in enunciatione proposuit. illud
quoqz qđ dixit et q est esse. enunciationẽ verã desi-
gnat: qr id qđ est eẽ vera affirmatione profert: ampli
us qđ ait: et q non est nõ esse: vere negationis speciẽ
dedit. Quare et si q est vere põt dici esse. et id qđ est
falso põt predicari nõ esse. et id qđ nõ ẽ vere põt enũ
ciari non esse. et id qđ non est: falso esse poterit affir
mari. Manifestũ est oẽz affirmationẽ habere aliquã
cõtradictionẽ negationis oppositã. et oẽm rursus ne
gationẽ affirmationis oppositione facere contradi-
ctionẽ. etenĩ si oẽ quod quis affirmauerit: negari po
terit: et qđ quis negat: poterit affirmari: quis dubi-
tauerit nec affirmationem posse constitui: cui non ne
gatio cõtradicat: nec negationẽ: cuius nulla affirma
tio valeat inueniri. Oĩs igitur affirmatio negationẽ:
et negatio hẽt oppositam affirmationẽ: est igitur con
tradictio affirmatio et negatio opposite. quid autẽ sit
oppositio posterius dicendũ est: aut quid sit contradi
ctio post diligentissima ratione monstrabo. Qđ autẽ
ait: et circa ea que sunt extra presens tempora. tale est
tanqz si diceret. Sicut affirmatio et negatio in pre-
senti tempore fieri potest: ita etiam vel in preterito
vel in futuro. nam sicut potest id quod est esse consti
tui: ita potest id quod fuit fuisse proponi et id qđ fu-
turum est: in specie futuri temporis affirmari vt cũ
dicimus socrates fuit: sol estate in cancro futurus est
Eodem modo ergo et de futuro et de preterito affir-
matio et negatio constituuntur quemadmodum de
presenti: futurum autem et preteritum extrinsecus
est et preter presens tempus est. Illud enim veniet:
illud recessit. Recte igitur et circa ea que sunt ex-
tra presens tempora. huiusmodi posse affirmationes
negationesqz dixit euenire. circa enim preteritum

⁊ futurum: qđ est extrinsecus a presenti tempore si-
militer omne cōtingit. vt ipse ait ꝙ quis affirmaue
rit negare. ⁊ quod quis negauerit affirmare. vnde fit
vt in oībus temporibus illud constet omni affirma-
tioni posse opponi negationē: omniqꝫ negationi op-
positam affirmationem posse constitui. Nunc autem
qualis debeat sumi oppositio in affirmatiōe ⁊ nega
tione demōstrat. hec.n. est contradictio affirmatio ⁊
negatio opposite. Quod si he opposite constituunt cō
tradictionem: qualis in his debeat esse oppositio: que
contradictionem constituat: recte prosequitur.

¶ Dico autem opponi eiusdem de eodem: nō au-
tem equiuoce: ⁊ quecunqꝫ cetera talium determi-
nauimus contra sophisticas importunitates.

¶ Cum duobus terminis simplex propositio constet: ⁊
vnus subiectus sit: ⁊ alius predicet: subiectus autem
sit: qui prius dr̄: predicatus vero qui posterius: di-
cit illa oppositione affirmationē ⁊ negationem inte
grā constituere contradictionē: que idem subiectum
hēt: idem etiā predicatū: vt subiectum neqꝫ predica-
tū plura significet: alioqn non erit contradictio neqꝫ
aliqua oppositio: vt cum dico socrates albus est: ⁊ ali
us dicit ethiops albus non est: hec affirmatio atqꝫ ne
gatio non sunt opposite. Idcirco ꝙ est aliud subiectū
⁊ idem predicatū. In affirmatione.n. socrates subie-
ctus fuit in negatione ethyops. Rursus cum dico so
crates albus est: ⁊ alius dicit socrates philosophus
non est: nec hec rursus negatio contra affirmationē
retinet oppositionē: ideo ꝙ aliud p̄dicatū in vtrisqꝫ
ponit̄ in affirmatione.n. album predicat̄ ad socra
tem: in negatione philosophus. Quod si vtraqꝫ sunt
diuersa: multomagis nulla fit oppositio: vt cum di-
co socrates philosophus est. si respondeat alius pla-
to Romanus non est. hic neqꝫ idē subiectū est: neqꝫ
idem predicatum. ⁊ plus iste diuerse sunt: ⁊ nulla con
tra se oppositione cōposite: atqꝫ ideo possunt vtreqꝫ
simul esse vere: ⁊ si ita cōtingit vtreqꝫ simul esse fal-
se: necnon etiā vna vera: altera falsa. Que.n. se nō pi
mūt: nihil eas īpedit aut vtrasqꝫ falsas: aut vtrasqꝫ
veras: aut vnam verā: falsam alterā reperiri. quare
quorum vel aliud subiectū est: vel aliud predicatum:
illa opposita esse nō dicimus. vn̄ fit vt nec illa quoqꝫ
que plura significant: si subiecta aut predicata sint: cō
tradictoriā negationem valeant custodire: si quis.n.
nomen equiuocum subiciat ⁊ aliud predicet: ⁊ si quis
contra huiusmodi affirmationem cōstituat negatio-
nem: nō faciet oppositionem vt cum dico cato se vti-
ce occidit. nomen hoc qđ dicitur cato equiuocum est.
pōt enim ⁊ orator intelligi: ⁊ hic qui exercitum duxit
in Affricā. Si quis igit̄ dicat: cato se vtice occidit. po
test fortasse intelligi de catone martie. si quis respon
deat cato se vtice non occidit. pōt de catone censori-
no constituisse negationem. Sed qm̄ diuersus est ca-
to censorinus catone martie: ⁊ nomen ipsum catonis
diuersa significat: diuerse erunt a se affirmatio ⁊ ne-
gatio: ⁊ id non olo perimit negatio: qđ ꝯstituit affir
matio. Affirmatio.n. constituit martie Catonē se vti
ce peremisse. Negatio vero dicit Catonem si ita con-
tingit oratorem non se vtice peremisse. q̄re non cōsti
tuūt ver̄ īter se falsūqꝫ: idcirco ꝙ a se diuerse sūt. nā
vtrumqꝫ ver̄ est ⁊ ꝙ se cato vtice occidit scilicet mar
cie: ⁊ ꝙ se cato vtice non occidit. s. orator atqꝫ hic eq
uocum subiectū fecit: vt hec affirmatio ⁊ negatio op
positionem nullo mō constituerent. Quod si predica-
tum fuerit equiuocū: eodem mō contradictio nō fit.

Dicat enim quispiā cato fortis est ⁊ de catone predi-
cet fortitudinem ingenii: aliusqꝫ respondeat cato for
tis non est ad imbecillitatē corporis spectans: ita igit̄
equiuocatio fortitudinis ambiguitatem fecit. que op
positionem nulla ratione cōponeret. ⁊ si vterqꝫ ter-
minus subiectus ⁊ predicatus equiuoci fuerint: mul-
tomagis diuerse a se erunt ꝓpositiones ⁊ non opposi
te: nec inter se verū falsumqꝫ diuidentes: sed vtrasqꝫ
veras: interdū vtrasqꝫ falsas esse contingit. Quare
vnum opꝫ esse subiectum vnūqꝫ predicatū: vt id qđ
affirmatio predicauit ⁊ iunxit: idē negatio diuidat et
abiungat: ⁊ id quod de subiecto affirmatio predica-
uit: de eodem negatio neget. Nam si sit vterqꝫ equi-
uocus terminus aut quilibet vnus eorum: fieri pōt
vt aliud tollat negatio quā affirmatio posuerat. ita
ꝙ nulla sit oppositio. quare non ita faciendū est: sed
idem subiectum ⁊ predicatū in affirmatione esse de-
bet: idem in negatione: atqꝫ hoc est qđ ait: dico autē
opponi eiusdem de eodē: non autem equiuoce. Qđ
enim ait eiusdē ad predicatū retulit qđ de eodem ad
subiectū. ⁊ subaudiendū est. dico autem opponi nega
tionē eiusdē predicati de eodem subiecto: sed vt non
sint equiuoca neqꝫ subiectum neqꝫ predicatū: ⁊ mul
tomagis vtraqꝫ: sed vnum aliqd significent. quod p
hoc dixit: qđ ait. non aūt equiuoce: nec sola si non sit
equiuocatio: ratio firma est ad constituendā opposi-
tionem. Multa.n. sunt que in sophisticis elenchis cō
tra eos qui argumentis fallacibus vere rōnis viā co
nant̄ euertere: determinauit quēadmodum faciende
essent ꝓpositiones ⁊ quēadmodū inuenienda esset ar
gumentoꝝ fallacia: qđ hic ait: ⁊ quecūqꝫ cetera tali-
um determinamus cōtra sophisticas importunitates
tanqꝫ si diceret. dico qdem opponi affirmationē ne-
gationi eiusdē predicati de eodē subiecto: hoc ⁊ que-
cunqꝫ alia sunt q̄ in sophisticis elēchis determinata
sunt cōtra argumentoꝝ importunitates. ⁊ hic quidē
qm̄ aliud negocium erat cōmodissime breuiterqꝫ ꝑ
strinxit. nos aūt quid in sophisticis elenchis determi-
nauerit ad constituendā oppositionis contradictionē
quantū breuitas patitur: nō grauamur opponere.
Non.n. solum si equiuocatio in propositionibus collo
cetur: nulla fit cōtradictio: verū etiam si vniuocatio
in negatione ponit̄: illa oppositio contradictionē pe-
nitus non habebit: est.n. oppositio hūs contradictio
nem: in qua affirmatio si vera est: negatio falsa sit: si
negatio vera est: fallax affirmatio videat̄. Posita
ergo sm̄ vniuocationē terminis vtrasqꝫ simul ⁊ affir
mationē ⁊ negationē veras esse contingit: vt si quis
dicat homo ambulat: hō non ambulat: affirmatio de
quodā homine vera est: negatio de speciali vera: sed
specialis homo ⁊ particularis vniuoca sunt. Quocirca
ca sumptis vniuocis contradictio non fit: at vero nec
si ad aliam ⁊ aliam partem affirmatio negatioqꝫ po
natur: fit in ipsis vlla veri falsiqꝫ diuisio: sed vtrasqꝫ
veras esse contingit: vt cum dico oculus albus ē: ocu
lus albus non est. In alia.n. parte albus est: in alia al
bus non est: atqꝫ ita negatio v̄a est ⁊ affirmatio: nec
si ad aliud: atqꝫ aliud referens dicat nulla inde cōtra
dictio procreat̄: vt cum dico decem dupli sunt decem
dupli non sunt: nā si ad quinariū referam: vera est af
firmatio: si ad senariū: vera negatio: nec si diuersum
tēpus in affirmatione ac negatione sumat̄: vt cū di-
co socrates sedet: socrates non sedet. alio.n. tempore
sumptū sedere veram facit affirmationē: alio tempo
re non sedere verā facit negationē. Amplius quoqꝫ
si diuerso

si diuerso modo quis dicat in negatione quod iam in affirmatione proposuit: vim contradictionis intercipit. Si quis enim dicat affirmationem potestate. negationem vero actu: possunt affirmatio et negatio vno tempore congruente veritate consistere: vt si quis dicat catulus videt: catulus non videt. potestate enim videt actu vero non videt. Quocirca oportet fieri si facienda est contradictio eiusdem (vt ipse ait) predicati de eodem subiecto non equiuoce sed vniuoce: ad eandem partem: ad idem relatum ad idem tempus eodemque modo constitui. Que oia in sophisticis elenchis diligentissime prosecutus est. nunc pauca commemorans distulit in illis libris integram disputationem. Est autem enunciatio de eo quod est aliquid esse vel non esse. Affirmatio quidem de eo quod est esse vt plato philosophus est. Negatio vero de eo quod est non esse: vt plato philosophus non est: Hec vtraque enunciatio plato philosophus est. plato philosophus non est sese perimentia et in contrarium quasi quodam locata ligitio faciunt contradictionem. Contradictio vero est oppositio affirmationis et negationis: in qua neque ambas falsas: neque ambas veras esse contingit: sed vnam semper veram: alteram vero falsam. si qua autem sunt huiusmodi: in quibus verum falsumque affirmatio negatioque non diuidat: in illis aliquid diuersum et non ad oppositionem integram reperitur. Dicit autem porphyrius argumentum esse ad id quod dicimus affirmationem negationi ita oportere opponi: vt vna vera opposita alteram mox falsitas veniat communem inter nos consuetudinem colloquendi. Quando enim quis aliquid est dixerit idem alius negauerit. vnum ipsorum verum dicere: mentiri alium suspicamur. Amplius quoque. Si aliquid aut est aut non est mediumque inter esse et non esse nihil poterit inueniri. affirmatio autem ponit aliquid esse: idemque aufert negatio: et est contradictio affirmatio etiam negatio opposite: talis oppositio integram facit contradictionem: in qua affirmatio et negatio vtreque vere simul esse non possunt. Affirmationis autem negationisque natura ad qualitatem quandam refertur. Qualitas enim quedam est affirmatio atque negatio: preter hanc vero qualitatem est etiam quantitas propositionum. de qua posterius paulo dicendum est. Sed volens Aristo. quid esset contradictio nos docere prius vbi esset ostendit. in oppositione enim contradictionem omnem necesse est esse. Quare quoniam contradictio in oppositione est. qualis autem oppositio hanc contradictionem faciat: adhuc ignota est. Est que hec oppositio aut in qualitate propositionum aut in quantitate aut in vtroque. et de qualitate propositionum que in affirmatione et negatione consistit: dictum est: nunc de quantitate dicetur: vt ea quoque cognita perspiciatur: an in qualitate: an in quantitate. an in vtroque propositionum contradictio sit.

¶ Quoniam autem sunt hec quidem rerum vniuersalia. illa vero singularia. Dico autem vniuersale quod in pluribus natum est predicari. singulare vero quod non vt homo quidem vniuersale plato vero eorum que sunt singularia. necesse est autem enunciare. quoniam inest aliquid aut non. aliquotiens quidem eorum alicui que sunt vniuersalia. aliquotiens autem eorum que sunt singularia.

¶ Omnis propositio significationis sue proprietatem ex subiectis intellectibus capit. Sed quoniam necesse est intellectus rerum esse similitudines: vis propositionum per intellectus ad res quoque continuatur. Atque ideo cum aliquid vel affirmare cupimus vel negare: hoc ad intellectus et conceptionis animi qualitatem refertur. Quod enim imaginatione intellectuque concipimus: id in affirmatione aut in negatione ponentes affirmamus. et negamus et principaliter quidem ab intelligentia propositiones vim capiunt: et proprietatem. Secundo vero loco ex rebus sumunt. ex quibus ipsos intellectus constare necesse est. vnde fit vt et quantitate propositio et qualitate participet. Qualitate quidem in ipsa affirmationis et negationis prolatione: quam ex proprio quis iudicio emittit ac profert. quantitate vero ex subiectis rebus quas capiunt intellectus: videmus namque alias esse in rebus huiusmodi qualitates: que in aliam conuenire non possunt nisi in vnam quamque particularem singularemque substantiam. alia est enim qualitas singularis: vt platonis vel socratis: alia est que communicata cum pluribus totam se singulis et omnibus prebet: et est ipsa humanitas. Est enim quedam huiusmodi qualitas: que et in singulis tota sit: et in omnibus tota. Quotienscunque enim aliquid tale animo speculamur: non in quamlibet vnam personam per nomen hoc mens cogitatione deducimur. sed in omnes eos quicunque humanitatis diffinitione participant. vnde fit vt hec quidem sit communis omnibus illa vero prior incommunicabilis quidem cunctis. vni tamen propria. Nam si nomen fingere liceret: illam singularem quandam qualitatem et incommunicabilem alicui alii substantie suo ficto nomine nuncuparem: vt clarior fieret forma propositi. Age enim incommunicabilis platonis illa proprietas platonitas appelletur. eo enim modo qualitatem hanc platonitatem ficto vocabulo nuncupare possumus. quomodo hominis qualitatem dicimus humanitatem. Hec ergo platonitas solius vnius est hominis. et hoc non cuiuslibet sed solius platonis. humanitas vero et platonis et ceterorum quicunque hoc vocabulo continentur. vnde fit vt quoniam platonitas in vnum conuenit platonem: audientis animus platonis vocabulum ad vnam personam vnamque particularem substantiam referat. Cum autem audit hominem: ad plures quosque intellectum referat: quoscunque humanitatem continere nouit: atque ideo quoniam humanitas et omnibus hominibus communis est et in singulis tota est: equaliter cunctis homines retinent humanitatem sicut vnus homo. Si enim id ita non esset: numquam specialis hominis diffinitio particularis hominis substantie conueniret. Quoniam igitur hec ita sunt iccirco homo quidem dicitur vniuersale quiddam ipsa vero platonitas et plato particulare. His ergo ita positis quoniam vniuersalis illa qualitas et in omnibus potest et in singulis predicari: cum dicimus homo. ambiguum est: et dubitari potest: vtrum de speciali dictum sit: an de aliquo particulari: iccirco quia nomen hominis et de omnibus dici potest et de singulis quibusque: qui sub humanitatis specie continentur. Quare indefinitum est vtrum de omnibus dictum sit id quod diximus homo an de vnaquaque indiuidua hominis et particulari substantia. Hanc igitur qualitatem humanitatis in ambiguitate scilicet separare nitamur: determinanda est aut in pluralitate distendenda: aut in vnitate numeri colligenda. nam cum dicimus homo indefinitum est: vtrum omnes dicamus vnum. Sin vero additum fuerit omnis. vt sit predicatio omnis homo vel quidam: tunc fit distributio et determinatio vniuersalitatis: et nomen quod quod vniuersale est idest homo vniuersaliter prefe

rimus dicentes omnis homo aut particulariter dicentes quidam homo. omnis enim nomen vniuersalitatis significatiuum est. Quocirca si omnis quod vniuersale significat ad hominem quod idem ipsum vniuersale est adiungatur: res vniuersalis que est homo vniuersaliter predicatur secundum id quod diffinitio ei adiicitur quantitatis. Sin vero dicimus sicut quidam homo: tunc vniuersale quod est homo addita particularitate per id quod adiectum est quidam particulariter profertur: et dicitur res vniuersalis prolata particulariter. Sed quoniam particularis est predicatio quidam homo. particularis rursus predicatio platonis de vno enim dicitur quidam homo: et de vno dicitur plato. non eodem modo particulares vtreque esse dicuntur. plato enim vnam ac definitam substantiam proprietatemque demonstrat: que conuenire in alium non potest. quidam homo vero quod dicitur particulariter ipsum nomen vniuersale determinat: sed si de esset quidam id quod dicimus homo vniuersale esset ac per hoc ambiguum permaneret: quod vero dicimus platonem numquam esse poterit vniuersale: Nam et si quando nomen hoc plato pluribus imponatur. non tamen hoc nomen: idcirco erit vniuersale. Namque humanitas ex singulorum hominum collecta naturis in vnam quodammodo redigitur intelligentiam atque naturam. nomen vero hoc quod dicimus plato multis secundum vocabulum fortasse commune esse videretur: nulli tamen illa proprietas platonis conueniret: que erat proprietatis aut nature eius platonis qui fuit socratis auditor: licet eodem vocabulo nuncuparetur. hoc vero ideo quoniam humanitas naturalis est. nomen vero proprium positionis. Nec hoc nunc dicitur: quod nomen platonis de pluribus non potest predicari sed proprietas platonis. Illa enim proprietas naturaliter de pluribus non dicitur sicut hominis: et ideo incommunicabilis (vt dictum est) qualitas est ipsa platonitas. communicabilis vero qualitas vniuersalis: que et in pluribus et in singulis est. vnde fit ut cum dico omnis homo in numerum propositionem redigam. cum vero dico socrates aut plato: non in numerum mittam: sed qualitatem proprietatemque vnius in sua indiuidua singularique substantia constringam ac predicem. Quare in hoc quoque maxime he due particularitates quidam homo et plato distant. quod cum dico plato: quem hominem dixerim vocabulo designaui: proprietatemque vniuscuiusque quem nomino. Cum vero dico quidam homo: numerum tum reieci: et ad vnitatem propositionem redegi. De quo autem dicam: hec particularitas mihi non subdidit: quidam enim homo potest esse: et socrates et plato et cicero et vnusquisque singulorum: quorum proprietates a se in singularitatis ratione et natura diuerse sunt. vnde commodissime Theophrastus huiusmodi particulares propositiones: quales sunt quidam homo iustus: particulares indefinitas vocauit. Partem namque tollit ex homine quod est vniuersale vel vocabulo vel natura. Que tamen ipsa sit pars et qua proprietate descripta non determinat nec definit. vnde vniuersale vocauit quod de pluribus naturaliter predicatur. vt homo: non quod positione quemadmodum nomen Alexandri de troiano et de macedone et philippi filio de pluribus dicitur. hoc enim positione de pluribus dicitur: illud natura et persubtiliter ait. quod in pluribus natum est predicari. Est enim hec vniuersalitas naturalis. illam vero nominis reique proprietatem que particularis est singularem vocauit dicens. Plato eorum que sunt singularia: quod autem fecit est dicens. Necesse est autem enunciare quoniam inest aliquid aut non aliquotiens quidem eorum aliquo que sunt vniuersalia aliquotiens autem eorum que sunt singularia huiusmodi est tamquam si diceret. Omnis quidem affirmatio et negatio inesse aut non inesse demonstrat. Et quicquid enunciatur. aut de eo quod est esse proponitur: vt plato philosophus hec enim propositio platonem philosophiam inesse constituit. aut de eo quod est non inesse: vt plato rhetor non est: hec enim a platone rhetoricam diuidens eidem rhetoricam non inesse proponit. ergo quoniam necesse est aut aliquid alicui inesse dicere: aut aliquid alicui non inesse. illud quoque necesse est vt intelligamus cum inesse aliquid dicimus aut vniuersale esse: vt cum dicimus homo albus est: albedinem vniuersali rei inesse monstramus. id est homini. aut certe particulare ac singulare vt si quis dicat socrates albus est albedinem enim socrati singulari subiecto et proprietati incommunicabili inesse significauit: sed in singularibus siue affirmetur aliquid siue negetur: vnus oppositionis modus est: qui vim contradictionis obtineat. nam omne singulare atque indiuiduum nulla sectione diuiditur: secundum ipsum quoque facta contradictio simplex erit: In his autem que in vniuersalibus sunt non est vnus modus contradictionis. Nam cum dico socrates homo est socrates homo non est: sola huiusmodi oppositio si omnia illa conueniant: que contra argumentorum importunitates supra iam dicta sunt ad faciendam contradictionem idonea reperitur. Sin vero tale aliquid subiectum sit: de quo aliquid predicetur quod sit vniuersale: et in pluribus (vt ipse ait) natum sit predicari: non est simplex oppositio contradictionis. Sunt enim earum propositionum que de vniuersalibus rebus fiunt tres differentie vna que omnis complectitur: vt cum dico omnis homo animal est. alia que ex indefinita multitudine et innumera pluralitate ad vnam propositionem vim colligit atque constringit. hec huiusmodi est tamquam si quis dicat quidam homo animal est. alia vero est que neque in pluralitatem propositionem tendit: neque in particularitatem redigit: vt eam que sine vlla determinatione proponitur: vt est homo animal est: homo animal non est. huic enim nec quidam quod particularitatis: nec omnis quod est vniuersalitatis adiunximus. vnde fit vt singularitas simpliciter predicetur: vniuersalitas vero aliquotiens vniuersaliter: vt omnis homo animal est: homo res vniuersalis vniuersaliter predicata est. nam cum sit homo vniuersalis quod ei adiectum est omnis vniuersalitatem vniuersaliter appellari facit. Rursus est: vt vniuersalitas particulariter predicetur: vt cum dico quidam homo animal est. quidam particulare determinat: sed iunctum ad hominem vniuersalem suam particulariter predicari fecit. Est quoque vniuersale non vniuersaliter predicare: quotiens sine adiectione vniuersalitatis vel particularitatis simpliciter nomen vniuersale ponitur: vt est homo animal est. Determinationes autem dicuntur: que rem vniuersalem vel in totum fundunt: vt omnis: vel in partem contrahunt: vt quidam. omnis vero vel quidam quantitatem propositionis determinant: que quantitas iuncta cum qualitate propositionum quatuor variat modis. Qualitas autem propositionum in affirmatione et negatione est aut enim vniuersalem rem vniuersaliter predicat affirmatiue: vt omnis homo animal est. aut vniuersalem rem particulariter affirmatiue: vt quidam homo animal est: aut vniuersalem rem vniuersaliter negatiue: vt nullus homo lapis est aut vniuersalem rem particulariter negatiue: vt quidam homo lapis non est. Oportet autem in his que vniuersali determinatione proponuntur in ipsis determinationibus fieri negationem: vt quoniam determinatio vniuersalis rei est vniuersaliter: cum dicimus omnis homo iustus est: si vniuersaliter negabimus:

liter negabimus: dicamus nullus homo iustus est: et quia nullus eam vniuersalitatem que est omnis intercepit: non eam que est homo. Rursus si idem ipsum omnis homo iustus est, negare particulariter velim: dicas non omnis homo iustus est: per particularem negationem vniuersalitatis vim interimens. in particularibus vero non idem. Si enim eam que est particularis determinatio vniuersalis rei: vt est quidam homo iustus est: negare velim particulariter nequaquam quidam homo iustus non est. hoc autem iccirco fit: quoniam habet quandam similitudinem atque ambiguitatem: verum vniuersaliter an sit particulariter dictum: si in vniuersalibus propositionibus negatiue particule ad predicationes potiusque ad determinationes ponantur. Si enim contra hanc affirmationem que est omnis homo iustus est: ponam hanc que negat omnis homo iustus non est: hec duas res significare videbitur: et quod nullus iustus sit. omnem enim iustum non esse proponit: et quod sint quidam homines non iusti omnem enim hominem negauit iustum esse. hoc autem nihil impedit vt aliquis sit iniustus. aliquis iustus. nam si aliquis est iustus: non repugnat ne vera sit propositio que dicit omnis homo iustus non est: non enim est iustus omnis homo. si alii iusti sint: alii vero iniusti. quare quoniam duplicis significationis est: iccirco vniuersalis negationis diffinitio que est nullus: vniuersalis affirmationis tollit determinationem que est omnis: atque ideo in particularibus negationibus ad ipsam vniuersalitatem affirmationum negatio necesse est apponatur: vt in eo quod est omnis homo iustus est: illa est ei opposita negatio que est non omnis homo iustus est: si illa que est omnis homo iustus non est: ne sit ambiguum vtrum vniuersaliter an particulariter neget. Dictum est enim hanc negationem que est omnis homo iustus non est et vniuersalitatis interpretationem designare et particularitatis propositionem. Quotiens vero particulare aliquid tollitur: in his non iam ad determinationem: sed ad predicatum particula negationis apponitur: vt in eo quod est quidam homo iustus est: nullus dicit non quidam homo iustus est. Neque enim hic ad determinationem particularem quod est quidam negatio ponitur: sed dicimus quidam homo iustus non est scilicet ad predicatum quod est iustus. vnde etiam ad indeterminatas propositiones que sunt sine omnis aut nullus: aut alicuius determinatione ad predicatum semper apponitur particula negatiua: vt est homo iustus est. nemo enim dicit non homo iustus est: sed homo iustus non est. In singularibus quoque non dico non socrates iustus est: sed socrates iustus non est: et nisi aliquotiens ambiguitas impediret ad predicatum semper negatio poneretur. Sed omnia quecunque in determinatione ponuntur talia sunt que aut totum colligant in affirmatiuo: vt est omnis: aut totum perimant in negatiuo: vt est nullus: aut colligant in affirmatiuo partem vt est quidam: aut interimant in negatiuo partem vt quidam non; aut in negatiuo perimant totum particulariter: vt est non omnis sed quidam non: et non omnis particulares negationes sunt siue enim quis partem ex toto surripiat particulare est quod reliquit: quia a totius perfectione discessit. siue quis totum esse neget siue partem relinquat: rursus particulare est quod reliquum sit. Nam cum dico quidam homo iustus non est: abstuli partem: et rursus cum dico non omnis homo iustus est: cum negaui omnem aliquem quod iustus non esset ostendi. hec ergo non omnis et quidam determinationes planissime sunt: et communi intelligentie subiecte: has due particulares recipiunt negationes: vt ea que est quidam non determinationem particularem negat ea vero que est non omnis vniuersalem negat determinationem: sed vtreque negationes (vt dictum est) in particularitatem construunt. Quod autem dicimus nullus proprium quoddam videtur esse vocabulum: non omnis quod dicitur omnem per aduerbium negatiuum quod est non adimit. Rursus cum dicimus quidam in eo quod est quidam aduerbium quod est non additum a subiecto termino particulare separat. nullus vero in vocabulo ipso quod separet non monstrat: et videtur quodammodo non potius esse negatio quam affirmatio neque enim aduerbium est nec coniunctio: aduerbia namque atque coniunctio declinationibus carent. nullus vero quod dicimus et generibus subiacet et inflectitur casibus: quid igitur est: an erit nomen: sed nulla negatio nomen esse monstratur. Quid sit ergo tali inuestigatione querendum est: videtur enim quod dicitur nullus tale esse tanquam si dicamus nec vnus: nam qui dicit nullus homo animal est tantundem valet quantum nec vnus homo animal est. Quod vero dicimus vllus hoc ab eo diminutiuum est quod est vnus. Diminutio namque vnius vllus est: tanquam si dicerem vnullus: ergo plus negat: quisquis etiam diminutionem: vt si quis dicat non modo non habet gemmam quod maius est: verum etiam nec gemmulam quod est minus Sic ergo qui negare vult etiam vnum: plus negat si dicat nec ipsum vnius diminutiuum illud esse quod dicitur. vt si quis velit dicere nec vnum esse hominem in theatro: ita dicat: non modo illic vnus homo non est: verum nec vllus. Cum ergo dicimus nullus: ita preponimus tanquam si dicamus nec vllus. tenet igitur hec in se determinatio: que est nullus: vicem negationis et nominis. negationis quidem in eo quod est nec: nominis vero in eo quod est vllus: quod est diminutiuum vnius. Ita igitur maxima fit negatio rei paruissime quod est vnus: si ipsius diminutiuum quoque subtrahat quod est vllus. quare et omnem et quendam statim tollit negatio: que vnius quoque ipsius diminutiuum predicatione subducit: ut ea que est nullus homo iustus est hoc enim tantum est tanquam si dicat non vllus homo iustus est hoc idem valet tanquam si dicatur non vnus homo iustus est. Quare quoniam de his quoque sufficienter dictum est: ad Aristotelis verba consequenti ordine veniamus.

Si ergo vniuersaliter enunciet in vniuersali. quoniam est aut non est. erunt contrarie enunciationes. Dico autem in vniuersali enunciationem vniuersalem vt omnis homo albus est nullus homo albus est.

Demonstrare oppositionem contradictionis intendit sed quoniam viam reperiendi ordinemque permiscuit: iccirco nos quoque pauca quedam prius ordinata expositione predicimus. ne lector confusionis caligine atque obscuritate turbetur. Olim propositionum que sunt simplices quas cathegoricas grece vocant: nos predicatiuas dicere possumus: quattuor sunt diuersitates. Aut enim affirmatio est et negatio vniuersalis: vt est omnis homo iustus est nullus homo iustus est. Aut affirmatio et negatio particularis: vt est quidam homo iustus est: quidam homo iustus non est: Aut affirmatio et negatio indefinita: ut homo iustus est: homo iustus non est. Aut de singulari subiecto affirmatio et negatio: ut cato iustus est cato iustus non est. Harum vero inter se veritas falsitasque non se habet similiter sed diuerse. Et prius de vniuersalibus atque particularibus, idest de his que determinate sunt dicendum est:

post de reliquis disputabitur. Disponatur ergo affirmatio vniuersalis que est omnis homo iustus est. et contra hanc negatio vniuersalis que est nullus homo iustus est: sub his autem sub affirmatione quidẽ vniuersali particularis affirmatio que est quidam homo iustus est: sub vniuersali negatione particularis negatio que est quidam homo iustus non est. hoc autem demonstrat descriptio subiecta.

Vlis affirmatio. Omnis hõ iust' est | Vlis negatio. Nullus hõ iust' est



Quidã hõ iust' est Particularis affir. | Quidã hõ iust' nõ ẽ Particularis nega.

Ea que huius libri series cõtinebit: exponere altioris pene tractatus est: quã vt in logica disciplina cõueniat disputari. sз quĩ (vt sepe dictũ est) orationib᷒ sensa ꝓferuntur: quib᷒ subiectas esse res manifestũ ẽ: non ẽ dubiũ quin qð in rebus sit id sepe trãsferat᷑ ad voces. quare mihi recte cõsiliũ fuit subtilissimas Aristote. sẽtẽtias gemino ordine cõmentationis aperire. Nã quod prior tenet editio: ingredientibus ad hec altiora ⁊ subtiliora quãdã quodãmodo faciliorẽ semitam parat. Qð aũt secũda editio in pate faciẽdis subtilibus sentẽtijs elaborat. Hoc studio doctrinaqз ꝓuectis legendũ discẽdũqз proponit᷑: quare prius quedã pauca dicenda sunt: quatenus ea de quib᷒ postea tractaturi sum᷒. hec ipsa legẽtib᷒ nõ videãtur ignota. Categoricas ꝓpõnes greci vocant q̃ sine aliq̃ ꝯditiõe ꝓpõnis ꝓnũt᷑: vt ẽ dies ẽ: sol ẽ. hõ ẽ. sol calet ⁊c. q̃ sine alicui᷒ ꝯditiõis nodo atqз ligamĩe ꝓponũt᷑. Sũt ãt ꝯditiõales ꝓpõnes hmõi. si dies ẽ lux est: quas greci hypotheticas vocant. Conditionales aũt dicunt᷑: q᷑ talis quedã proponit᷑ cõditio: vt dicat᷑ si hoc est illud est. ⁊ illas quidẽ quas cathegoricas greci nominãt. latine ꝑdicatiuas dicere possumus. Nam si cathegoria predicamẽtũ est: quare nõ quoqз cathegorice propositiões predicatiue dicant᷑. Harum autẽ quedã sunt: que cũ sempiterna significent: sicut he res quas significant semper sunt: ⁊ nunqз a propria natura discedũt: ita quoqз ipe propositiones imutabili significati de sunt vt si quis dicat deus est deus imortalis ẽ. he nãqз ꝓpositiões sicut de imortalibus dicũtur: ita quoqз sempiternã habẽt ⁊ necessariã significationẽ: neqз hoc in vni᷒ tꝑis natura ꝓspicitur. sed in oluз. Nã cũ dicimus deus imortalis ẽ: vel imortalis fuit: vel imortalis erit: a propria significatiõis necessitate nõ discrepant. necessarias autẽ propõnes vocam᷒ in qb᷒ id qð dicit᷑. aut fuisse: aut esse: aut certe necesse ẽ euẽire. ⁊ hec qdẽ que sẽpiterna significãt: sempiterne necessitatis sũt. Nã ẽt si ĩ his nõ sit manifesta veritatis natura: nihil tñ ꝓhibet sitã eẽ necessitatis ĩ natura cõstãtiã: vt si nobis ignotũ est vtꝝ paria sint astra an ĩparia: nõ tñ iccirco poterit euenire: vt nec paria nec ĩparia videãt᷑: sз sine vlla dubitatione aut paria sũt aut ĩparia. Oĩs. n. multitudo hoꝝ alteꝝ retiet ĩ natura. quocirca ⁊ ĩ his si qs dicat astra paria sũt: aliusqз respõdeat astra paria nõ sũt. vel si qs dicat astra ĩparia sunt: aliusqз rñdeat astra ĩparia non sunt vn᷒ hoꝝ veꝝ ex necessitate ꝓponit. ⁊ q̃zq̃z id qð qlibet hoꝝ veꝝ dixerit: nobis ignotũ ẽ: necesse ẽ tñ ĩmutabiliter eẽ qð dicit᷑: atqз he quidẽ sũt ĩmutabiliter necessarie ꝓpõnes. Alie vo sũt que non sempiterna significãtes sunt tñ ⁊ ipse necessarie: quousqз illa subiecta sũt. de qb᷒ ꝓpõ aliqd affirmat aut negat: vt cũ dico homo mortalis ẽ. q̃zdiu hõ ẽ tãdiu hoiez esse mortalẽ necesse ẽ: nã si qs dicat ignis calid᷒ ẽ: quãdiu ẽ ignis tãdiu ex necessitate vera ẽ ꝓpõ. Alie vo sũt q̃ a natura necessitatis recedũt: ⁊ q̃dã tñ cõtigentia significãt. sз hec aut eq̃lr se ad affirmationẽ negationẽqз habẽtia sũt: aut ad vnũ vergẽtia frequẽti᷒. eq̃lr se qdẽ hñt: vt si qs dicat me hodie eẽ lauãdũ hodie me sz eẽ lauãdũ. Nihil. n. negatio vel affirmatio fiet magis. vtreqз. n. eq̃lr necessarie ñ sũt. Ille vo q̃ pl᷒ ad alterã ptẽ vergũt hmõi sũt: vt si qs dicat hoiez ĩ senectute canescere hoiez ĩ senectute nõ cãescere: sit qdẽ freq̃nti᷒ vt canescat: nõ tñ iterclusũ ẽ: vt nõ cãescat. Predicatiuaꝝ ãt ꝓpõnũ nã ex reꝝ veritate ⁊ falsi-

tate colligit. Quēadmodū se se res habent: ita se se ꝓpositiones habebūt que res significāt. Nā si in se res vllam retinent necessitatem: propositiones quoq; necessarie sunt. sin vero tantū inesse significent: vt si q̄s dicat homo ambulat: hominī inesse ambulationē nō sit aūt: preter aliquā necessitatē sunt tantū inesse significantes omni vacue necessitate. Quod si res ipossibiles sunt. propositiones que illas res demonstrant: ipossibiles nominant. si vero res cōtingenter sunt venientes atq; abeūtes: que illas prodūt: contingentes propositiones nuncupant. Quoniā aūt temporū alia sunt futura: alia presentia: alia vero p̄terita: res quoq; subiecte temporibus: his quoq; temporū diuersitatibus varie sunt. alie n. presentis tp̄is sunt alie futuri: alie preterin. Eodē quoq; modo propositiões alie p̄teriti tp̄is significationē tenēt: vt cū dico greci troiam euertere: alie presentis vt francorum gothorūq; pugna cōmittit: alie futuri: vt p se ⁊ greci bello moturi sunt. ⁊ de preteritis quidem de presentibus: vt res ipse stabiles sunt ⁊ definite: sic ⁊ propositiones. Nam quod factū est: non est non factū: ⁊ quod est nō factū nondū factū est. iccirco de eo q̄ factum est verū est dicere definite quoniam factum est. ⁊ falsum ē dicere quoniā factū nō est. rursus de eo q̄ factū non est verū est dicere quoniā factū non est: falsum ē qm̄ factum est. ⁊ de presenti quoq; qđ fit definitam habz naturam in eo q̄ fit. definitam quoq; in propositionibus veritatē falsitatēq; habere necesse est. Nā q̄ fit definite verum est dicere quoniam fit: falsum qm̄ nō fit. Quod non fit verum est dicere non fieri: fieri aūt falsum. De definitione ergo propositionū p̄teriti vel presentis supra iam dictum est. Nunc vero ad illarū propositionum veritatem falsitatemq; disputationis ordinem conuertit: que in futuro dicunt: queq; sunt contingentia. solet autem futura vocare: que eadem cōtigentia dicere consueuit. Contingens s̄m Aristotelicam sententiā est: quodcūq; aut casus fert aut ex libero cuiuslibet arbitrio ⁊ propria volūtate venit aut facilitate nature in vtrāq; partem redire possibile est vt fiat. s. ⁊ non fiat. hec ergo in preterito quidem ⁊ p̄senti definitum ⁊ constitutum habent euentum: que enim euenerunt non euenisse non possunt. ⁊ que nūc fiunt vt nunc non fiant cum fiunt fieri nō potest. I his autem que in futuro sunt ⁊ contingentia sunt ⁊ fieri potest aliquid ⁊ non fieri. Sed quoniam tres modos supra posuimus contingentis: de quibus meli⁹ ī physicis tractauimus: singulorum subdamus exempla. si hesterno die egressus domo inueni amicū: quem in animo habebam querere non tamen tunc querebam vt nō inuenirē quem inueni anteq̄ȝ inuenirē fieri poterat. Cum autem inueni vel postq̄ȝ inueni: vt non inuenissem: fieri nō poterat. Rursus si ipse sponte preterita nocte profectus sum in agrum: anteq̄ȝ hoc fieret vt non proficiscerer fieri poterat. postq̄ȝ profect⁹ sum vel cum profectus sum: vt nō hoc fieret quod fiebat: aut non factū esset quod erat factum fieri nō valebat: Amplius possibile est scindi hāc quā vestior tunicam. si hesterno die scissa est cum scindebatur aut postq̄ȝ scissa est. vt non scinderetur aut non esset scissa fieri nequibat. ante vero q̄ȝ scinderetur fieri poterat vt non scinderetur. perspicuum ergo est in presentibus preteritis earundē rerū que sunt contingentes definitum constitutumq; esse euentū. In futuris aūt vnum quodlibet duorum fieri posse: vnum v̄o definitum non esse: sed in vtraq; parte vergere: ⁊ aut hoc quidem aut illud ex necessitate euenire: vt autem hoc quodlibet definite vel q̄dlibet aliud definite fieri non posse. que enim contingentia sunt: in vtraq; parte contingūt. q̄ autem dico tale est. egredientē me hodie domo amicū inuenire aut nō inuenire necesse est. In oībus enim aut affirmatio est aut negatio: sed inuenire sine dubio definite aut certe si hoc non est rursus definite nō inuenire nō est: necesse quemadmodum hesterno die quo amicū egrediens domo inueni definitū est: definitū est aūt q̄ non est verū me nō inuenisse. Non eodem modo ī his que sunt cōtigētia ⁊ futura: s̄ȝ tantū aut hoc quidē aut illud est: ⁊ hoc ex necessitate. Quod autem vna res vel qulibet vn⁹ euent⁹ definitus ⁊ iā quasi certus sit: in futuris fieri non potest. ⁊ in hac re dissimiles sunt propositiones contigētiū ⁊ futurorū his que sunt preteritorū vel presentiū. nam cum similes sint in eo q̄ ī his aut affirmatio ē aut negatio: sicut etiam ī his que sunt preterita vel presentia: in illo diuerse sunt q̄ in his quidem. idest preteritis ⁊ presentibus rerum diffinitus euentus est. In futuris vero ⁊ cōtigentibus indefinitus est ⁊ incertus. Videntur tamen quedam presentia vel preterita incerta ⁊ indefinita sed solum nobis ignorantibus non nature. nā licet ignoremus nos vtrū astra paria sint an īparia. vnum tamen quodlibet definite in natura stellarū manifestū est esse. ⁊ hoc nobis quidē ignotum est: nature vero notissimū. Sed nō ita hodie me visurū eē amicū aut nō visurū. nobis quidē quid eueniat ignotū est: notum vero nature: nō. n. hoc naturaliter sed casu euenit. quare huiusmodi propositiones non modo ad nostrā. sed ad nature ipsius noticiā s̄m incertū euentū ⁊ incōstantē veritatē atq; mendaciū deriuabūt: talis enim est cōtigentis natura: vt vel in vtraq; parte equaliter sese habeat vt hodie me esse lauandū vel hodie me non esse lauandū vel in vna pl⁹: minus in altera: vt hominē canescere ī senectute: vel hominē nō canescere in senectute. illud enim plus fit: illud minus. Sed nihil prohibet id qđ rari⁹ fit: tamē fieri. de his ergo aristotelica subtilitas disputatura primū a singularib⁹ ichoās ad vniuersalia tractatū viā pandit. duobus. n. modis cōtradictiões stebant aut ī singularibus aut in vlib⁹ vl̄iter predicatis ⁊ his oppositis. ingredit̄ aūt ex his tribus que supra iā dicta sunt ex casu: ex libero arbitrio: ex possibilitate: q̄ oīa vno noīe vtrūlibet vocauit fingens. s. nomen ad hoc: q̄ nō vnus ⁊ certi euētus sūt ista: s̄ȝ vtriuslibet: ⁊ quo nō cōtingit ea fieri vel nō fieri: hoc aūt mōstratum ē nature īstabilis ⁊ ad vtrāq; partē sine vlli⁹ rei oblectatione vergētis. Non aūt oportȝ arbitrare illa esse vtrūlibet ⁊ cōtingētiū nature: quecūq; nobis ignota sunt neq; . n. si nobis ignotū ē a persis ad grecos missos legatos: iccirco missos esse incerti euent⁹ est. nec si letale signū in egrotantis facie medicina dep̄hēdit vt aliud eē nō possit: nisi ille moriat̄: nobis aūt ignotū sit p̄p artis īperitiā: iccirco illū egrū eē moriturū vtrūlibet ⁊ cōtigentis nature esse iudicādū est: sed illa sola talia sine dubio eē putāda sūt quecūq; iccirco nobis ignota sunt: q̄ p propriā naturā qualem habeāt euētū sciri nō possūt: iccirco qm̄ ꝓpria instabilitate vtrāq; ad vtraq; vergunt. i. ad affirmatiōis ⁊ negatiōis euētū propria instabilitate atq; incōstātia p̄mutant̄. Est autem inter philosophos disputatio rerū q̄ sūt causis necessitate ne oīa fiāt: an quedā casu. ⁊ in hoc Epicureis ⁊ Stoicis ⁊ Peripateticis nostris magna cōtētio ē: quorum paulisper sn̄ias explicemus. Peripatetici enim

enim: quorum Aristoteles princeps est: ⁊ casus ⁊ liberi arbitriũ iudicij ⁊ necessitatẽ i reb⁹ que fiũt: queq; agit tũ grauissima auctoritate tũ apertissima rõne cõfirmat. Et casũ quidẽ esse in physicis probãt: quotiẽs aliquid agit ⁊ non id euẽit: propter quod illa res cepta est: que agebatur: id qđ euẽit ex casu euenisse putandũ est: vt casus quidẽ non sine aliqua actione fit: quotiẽs aũt aliud qddam euenit p actionẽ que gerit quam sperat: illud euenisse casu peripatetica probat auctoritas. Si quis enĩ terram fodiens vel scrobem demittens agri cultus causa thesaurum reperiat: casu ille thesaurus inuentus est non sine aliqua quidem actione. terra enim fossa est cum thesaurus est inuentus. Sed nõ illa erat agentis intentio: vt thesaur⁹ inueniret. Ergo aliquid agenti homini pp aliud tamẽ agenti res diuersa successit. Hoc igitur ex casu euẽire dicit: quodcũq; p quãlibet actionem euenit nõ pp eã rem ceptam que aliquid agenti successerit. ⁊ hoc qđ in ipsa rerũ natura est: vt non hoc ex nostra constaret ignorantia: vt non iccirco quedã esse casu viderent: q̃ nobis ignota essent: sed poti⁹ iccirco a nobis ignorent: q̃ hec in natura q̃cũq; casu fiunt nullam necessitatis constantiam aut prouidẽtiã modo tenerẽt. Stoici quidẽ omnia ex necessitate ⁊ prouidẽtiã fieri putãtes: id quod ex casu fit: non ḿ ipsi⁹ naturam fortũe: sed ḿ nrãm ignorantiã mentiũt: id enĩ casu fieri putant: quod cũ necessitate fit: tamen ab hoib⁹ ignorat. Et de libero quidẽ arbitrio eadem nobis pene illisq; cõtentio est. Nos enim liberũ arbitriũ ponimus nullo extrinsecus cogente in id quod nobis faciendum vel nõ faciendũ iudicantib⁹ ppendentibusq; videat: ad quã rem presumpta prius cogitatione pficiendam ⁊ agendã venimus: vt id quod fit. ex nobis ⁊ ex nr̃o principiũ iudicio sumat nullo extrĩsec⁹ aut violẽter cogẽte: aut violẽter impediente. Stoici autem omnia necessitatibus dantes cõuerso quodam ordine liberum voluntatis arbitrium custodire conãt. dicũt enim naturaliter quidem animam habere quãdã volũtatem ad quã propria natura ipsius voluntatis impellit. ⁊ sicut in corporibus inanimatis quedã naturaliter grauia ferũtur ad terrã: leuia sursum meant. ⁊ hec natura fieri nullus dubitat: ita quoq; in nobis ⁊ in ceteris animalib⁹ voluntatẽ quidem naturalem esse cunctis: ⁊ quicquid fit a nobis: ḿ voluntatẽ que naturalis nobis est putant fieri: illud tamẽ addunt q̃ ea volum⁹: que prouidentie illius necessitas imperauit: vt sit quidem nobis voluntas cõcessa naturaliter: ⁊ id quod facim⁹ voluntate facimus: que. s. in nobis est: ipsã tamẽ voluntatẽ illius prouidentie necessitate cõstringi. ita fieri quidẽ omnia ex necessitate: q̃ voluntas ipsa naturalis necessitatẽ sequat fieri etiã q̃ facimus ex nobis: q̃ ipsa voluntas ex nobis est ⁊ ḿ animalis naturã. Nos autẽ liberum voluntatis arbitrium non id dicim⁹: q̃ quisq; voluerit: sed q̃ quisq; iudicio ⁊ examinatione collegit. Alioquĩ muta quoq; animalia habebunt liberum voluntatis arbitrium. Illa enĩ videmus sponte quedam refugere: quibusdam sponte cõcurrere. qđ si velle aliqd vel nolle recte liberi arbitrii vocabulo teneretur: non solum hoc esset hominũ: sed ceterorum quoq; animalium: quib⁹ hanc liberi arbitrij potestatẽ abesse quis dubitet: sed est liberum arbitrium: q̃ ipsa quoq; vocabula produnt: liberum nobis de voluntate iudicium. Quotienscunq; enĩ imaginationes quedam concurrunt animo ⁊ voluntatẽ irritant: eas ratio perpendit: ⁊ de his iudicat: ⁊ quod ei melius videtur cum arbitrio perpenderit ⁊ iudicatione collegerit facit: atq; ideo quedam dulcia ⁊ speciẽ vtilitatis monstrantia spernimus quedã amara vel ardua licet nolentes fortiter sustinemus: ideo non in voluntate: sed in iudicatione voluntatis liberum constat arbitrium: ⁊ non in imaginatiõe: sed in ipsi⁹ imaginationis perpensione consistit: atq; ideo quarundã actionũ nos ipsi principia non sequaces sumus. hoc ẽ enim vti ratione vti iudicatione. Esse enĩ cõmune nobis est cũ ceteris aĩantibus: sola ratione disiungimur. Quod si sola etiam iudicatiõe inter nos ⁊ cetera animalia est distantia: cur dubitemus ratione vti hoc esse qđ vti iudicatione. Quã si quis ex rebus tollat: rationẽ hoĩs sustulit: hominis rõe sublata nec ipsa quoq; humanitas permanebit. Melius igit Peripatetici nostri ⁊ casum in rebus ipsis fortuitum dantes ⁊ pter vllam necessitatem ⁊ liberũ quoq; arbitriũ neq; ĩ necessitate neq; in eo q̃ ex necessitate quidem non est non tamẽ in nobis est vt casus: sed in electione iudicationis ⁊ in voluntatis examinatiõe posuere. In eo autem q̃ possibile esse dicit est quedam inter Peripateticos ⁊ Stoicos dissensio: quam hoc modo paucis absoluimus. Illi enĩ diffiniũt possibile eẽ q̃ possit fieri: ⁊ q̃ fieri non prohibet vt non fit: hoc ad nostram possibilitatẽ. s. referentes. vt q̃ nos possumus id possibile dicerent. Quod vero nobis impossibile esset: id possibile negarent. Peripatetici autem non in nobis hoc: sed in ipsa natura posuere: vt quedam ita possibilia essent fieri: vt essent possibilia non fieri: vt hunc calamum frangi quidem possibile est ⁊ etiaz non frãgi. ⁊ hoc non ad nostram possibilitatem referunt: sed ad ipsius rei naturã. Cui sententie cõtrãia est illa que dicit omnia fato fieri: cui⁹ Stoici auctores sũt quod. n. fato fit: ex principalibus causis euenit. Sed si ita est: hoc quod non fiat nõ pt permutari. Nos autem dicimus ita quedam esse possibilia fieri: vt eadez sint possibilia non fieri: hoc nec ex necessitate vel ex possibilitate nostra metientes. His ergo expeditis illud addere sufficiat hoc Aristoteli fuium in sententia ⁊ disciplina retinenti facile fuisse contingẽtiũ ꝓpositionũ modũ de futuris ostẽdere. i. equaliter se habere in affirmatione ⁊ negatione: ⁊ in vtraq; parte facere: atq; ideo determinatã euentus constãtiã non habere: q̃ tuisi ita esset omnia ex necessitate fieri crederent: qđ melius liquebit cum ad ipsa Aristotelis verba veneri⁹mus. Non autem icõmode neq; incongrue. Aristoteles de rebus altioribus ⁊ fortasse non pertinentibus ad artem logicam disputationem transtulit: cũ de ꝓpositionibus loquerent. Neq; enim esset firmam rectitudinem ⁊ significantiaz propositionũ constituere nisi hanc ex rebus ita esse probauisset. Predicatiue enim ꝓpositiones (vt dictũ est) nõ in sermõibus neq; in cõpletione predicationũ: sed in rerũ significatiõe cõsistũt. Quare omnib⁹ que predicẽda erant explicitis ad ipsius Aristotelis sentẽtias aperiẽdas enotandasq; ꝓuenimus. Categoricas ꝓpositiones que predicatiue latine possũt nominari (vt supra iã diximus) ex reb⁹ q̃s ipse ꝓpõnes significãt integra rõcinãdi normã diiudicat. Ille nãq; q̃s hypotheticas vel cõditiõales vocam⁹ ex ipsa cõditiõe viã propriam trahunt nõ ex his q̃ significãt. Cũ. n. dico si hõ est aĩal est. ⁊ lapis ẽ aĩal nõ est illud est cõsequẽs illud repugnãs. quare ex repugnãtia: ⁊ ꝯsequẽtia ꝓpositionũ tota in propositione vis vertitur: vnde fit vt non significatio ẽ ꝯditio posita hypotheticaĩ ẽnũciationũ vĩ nãq; ꝯsty

tiat. predicatiue vero propositiones (vt dictum est) ex rebus principaliter substātiam sumunt. atq3 ideo qm̄ quedam res sunt presentis temporis quedam preteriti: sicut euentus ipsarum rerū presentis tpīs vel pteriti certus est: ita quoq3 predicatiuarum propositionum de preteritis et de presentib9 certa veritas falsitasq3 est. Erat aūt ɔdictionis modus duplex: aut .n. vniuersales particularibus angulariter opponebāt: aut singularis significatio affirmatiua singularem negatione contradictoria oppositione perimebat. Et in his vna vera semper altera falsa reperiebat. In his aūt que essent indefinite non necesse erat vnam veram esse alterā falsam. sed in his in quibus veritas et falsitas diuidebat: in his nō solū vna vera semper est altera falsa in preterito. s. et in presenti. Sed etiam vna certā et definitā veritatē retinet: certam et definitam altera falsitatē. In his aūt que sunt in futuro si necessarie quidē propositiones sunt: licet ῾sm tempus futurū dicant: necesse est tamen non modo vnam veram esse alteram falsam: sed et vnā definite veram alterā falsam definite: vt cum dico sol hoc āno verno tēpore in arietem venturus est. Si hoc alius neget non solū vna vera est altera falsa: sed etiam in hoc vera est affirmatio definite falsa negatio. sed Aristoteles nō solet illa futura vocare que sunt necessaria: sed potius que sunt cōtingentia. Contingentia autem sunt (vt supra diximus) quecūq3 vel ad esse vel nō ad esse equaliter se se habēt: et sicut ipsa indefinitū habēt et esse et nō esse: ita quoq3 de his affirmationes et negationes indefinitam habēt veritatē vel falsitatē: cū vna semper vera sit altera falsa: sed que vera sit et q̄ falsa non dū in cōtingentibus notum est. Nam sicut que sunt necessaria esse: in his esse definitū est: que autem sunt impossibilia eē. in his definitū non esse: ita quoq3 q̄ possunt esse: et possunt nō esse: in his neq3 esse neq3 nō eē est definitū sed veritas et falsitas ex eo q9 est esse rei et ex eo q9 non est esse rei sumūtur. nā si sit qd dr̄ verū est: si non sit qd dr̄ falsū est. Igit̄ in cōtingētib9 et futuris sicut ipsum esse instabile est et nō esse: esse tamē aut non esse necesse est. Ita quoq3 in affirmationib9 cōtingentia ipsa prodentibus veritas quidē et falsitas in incerto est. Que enim vera sit que falsa ῾sm ipsarū propositionū naturā ignoratur: necesse est tamē vnā veram esse alterā falsam. Porphyrius tamē quedā de stoica dialectica permiscet: que cū latinis aurib9 nota non sint: nec hoc ipsū q9 in questiōe venit agnoscitur: atq3 ideo illa studio pretermittemus.

¶ In singularibus vero et futuris non similiter. nā si omnis affirmatio vel negatio vera vel falsa est. et omne necesse est vel esse vel non esse. Quare si hic quidem dicat futurum aliquid. ille vero non dicat hoc idem ipsum. Manifestum est. quoniam necesse est verum dicere alterum ipsorum. si omnis affirmatio vera vel falsa est. vtraq3 enim non erunt simul in talibus. nam si verum est dicere. quoniam ē album vel non album. necesse est album esse vel nō album. Et si est album vel non album verum ē vel affirmare vel negare. et si non est. mentitur: et si mētitur. non est. Quare necesse est aut affirmationem aut negationem veram esse vel falsam. Nihil ergo neq3 est: neq3 fit. neq3 casu: neq3 vtrūlibet nec erit nec non erit. sed ex necessitate omnia. et non vtrumlibet. aut enim qui dicit verus est. aut qui negat similiter enim vel fieret vel non fieret.

¶ Geminas esse contradictiones in propositionibus supra iam dictum est: et nunc quoq3 commemorat in q̄bus necesse est verā esse et alterā falsā: sed ea que dicent̄ de futuris et contingentibus melius intelligent̄ si de his contingentibus loquatur que in singulari cōtradictione proueniunt. est enim vniuersalium angularis cōtradictio ī cōtingētibus huiusmodi. Cras oēs athemenses bello nauali pugnaturi sunt. Cras nō oēs athemenses bello nauali pugnaturi sunt. In singularibus autem talis est. Cras socrates ī palestra pugnaturus est. Cras socrates in palestra pugnaturus non est. Non autem oportet ignorare non esse similiter cōtingentes has: que dicunt socrates morietur. et socrates non morietur: et illas que dicunt socrates moriet̄ cras: socrates non morietur cras: Ille enim superiores omnino cōtingētes non sunt: sed sunt necessarie. Moriet̄ enim socrates ex necessitate: he vero que tēpus diffiniunt: nec ipse in numero contingentium recipiuntur: idcirco q9 nobis quidem cras moriturus esse socratem incertum est. Nature autem incertū nō est. Atq3 ideo nec deo quoq3 incertum est qui ipsam naturam optime nouit. Sed ille proprie contingētes sunt: que neq3 in natura sunt neq3 in necessitate: sed aut in casu aut in libero arbitrio aut in possibilitate nature. Ex casu quidem vt cū egredior domo vt amicum videam non ob hoc egrediens. Ex libero arbitrio vt q9 possum et velle et non velle: an velim hoc an te q3 fiat incertum est. Ex possibilitate q9 cū fieri possit et nō fieri possit: et anteq3 fiat q9 vtroq3 modo pōt fieri incertum sit. Ideoq3 cras socrates pugnaturus est in palestra cōtigens est: q9 hoc ex libero venit arbitrio. Ergo in huiusmodi contingentibus si in futuro vna semper vera est altera falsa: et vna definite vera altera falsa definite: et res verbis cōgruēt: omnia necesse ē esse vel nō esse: et q̄cq̄d fit ex necessitate fit: et nihil neq3 possibile est esse quod possibile sit non esse: neq3 liberum erit arbitrium: neq3 in rebus vllus casus erit in omnibus necessitate domināte. In his nāq3. i. in singularibus contradictionibus verum dicere vterq3 non potest. Contradictorie enim erant que simul esse non poterant: sed nec vtreq3 negationes atq3 affirmationes false esse in contradictorijs possunt Ille enim cōtradictorie erant: que simul esse non poterant. Quare vnus verum dicturus est vnus falsū q9 si nihil datur ī huiusmodi reb9. i. cōtingentibus instabili euentus ordine et valde incerta veritatis et falsitatis enunciatione prouenire: quicquid verum dicitur in affirmatione definite: hoc definite esse necesse est: quicquid falsum dicitur in negatione hoc non eē necesse ē. Oīa igitur ex necessitate aut erūt aut ex necessitate non erunt. Nihil ergo nec casus nec liberum arbitrium nec possibilitas vlla in rebus est. Si quidē tenet cuncta necessitas. Aristoteles vero sumens istā hypotheticam propositionē si omne quod in futuro dicitur aut definite verum aut falsum est definite: oīa ex necessitate fieri et nihil casu nihil iudicio nihil possibilitate ex ɔuenienti ordīe mōstrat: et hoc posito vnam scilicet veram alteram falsam definite esse: oīa ex necessitate cōtingere. Ex consensu rerum propositionumq3 oīa fieri ex necessitate monstrat hoc modo Proponit enī hāc conditionē et hāc verā esse ex rerū ipsarū necessitate confirmat. Est āt ɔdictio si oīs affirmatio vel negatio ī futurū vera vel falsa ē dīffinite: et oē q̄cq̄d fit ex nec͠itate fieri: et nihil n3 casu neq3

pp̄ria

ꝓpria ⁊ libera volũtate atq; iudicio. Nec vero aliq̃ possibilitate: que oĩa vtrumlibet vocabulo nuncupauit. Ponit enĩ hãc cõditionẽ dicens. Nã si oĩs affirmatio vel negatio vera vel falsa est subaudiẽdũ definite ⁊ oẽ necesse est esse vel nõ esse. Quare si hic quidẽ dicat futuꝝ aliquid: ille vero nõ dicat hoc idẽ ip̃m manifestũ est qm̃ necesse est dicere veꝝ alteꝝ ipsoꝝ: si oĩs affirmatio vel negatio vera vel falsa est. vtrecq; enĩ nõ erũt simul in talibus. Ergo sensus hmõi est. si oĩs inquit affirmatio vel negatio vera vel falsa est definite: ⁊ omne necesse est aut eẽ aut nõ esse: q̄ vel affirmatio ponit vel negatio perimit. Nam si quilibet dixerit esse aliquid. ⁊ alius dixerit: idem ipsum nõ eẽ vnus quidẽ affirmat: alius vero negat: sed in affirmatione ⁊ negatione que in cõtradictione ponunẽ vna semper vera est altera falsa. neq; enim fieri potest vt vtreq; sint vere. nõ enĩ nũc sermo est aut de subcõtrariis aut de indefinitis. nam ⁊ subcõtrarie. i. ꝑticularis negatio ⁊ affirmatio particularis: ⁊ idefinite vtreq; vere in eodẽ esse poterãt. Cõtradictione aũt minime. neq; enim fieri põt vt he que vel in singularibus cõtradictiones sunt vel in vniuersalibus angulariter opponũẽ: simul vtreq; vere sint. hoc. n. est q̄ ait: vtreq; enĩ nõ erũt simul in talib⁹. i. vtreq; enũciationes nõ erũt vere in enũciatiõibus cõtradictoriis: posita ergo hac cõditione si oĩs affirmatio definite vera vel falsa sit: oĩa ex necessitate: euenire. Hanc ipsam rerum ipsaꝝ ꝓpositionum cõsequẽtiã ⁊ similitudinẽ monstrare cõtendit dicens. Nam si verum est dicere quoniaz est album vel nõ album necesse est albũ esse vel non album. ⁊ si est albũ vel non albũ: verum est affirmare vel negare: ⁊ si nõ est mentiẽ: ⁊ si mentiẽ non est. q̃re necesse est affirmationẽ vel negationẽ verã eẽ vel falsam. Oĩs inquit affirmatio omnisq; negatio cum reb⁹ ipsis vel vera vel falsa ẽ. hui⁹ autem rei ex presentib⁹ exẽpla sumit. Nã sicut se hñt ẜm necessitatem in presenti tẽpore enũciationes: ita se habent ⁊ in futuro. Speculemur igiẽ ⁊ in presenti que sit rerũ propositionũq; necessitas. Si qua enim propositio de qualibet re dicta vera est: illam reꝫ quã dixit esse necesse est. Si. n. dixerit qm̃ nix alba est ⁊ hoc verum est: veritatẽ propositiõis sequiẽ necessitas rei. Necesse ẽ. n. niuem esse albam: si ꝓpositio que de eadẽ re predicata est: vera est. Qđ si dixerit quis nõ esse albam picẽ ⁊ hec vera est. Manifestũ quoq; rem ꝓpositionis cõsequi veritatẽ. Amplius quoq; ⁊ ꝓpositiones rerum necessitateꝫ sequũẽ. si. n. est aliqua res: verum ẽ de ea dicere qm̃ est: ⁊ si non est aliqua res verũ est de ea dicere quoniã nõ est ita ẜm veritatẽ affirmationis vel negationis necessitas rei substãtiam sequitur: ⁊ reꝝ necessitas propositionũ cõmitatur necessitateꝫ: atq; hoc quideꝫ in veris. In falsis quoq; idẽ est contrario. Nam si falsa est affirmatio: rem de qua loquiẽ nõ eẽ necesse est: vt si falsa est affirmatio: que dicit piceꝫ esse albam: nõ esse albam picem necesse est. Rursus si falsa est negatio que dicit niuem nõ esse albam: niueꝫ esse albã necesse est. Rursus si nõ est res: affirmatio quoq; de eadẽ re necessario falsa est. Quod si rursus res non sit: id quod põt dicere falsa negatio: sine vlla dubitatione illa negatio falsa est: ⁊ hoc esse necesse ẽ vt quoniam de niue potest dicere falsa negatio qm̃ alba nõ est: hoc ipsum quod falsa negatio dicit. i. albaꝫ nõ esse non est. Nix enim non alba non est. Quare rerũ necessitati falsitas vtraq; conuertiẽ. nam si est aliquid: vere de eodem diciẽ quoniã est: ⁊ si vere diciẽ illam rem de qua vere diciẽ aliquid: esse necesse ẽ: q̄ si nõ est id quod dicit falsa enũciatio ẽ: ⁊ si enũciationes false sunt res non esse necesse ẽ. Quod si hec ita sunt: propositũ est autẽ oẽm affirmationẽ ⁊ negationem veram esse definite: quoniã propositionũ veritatẽ vel falsitatẽ rerũ necessitas ẜm esse vel nõ esse consequiẽ: esse quidẽ ẜm veritatẽ vt dictũ est: nõ esse ẜm falsitatẽ. Nihil fit casu neq; libera voluntate neq; aliqua possibilitate. Hec enim que vtrũlibet vocamus talia sunt: que cum nõdũ sunt facta ⁊ fieri possunt ⁊ nõ fieri. si enim facta sunt non fieri potuerunt: vt hodie me librũ virgilii legere: quod nondũ feci: potest quidem non fieri: potest etiam fieri: quod si fecero potui nõ facere. hec igiẽ hmõi sunt q̃cũq; vtrũlibet dicũẽ. Vtrũlibet autẽ quid sit ipse planius demõstrat dicẽs

¶ Utrũlibet enim nihil magis sic vel non sic se habet aut habebit.

¶ Est enim vtrũlibet q̄ ad esse vel non ad esse equaliter se habet. i. neq; illud esse necesse sit neq; nõ eẽ necesse sit. Putauerunt aũt quidã: quorum stoici quoq; sunt Aristotelem dicere in futuro cõtingẽtes nec veras esse nec falsas q̄ enim dixit nihil se magis ad esse habere q̃ꝫ ad non esse hoc putauerũt tanq̃ꝫ nihil eas interesset falsas an veras putari. neq; veras enim neq; falsas esse arbitrati sunt: sed falsum est. non enim Aristo. hoc dicit q̄ vtreq; nec vere nec false sint: sed q̄ vna quidem ipsarum quelibet aut vera aut falsa ẽ non tamen quemadmodum in preteritis definite: nec quemadmodum in presentibus. sed enunciatiuarum vocum duplicem quodammodo esse naturam: quarũ quedam essent: in quibus non modo verum ⁊ falsum inuenirentur: sed in quibus etiam vnam esse definite veram alteram definite falsam: in aliis vero vna quidem vera: altera falsa sed indefinite ⁊ cõmutabiliter ⁊ hoc per suam naturam: non ad nostram ignorantiã atq; noticiam. Quocirca recte dictum est si omnis affirmatio vel negatio vera definite esset: nihil fieri neq; esse vel casu vel a communi nomine vtrũlibet nec esse aut non esse contingenter: sed aut esse aut non esse definite: sed magis ex necessitate omnia. hoc enim consequitur cum qui dicit aut eum qui affirmat veꝝ esse: aut eum qui negat q̄ si hoc veruꝫ esset. similiter cum veritate fieret: vel cum falsitate nõ fieri: ⁊ q̄ vere false ve ab enũciationib⁹ dicebaẽ. Quod si hoc impossibile est ⁊ sunt quedaꝫ res: que necessitate nõ fiũt videmus autem quasdã esse casu: quasdam ex voluntate: quasdam ex propria possibilitate nature: frustra putatur sicut in preteritis: ita quoq; in futuris enunciationibus vnam esse veram alteram falsã definite. Quare hec vna fuit eius argumentatio: aliam vero quasi ipse sibi opponens quandam questionem: ingreditur validiore tractatu.

¶ Amplius si est album nunc: verum erat dicere prius quoniam erit album. quare semper fuit verũ dicere quodlibet eorum que facta sunt quoniam ẽ vel erit. q̄ si semper verum fuit dicere: quoniam ẽ vel erit. non potest hoc non esse. vel non futurum esse. Quod autem non potest non fieri. impossibile est non fieri. Et quod impossibile est non fieri. necesse est fieri. Omnia ergo que futura sunt. necesse est fieri. nihil igitur vtrumlibet. neq; casu erit nam si casu. non ex necessitate.

¶ Ad destruendum non esse omnes enũciatiões veras

definite in futuro vel falsas: ex eadem argumentatio-
nis virtute ⁊ ex eodez possibilitatis euentu diuersam
tñ ingredit̃ rationis viam. Dudũ enim ex his que nõ-
dũ erant facta: si vera futura eẽ predicerent̃ in re-
bus necessitatẽ solam esse posse collegit. nunc autem
ex rebus que facte sunt argumentationẽ capit. si ve-
re anteq̃ fierent predicerent̃: necessitatis nexu euen-
tus rex oĩum contineri arbitrant̃. n. hi qui dicũt con-
tingẽtiũ quoq̃ propositionũ stabilem eẽ ĩ enũciatio-
nibus modũ ſm veritatẽ. s. atq̃ mendatiũ: q᷑ oĩa que-
cũq̃ facta sunt inquiunt potuere predici qñ fiẽt. hoc
enĩ in natura fuit ante: sed nobis hoc rei ipsius pate-
fecit euẽt⁹. Quare si oĩa quecũq̃ euenerũt sunt: ⁊ ea
que sunt futura esse predici potuerũt: necesse est oĩa
que dicuntur aut definite vera esse aut definite falsa
quoniã definitus eorꝫ euentus ſm presens tempus est.
Quare in omnibus in quibus aliquid euenit vel ini-
erat dicere qñ euenturũ est: ⁊ si nondũ adhuc factuz
est. hoc autem illa res probat verum fuisse tunc dici:
qñ euenit id qđ predici potuerat: quod si predictum
esset, res euentura definita veritate prediceret̃. hoc
Aristoteles sumens ad idẽ impossibile validissima rõ-
ne perducit: ⁊ p̄sentis tẽporis naturã cũ futuri enun-
ciatione cõiungit. Ait enĩ simile esse de presentibus
enũciare ſm veritatis necessitatez ⁊ de futuris. Nã
si verũ est dicer̃ qñ est aliquid: esse necesse ẽ. ⁊ si verũ
est dicere qñ erit futurũ esse sine dubio necesse ẽ oĩa
igit̃ ex necessitate futura sunt: ad idẽ impossibile. s. ar-
gumẽtationẽ trahẽs. Sumit aũt hui⁹ impossibilita-
tis ordinẽ ex his p̄pōnib⁹ que faciliores quidem ad in-
tellectũ sunt: idẽ tñ valent hoc mõ. si semp inquit ve-
rũ est dicere qñ est vel erit: quicquid tũc fuit verũ p̄-
dicere: illud nõ põt nõ eẽ: nec nõ futurũ esse: quẽad-
modũ enĩ id quod in presenti vere dicitur eẽ: hoc nõ
põt nõ esse: ⁊ vera de ea propositio fuit: que dicebat
esse ita quoq̃ in futuro que dicit aliquid futurũ esse: il-
la si vera est: nõ põt nõ futuruz eẽ q᷑ predicit. Qđ si
nõ põt non fieri qđ a vera propositione predicitur: ĩ-
possibile est nõ fieri idẽ. n. ẽ dicer̃ ñ p̄t ñ fieri qđ dice-
re ĩpossibile ẽ ñ fieri. qđ aũt impossibile est non fieri
necesse est fieri. Impossibile enim esse idem necessi-
tati valet cõtrarie predicatũ: vt ipse post docuit. Nã
qđ ĩpossibile est esse necesse est nõ eẽ. q᷑ enĩ vt sit, pos-
sibile nõ ẽ: nõ esse necesse est. Qđ si hoc ẽ ⁊ cõtraria
se eodẽ mõ habebũt. q᷑ est ĩpossibile nõ esse: hoc esse
necesse est. Sed dictũ est ea que vere predicũt̃ ĩpossi-
bile esse non esse hoc aũt ẽ ex necessitate eẽ. Ea igit̃ q̄
predicũt̃ ex necessitate futura sunt. Nihil igit̃ vtrũli-
bet neq̃ casu nec oĩno sc̃õm liberũ arbitriũ: q᷑ vtrũ-
libꝫ clausit totũ significatio. nã q᷑ dicit vtrũlibet: pos-
sibilitatẽ ⁊ casum ⁊ liberum arbitriũ tenet in signifi-
catione. Ergo nihil fit casu. Nã si quedã fieri casu di-
cat ille rursus in ea re perimit necessitatem. qđ enim
casu est nõ est ex necessitate. nihil aũt fit casu qñ oĩa
ex necessitate proueniũt: quecunq̃ enũciatio vera p̄-
dixerit. euenit aũt huiusmodi impossibilitas ex eo q᷑
concessum est pri⁹ oĩa quecunq̃ facta sũt definite ve-
re predici potuisse. naz si ex necessitate cõtingit id qđ
euẽit verũ fuit dicere qñ erit. q᷑ si ex necessitate hoc
nõ cõtingit ſ cõtingẽter: nõ potius verũ fuit dicere
qñ erit: sed magis qñ cõtingit esse. nã qui dicit erit:
ille quãdã necessitatẽ in ipsa predicatione ponit. hoc
inde intelligit̃ q᷑ si vere dicat futurum esse id qđ p̄di-
citur: impossibile sit nõ fieri. hoc aũt ex necessitate sit
fieri. ergo qui dicit qñ erit aliquid eorꝫ que contingẽ-
ter eueniũt: in eo q᷑ futurũ esse dicit id qđ cõtingen-
ter euenit: fortasse mentit̃: vel si contigerit res illa:
quã p̄dixit: ille tamẽ mentit⁹ est. nõ enim euẽtus fal-
sus est: ſ modus predicationis. Nanq̃ ita dicere cras
bellũ nauale cõtingẽter eueniet: hoc est dicere ita eue-
niet si euenerit vt potuerit non euenire. Hoc ergo q̄
dicit: verũ dicit. Euentũ enĩ cõtingenter p̄dixit. q̄ aũt
ita dicit cras erit bellũ nauale: quasi necesse eẽ sit: ita
p̄nũciat. q᷑ si euenerit nõ iã idcirco eo q᷑ predixit; verũ
dixerit. qñ id qđ cõtingẽter euenturũ erat: necessa-
rie futurũ esse predixit. Nõ ergo in euẽtu est falsitas
sed in p̄dicationis mõ. quẽadmodũ enĩ si quis socratẽ
ambulantẽ dicat. Socrates ex necessitate ambulat: il-
le mentitus est nõ ĩ eo q᷑ Socrates ambulat: sed ĩ eo
q᷑ ille ex necessitate eũ ambulare p̄dicauit. ita quoq̃
ĩ hoc q᷑ dicit qñ erit aliquid: etiã si hoc fiat. ille tñ fal-
sus est nõ in eo q᷑ factũ est: sed in eo q᷑ ita factũ nõ ẽ
vt ille p̄dixit futurũ. Qđ si verũ esset definite: ex ne-
cessitate esset futurũ. Igit̃ ex necessitate futurũ esse p̄-
dixit qđcũq̃ sine vllo alio mõ euẽturum enunciauit.
Quare nõ in euẽtu rei: sed in p̄dicationis enũciatiõe
falsitas inuenit̃. Oportet enĩ in cõtingentib⁹ ita aliqđ
p̄dicere si vera erit enũciatio: vt dicat qdẽ futurũ eẽ
aliquid: sed ita vt rursus relinquat esse possibile vt fu-
turũ nõ sit. Hec aũt est cõtingẽtis natura cõtingen-
ter in enũciatione p̄dicare. Qđ si quis simpliciter id
qđ fortasse cõtingẽter eueniet futurũ eẽ p̄dixit. ille
tẽ cõtingẽtẽ necessarie futurã p̄dicit. ideo ẽt si euene-
rit id qđ dx̃: tñ ille mentit̃ in eo q᷑ hoc quidẽ ꝯtingen-
ter euenit: ille aũt ex necessitate futurũ eẽ p̄dixerat.
Cũ ergo sint quattuor enũciationis ⁊ veritatis ⁊ falsi-
tatis modi de his scꝫ p̄pōnib⁹ que in futuro p̄dicant
aut qñ erit ⁊ nõ erit id qđ dicit̃. i. vt affirmatio ⁊ ne-
gatio vera sit: aut qñ nec erit nec nõ erit vt affirma-
tio ⁊ negatiõ false sint: aut qñ erit aut nõ erit: vt vna
definite vera altera falsa: aut rursus qñ erit aut nõ
erit: vtrisq̃ ſm veritatẽ aut falsitatẽ indefinitis ⁊ eq-
liter ad veritatẽ mẽdaciũq̃ vergẽtib⁹ docuit quidez
supra ⁊ esse ⁊ nõ esse fieri non posse cũ dixit. Vtreq̃
enĩ sĩl nõ erũt in talib⁹. Docuit etiã aliquãtisper aut
esse aut nõ esse definite in contingẽtib⁹ ⁊ futuris p̄-
pōnibus esse nõ posse. Nũc illud addidit q᷑ neq̃ esse
neq̃ non eẽ. i. q᷑ nec illud vere dici possit: posse vtras-
q̃ inuenire falsas que dicuntur in futuro propositiões.
Qđ si neq̃ vtreq̃ vere sunt: neq̃ vtreq̃ false: neq̃
vna definite vera altera falsa definite. Restat vt vna
vera sit altera falsa: nõ tñ definite: sꝫ vtrũlibet ⁊ in-
stabili modo: vt hoc quidem aut hoc euenire necesse
sit vt tñ vna res quelibet quasi necessarie ⁊ definite
p̄ueniat aut nõ p̄ueniat fieri nõ possit. Queadmodũ
aũt vtrasq̃ falsas nõ esse demonstraret: hic ĩchoat.

¶ At vero nec quoniam verum est neutrum conti-
git dicere. vt quoniam neq̃ erit. neq̃ non erit pri-
mum enim cum sit affirmatio falsa. erit negatio nõ
vera. ⁊ cum hec sit falsa: contingit affirmationẽ eẽ
non veram. ad hec si verum dicere est: quoniam al-
bum est ⁊ magnum. oportet esse vtrumq̃. si vero
erit cras. oportet esse cras. si autem neq̃ erit neq̃
non erit cras. non erit vtrumlibet. vt nauale bellũ
oportebit. n. neq̃ fieri nauale bellũ: neq̃ nõ fieri.

¶ Sensus huiusmodi argumentationis est: nec illud ĩ-
quit dici poterit: q᷑ cõtingentiũ propositionũ neutra
vera est in futuro. hoc autez nihil differt dicere q̃ si
quis dicat vtrasq̃ esse falsas. hoc enim impossibile ẽ

in p̄dictionib⁹

in contradictionibus. Nā vtreq₃ false inueniri nō possunt. hoc. n. ꝓpriū contradictionū est: vt proprietatē subcontrariaꝝ fugiāt ī eo q̄ simul vere eē nō possūt ita quoq₃ ꝯtrariū proprietatē vitant: vt in eo q̄ false simul non reperiunt. Sunt ergo ꝓpriā nām: vt neq₃ false sint simul neq₃ vere. quare vna ipsarū semper vera: semp altera falsa. impossibile est igit̄ cū sit falsa negatio: non verā esse affirmationē. Rursus cum sit falsa affirmatio: negationē esse non veram. Igit̄ nec hoc est dicere q̄ vtreq₃ non vere sint. Qd̄ per hoc dixit q̄ aitat vero nec qm̄ neutrū verū est ꝯtingit dicere. i. non nobis contingit dicere hoc est impossibile dicere: qm̄ neutrum verū est. s. q̄ in affirmationibus negationib᷒q̄ proponit̄ cōtingentibus. s. ⁊ futuris. Qui aūt Aristotelem arbitrati sunt vtrasq₃ propositiōes in futuro falsas arbitrari. Si hec q̄ nunc dicit diligētissime perlegissent: nunq̄₃ tantis laberent̄ errorib᷒. Neq₃. n. idē₃ est dicere neutra vera est qd̄ dicere neutra vera est definite. Futuꝝ. n. esse cras nauale bellū₃ ⁊ non futuꝝ non dī: qm̄ vtreq₃ oīo false sint: sed qm̄ neutra vera sit definite: aut quelibet ipsaꝝ definite sit falsa: sed hec quidē vera illa vero falsa: nō tn̄ vna ipsaꝝ definite: sed quelibet illaꝝ contingenter. His aūt adiecit aliud quiddā dicens: si propositionū veritas ex reꝝ substātia pendet: vt quicqd veꝝ est in ꝓpositionibus dicere: hoc esse necesse est. q̄ si veꝝ est dicere qm̄ erit albū aliquid: veritatē ꝓpositionis sequitur rei necessarius euentus. Qd̄ si quis dicat qualibet illā rē cras albā futurā: si hoc vere dixerit: cras ex necessitate alba futura est. Sic igit̄ si quis veꝝ dixit neutrā verā esse propositionū eaꝝ: que in futuro dicūt̄: necesse est id qd̄ dr̄ ⁊ qd̄ significat̄ ab illis propositionibus nec eē nec nō eē. falsa. n. ⁊ affirmatio et negatio ē nec qd̄ affirmatio dicit fieri pōt nec qd̄ negatio: ergo ex necessitate neutrū fit vel qd̄ affirmatio dicit vel quod negatio. Ergo si dicat affirmatio cras bellum nauale futurum: qm̄ falsa est: non erit cras bellum nauale. Rursus si idem neget negatio dicens: non erit cras nauale bellum: qm̄ hec quoq₃ falsa est: erit cras nauale bellū. Quare neq₃ erit bellū nauale: q̄ affirmatio falsa ē: nec nō erit bellū nauale: q̄ negatio falsa ē. S₃ hanc ineptiā nec aīus sibi fingere potest. Quis enim vnq₃ dixerit aliquā rem ex necessitate nec esse nec non esse: q̄ ille. s. dicit vtrasq₃ ꝓpositiones in futuro falsas existere.

¶ Que ergo contingunt inconuenientia: hec sunt ⁊ alia huiusmodi: si omnis affirmationis ⁊ negationis: vel in his que in vniuersalibus dicūtur vniuersaliter: vel in his que sūt singularia: necesse est oppositarum hanc quidem veram esse: illam vero falsā. Nihil autē vtrumlibet esse in his que fiunt: sed omnia esse ⁊ fieri ex necessitate. Quare non oportebit neq₃ cōsiliari: neq₃ negociari: quoniam si hoc facimus: erit hoc: si vero non hoc: non erit hoc. nihil enī prohibet in millesimū ānū hūc quidē dicere hoc futurū esse. illū vero nō dicere. quare ex necessitate erit: quodlibet eorū verū erat dicere tunc.

¶ Omnia in futuro vel vera vel falsa definite esse in ꝓpositionibus arbitrātes impossibilitas ista cōsequit̄. nihil. n. neq₃ ex libero volūtatis arbitrio: neq₃ ex aliqua possibilitate: neq₃ ex casu quicq₃ fieri pōt: s₃ oīa necessitati subiecta sunt: q̄₃q₃ quidā nō dubitauerūt dicere oīa ex necessitate esse ⁊ quibusdā artibus conati sunt id qd̄ in nobis est cū reꝝ necessitate coniūgere. Dicunt. n. quidā quoꝝ sunt stoici oīa quecūq₃ fiunt: fati ꝓueniē necessitate: ⁊ oīa que fatalis agit ratio sine dubio ex necessitate cōtingere: Sed illa esse sola in nobis ⁊ ex voluntate nr̄a: q̄cunq₃ per voluntatē nr̄a₃ ⁊ per nosipsos vis fati cōplet ac perficit. neq₃. n. inquiunt volūtas nr̄a in nobis est: sed idē volumus idēq₃ nolumus: quicqd fati necessitas imparit. vt volūtas nr̄a quoq₃ ex fato pendere vr̄: ita qm̄ per voluntate₃ nr̄am quedā ex nobis fiūt: ⁊ ea q̄ fiunt in nobis fiunt qm̄q₃ volūtas ipsa ex necessitate fati est: ēt q̄ nos nr̄a facimus voluntate eo q̄ necessitas imparit: ea ipsa compulsi facimus necessitate. Quare hoc mō significatiōnē liberi arbitrii permutantes necessitate. ⁊ id qd̄ in nobis est cōiungere impossibiliter ⁊ copulare contendūt. Illud. n. in nobis est liberꝫ arbitrium q̄ sit oī necessitate vacuū: ⁊ ingenuū ⁊ sue potestatis: quoꝝ nos dñi quodāmodo sumus vel faciēdi vel non faciendi: q̄ si voluntates quoq₃ nr̄i fati nobis necessitas imperet: in nobis voluntas ipsa nō erit: s₃ in fato: nec erit liberꝫ arbitriū sed potius seruiēs necessitati. vñ fit: vt qui oēs actus euentuū necessitate constringūt dicūt per hoc poplitem quoq₃ nos non flectere nisi fatalis quoq₃ necessitas iusserit. Caput quoq₃ nō scalpere: q̄re nec lauare: nec agere aliqd. His ēt adiciā vel aliquid feliciter vel aliqd infeliciter facere vel pati. vñ fit vt neq₃ casum: neq₃ liberꝫ arbitriū: nec possibile in rebus vllū esse contēdant: q̄₃uis liberū destruere metuētes arbitriū aliā ei fingāt significationē per quā nihilominus libera hoīs voluntas euertit̄. Aristotelica vero auctoritas: ita hec in rebus posita ⁊ cōstituta esse cōfirmat: vt non exponat nunc qd̄ sit casus: qd̄ ve possibile: quidve in nobis: nec ea esse in rebus probat atq₃ demonstrat: s₃ in tm̄ apud illū hoc in rebus esse manifestū est: vt opinionē quā qs arbitrat̄ enunciationes in futuro oēs veras esse. per hoc impossibilē esse dicat q̄ casum: ⁊ possibilitatē: liberūq₃ arbitrium euertat. Nec. n. in rebus ita ꝯstituta putat: vt nō de his vlla opus sit demōstratione: sed impossibilia rō iudicet̄: q̄cunq₃ vel possibile: vel casu₃ vel id qd̄ in nobis est conat euertere. ⁊ casu₃ quidē quēadmodu₃ definita in ꝓpositionib᷒ futuris destruat veritas supra monstrauit. Nūc aūt quēadmodū eadē ipsa veritas definita futuraꝝ ⁊ ꝯtingentiū ꝓpositionū tollat liberi arbitrii facultatē maxima vi argumētionis exequitur dicēs huiōi cuncta ꝯtingere impossibilia: siquis vna enūciatōis partē definite verā vel falsam esse cōfingat. sed nos secuti porphyriū cū huius disputatōis expositionē cepimus id qd̄ prius dixit in singularib᷒ ⁊ futuris: ob hoc dixisse prediximus q̄ facilior sit intellectus disputatōis: si hec prius in singularib᷒ ꝓspicerent̄: de q̄bus singularib᷒ diligentissime ꝓlocut᷒. nūc de vl̄ibus vl̄iter predicatis: ⁊ de his q̄ sunt ꝯdictiones loqtur. Ita. n. dicit. Si oīs affirmationis ⁊ negationis vel in his q̄ in vl̄ibus dr̄ vl̄iter: vel in his q̄ sunt singularia: necesse est oppositaꝝ hanc quidē esse verā: illā vero falsa₃. Alexander aūt in singularibus ⁊ futuris dixisse eū arbitrat̄: tanq₃ si diceret in his futuris q̄ in generatiōe ⁊ corruptione sunt. Sunt. n. q̄dā futura q̄ in generatiōe ⁊ corruptione nō sunt: vt qd̄ de sole ⁊ luna ⁊ de ceteris celestib᷒ ꝓnunciat̄. hec vero q̄ sunt in reb᷒ his quaꝝ est nasci ⁊ corrumpi nāꝫ: vnā semp non necesse est verā esse alteram falsam. Sed neutrā ego improbo expositionē. vtreq₃. n. verissima rōne firmant̄. Oīs aūt sensus talis est q̄ ne-

cessitatem solā in rebus impare destruit Aristoteles
oē. n. qd nā est: nō frustra est. cōsiliari aūt hoīes nā-
liter hñt. Qd si necessitas in rebus sola dñabit: sine
cā est ꝯsiliatio. Sed ꝯsiliatio frustra nō est. nā. n. est.
Nō igit i reb⁹ pōt cūcta necessitas. ordo aūt se sic hʒ
Que ergo inqt ꝯtingūt incōueniētia hec sūt ꝛ hmōi
alia. s. qm qui est in rebus casus euertit̃. Alia vō qm
possibilitas ꝛ liberi arbitrii volūtas amittitur. ꝛ hec
quō ꝯtingūt: ipse secutus est dicens. Si oīs affirma-
tionis ꝛ negationis vel in his q̄ in vniuersalibus dñr
vniuersaliter: vel in his q̄ sunt singularia necesse ē op
positaꝝ: hanc quidē verā esse: illā vero falsam. Nihil
aūt vtrūlibet esse in his q̄ fiunt. Sed oīa eē ꝛ fieri ex
necessitate. tunc. n. incōuenientia illa ꝯtingunt: si oīs
affirmatio vel negatio definite vera vel falsa est: siue
in his ꝯdictionibus: q̄ in vlibus angulariter hñt: siue
in singularibus. Tunc. n. nihil est vtrūlibet: sʒ ex ne-
cessitate oīa: qm veritatē ꝛ falsitatē ꝓpositionū reꝝ
euētus ex necessitate consequtur. Quare (vt ipse ait)
nō oportebit neqʒ ꝯsiliari neqʒ negociari qm si hoc fa
cim⁹ erit hoc: si vero nō hoc n̄ erit hoc. Euertit̃. n. ꝯsi
liatio: si frustra ē: frustra āt eā dicit eē: qsqs i reb⁹ so
lā ponit fati necessitatē. Cur. n. quis ꝯsiliū habeat si
nihil ex eo qd consiliat̃ efficiet: cū administret cūcta
necessitas. Quare nō oportebit ꝯsiliari: vel si qs con-
siliat̃ negociari nō debet. Negociari aūt est actu ali-
quid ꝛ negocio agere: non lucrū: sed aliquā cām vel
actū. Nihil. n. ipse per actū suū consiliūqʒ expediet: ni
si fati necessitas iubeat. Docuit aūt quid eēt consilia-
tio per id qd ait: qm si hoc facimus erit hoc: si vero
nō hoc nō erit hoc. Ita. n. semꝑ fit consiliatio vt si sit
scipio: ita ꝯsiliabit̃. Si in aphricā exercitū ducā cladē
hannibalis ab italia remouebo. Sin vero nō ducā: n̄
eripiet̃ italia. hoc est. n. dicere. Si hoc faciā: vt si in
aphricā exercitū ducā: erit hoc. i. eripiet̃ italia. Si vō
nō hoc. i. si hic mīsero: non erit hoc. i. n̄ eripiet̃ italia
Et in aliis oībus rebus eodem mō. simul aūt mōstra
uit in consiliis non esse necessitatē. Si. n. hoc inqt fa-
ciam hoc erit: ꝛ si nō hoc: nō erit: qd si necessitas eēt
in rebus siue hoc qs faceret siue nō faceret qd neces
se eēt eueniret. Quare ꝙ consilii rōne fit: non fit vio-
lentia necessitatis. adiunxit āt ei ꝙ est consiliari nego
ciari ꝛ est ordo hoc mō. Quare nō oportebit neqʒ ꝯsi
liari qm si hoc facimus: erit hoc. Si vero nō hoc: nō
erit hoc. nihil. n. ꝓhibet in millesimū annū hūc qdeʒ
dicere hoc futuꝝ esse: hūc vero nō dicere. Quare ex
necessitate erit: qdlibet eoꝝ veꝝ erat dicere tūc. neqʒ
negociari. i. actū incipe atqʒ negociū gerere. prior est
. n. ꝯsiliatio: posterius negociū sʒ negociū post ꝯsilia-
tionē posuit: ꝛ cūcta q̄ ad ꝯsiliationis nāʒ addi opor-
tebat: post negatiōis subdidit interpositionē. Est aūt
ordo hoc mō. Si oīa inqt necessitas agit: nō opʒ cōsi-
liari: qm si hoc facimus ꝓueniet hoc nobis: si vō hoc
non facimus: non ꝓueniet. Nihil. n. ꝓhibet frustra
vnū dicere: alteꝝ negare dicētē. Si hoc facimus hoc
erit aut nō erit. qd. n. venturꝝ est fiet: siue ille p ꝯsiliū
cōiecerit hoc posse fieri ēt si quid aliud fecerit: siue ille
per consiliū neget hoc posse fieri ēt si hoc qd dixit fa
ciat. Ex necessitate. n. futuꝝ est: qcqd vnus coꝝ veꝝ
dixerit. Qd si ꝯsiliari non oʒ oio: nec negociari opor
tebit. i. nullū incipere negociū. Siue. n. quis incipiat:
siue nō incipiat quicqd ex necessitate est: sine vlla du
bitatione ꝓueniet. q̄re nihil alter hō distabit ab alte
ro hoīe. Eo. n. meliores hoīes iudicam⁹: ꝙ meliores
sunt in cōsilio: sed vbi cōsiliatio frustra est cuncta ne-

cessitate faciente: hoīes quoqʒ inter se nihil differūt
ipsa. n. consiliatio nihil differt: vtrū bona an mala sit
cū ꝓuentus necessitas in fati administratiōe cōsistat.
Quare si boni ꝯsilii hoīes laude digni sunt: mali cōsi
lii vituperatione. Nō aliter hoc erit iuste: nisi vt ma-
lus actus maliqʒ cōsiliū ꝛ ecōtra bonū in nr̄a sit po-
testate ꝛ nō in fato. Cū. n. nulla ex necessitate cōstrin-
gat̃ euentus rei: tūc ꝛ libeꝝ arbitriū voluntatis ē: vt
nō sit fatali seruiens necessitati. Ergo neqʒ q in hoc
mūdo simplices reꝝ ordines posuere: recipiēdi sunt ꝛ
hi qm ꝑmixta hac mūdana mole nō ꝑmixtas quoqʒ
actoꝝ cās accipiūt: repudiandi. Nā neqʒ qui casu oīa
euenire dicūt: recte arbitrant̃: neqʒ q oīa necessitatis
violētia fingūt: sana opiniōe tenent̃: neqʒ. n. oīa ex li-
bero eē arbitrio manifestū est: sed hoꝝ oīum ꝛ cause
mixte sunt ꝛ euētus. Sūt. n. q̄dā ex casu: sunt aliq̄ ex
necessitate: quedā ēt videmus libero teneri iudicio ꝛ
actuū quidē nr̄oꝝ voluntas in nobis est. Nr̄a. n. vo-
luntas domina quodāmō est nr̄oꝝ actuū: ꝛ totius vi-
te rōnis: sed nō eodē mō euentus quoqʒ in nr̄a est po
testate. pro alia nāqʒ re aliqd ex libero arbitrio faciē
tibus ex eisdē veniens causis casus interstrepit: vt cū
scrobē deponēs qs: vt fodiat vitē si thesaurū inueniat:
scrobē quidem deponere ex libero venit arbitrio: vt
est. nomẽ vero infinitũ iunctum verbo nõ necesse est: vt faciat negationẽ. Qḋ enĩ dicim⁹ nõ homo ãbulat
affirmatio nõ negatio est. Ergo quoniã affirmationẽ oportet aliquid de aliquo significare. Nomẽ autẽ infinitũ est aliquid: quotiẽs dicimus nõ homo ãbulat:
ambulatiõeꝫ idest aliquid de nõ homine.i. de aliquo predicamus. Sꝫ si dicamus non ambulat nõ potius
de aliquo predicam⁹ aliquid: sed ab aliquo tollimus. Qui enĩ dicit homo non ãbulat. ãbulationẽ ab hoĩe
tollit: nõ de homine p̄dicat. Quare negatio potius q̄ꝫ affirmatio est. Si enĩ affirmatio esset.i. si vbũ esset infinitũ aliquid de aliquo p̄dicaret. Nunc autẽ aliquid ab aliquo tollit. Nõ est igitur verbũ ĩfinitũ: sed
potius negatio: quotiẽs in tota sumit̃ ꝓpositiõe. Numerũ vero ꝓpositionũ: quas nos supra quidẽ descripsimus: ipse subiecit: ⁊ infinitas quidẽ p̄us: post vo
cõtraiacẽtes. q̄ si quis ad illa reuertitur vel hic intẽdit animũ: in quo vel nostra vel aristotelica disputatio discrepet: diligẽter agnoscit. Nos enĩ ⁊ cõtrarias
ꝓposuimus ⁊ subcõtrarias. Aristoteles vero solũ cõtradictorie sibiinet cõtraiacẽtes oppositasq; ꝓposuit
sed Aristo. nõ solũ in p̄senti tempe casdeꝫ ꝓpositionũ dicit eẽ differentias quas ꝓposuit. sed etiam in alijs
quoq; duobus temporibus: que extrinsecus sunt. extrinsecus autem tempora vocat. que preter p̄ntis significationes sũt. p̄teritum.s. ⁊ futurum.

¶ Quando autem est tertiuꝫ adiacens predicatur dupliciter dicuntur oppositiones. Dico auteꝫ vt
est iustus homo. est tertium dico adiacere nomen vel verbum in affirmatione. quare quattuor erunt
iste: quarum due quidem ad affirmationem ⁊ negationem sese habebunt secundum consequentiam:
vt priuationes: due vero minime. Dico autẽ: quoniaꝫ est aut iusto adiacebit: aut non iusto. quare etiam negatio. quattuor ergo erunt intelligimus vero quod dicitur ex his q̄ subscripta sũt. est iustus homo. huius negatio est non est iustus homo. est non
iustus homo. huius negatio est: non est non iustus homo. est enim hoc loco ⁊ non est iusto ⁊ non iusto
adiacet. Hec igitur: quemadmodum in resolutorijs dictum est: sic sunt disposita.

¶ Qḋ autẽ dicitur perobscuruꝫ est: ⁊ expositũ a pluribus incurate: quoꝝ cũ iudicio ꝯpetẽti enumerabo sẽtẽtias. Postq̄ꝫ de his propositionib⁹ expedijt: que
duobus cõstiterãt terminis: ⁊ subiectum habuerant aut nomen aut (vt ipse ait) innominatum: idest infinitum nomen. Nunc ad eas trãsit: in quibus est tertiũ
adiacens predicatur vno subiecto duobus predicatis vt in eo qḋ dicim⁹ homo iustus est: homo sub iectuꝫ ẽ
⁊ iustus: ⁊ est. vtraq; p̄dicatur. Ergo in hoc duo sunt
p̄dicata: vnũ vero subiectũ. ⁊ fortasse aliquis miratur ita dixerit. Qñ autẽ est tertiuꝫ adiacẽs predicat̃.
non enĩ tertiũ predicatur: sed scdm. Duo enĩ sũt que p̄dicat̃ vnũ vero subiectũ ẽ. Sꝫ nõ ita dictũ ẽ q̄si ẽ in
ꝓpositiõe que dicit hõ iustus est tertiũ p̄dicaretur: sꝫ
qm̄ adiacet tertiũ ⁊ p̄dicatur. ergo q̄ dicitur tertiuꝫ
ad adiacere refert̃. ⁊ cum in ea ipa ꝓpositiõe q̄ dicit: hõ iustus est: est tertiũ adiacet: predicatũ autem
nõ tertiũ: sed secũdũ. Ergo tertiũ numeratũ adiacet
secũdũ vero numeratũ p̄dicatur. hoc ẽ igitur qḋ ait.
Qñ ẽ tertiũ adiacẽs p̄dicat̃. nõ qm̄ tertiũ p̄dicatur.
sed p̄dicatur tertiuꝫ adiacẽs.i. tertio loco. facit igitur
nunc in his propõnib⁹ cõsideratiõnẽ ĩ quib⁹ ẽ tertiũ
adiacẽs ẽ: ĩ p̄dicatũ. ⁊ sicut in his ĩ quib⁹ tãtũ predicatur est: nõ etiã adiacẽs p̄dicabat̃. vt hõ ẽ de subiecto cõsideratiõnẽ fecit. quot modis subiectũ sũptũ
d̄uas facẽt ꝓpõnũ. Aut.n. nomẽ dicebat eẽ subiectũ aut ĩfinitũ nomẽ. Ita hic nũc de p̄dicato loq̄t̃: ⁊ de p̄dicati differentijs tractat. In his.n. ꝓpõnibus ĩ qb⁹
ẽ tertiuꝫ adiacẽs p̄dicat̃: sũptũ p̄dicatũ alias nomen
alias ĩfinitũ nomẽ facit differẽntias ꝓpõnum. Predicatum aũt dico ĩ ea ꝓpõne que ꝓponit. hõ iustus ẽ.
iustus. hoc.n. p̄dicatum de hoĩe ẽ. ẽ autẽ nõ p̄dicatur
Sed tertium adiacens p̄dicat̃.i. secundo loco. ⁊ adiacens iusto. tertium vero in tota ꝓpõne p̄dicat̃. nõ q̄si
q̄dã pars totius ꝓpõnis: sed potius demõstratio q̄litatis hoc.n. qḋ dicim⁹ ẽ ñ cõstituit ꝓpõnẽ totã sed q̄lis sit.i. q̄si ẽ affirmatiua demõstrat: atq; iḋ nõ dixit
tertium p̄dicatur tãtũ: sꝫ tertiũ adiacẽs p̄dicat̃. Nõ
.n. positum est tertiũ p̄dicat̃ solũ. Sed adiacẽs tertiũ
secũdo loco: ⁊ (queãdmodũ dictũ ẽ) accidẽter p̄dicat̃
Põt aũt ⁊ sic intelligi. Idcirco dixisse Arist. ẽ in his
tertiũ adiacẽs p̄dicari q̄si possit aliquotiẽs ⁊ ꝑ se p̄dicari: vt si q̄s dicat Socrates p̄hus ẽ: vt ꝓpositio hec
hoc sẽtiat. Socrates p̄hus viuit. Est.n. ꝑ viuit positũ ẽ. Si q̄s ergo sic dicat: duo inueniũtur subiecta: est
vero solũ p̄dicat̃: st ẽt adiacẽs. Quod.n. dicim⁹: socrates p̄hus: vtraq; subiecta sũt. Est.n. p̄dicat̃ solũ. si q̄s
aũt dicat sic: socrates p̄hus est: vt non iã socratẽ p̄huꝫ
eẽ atq; viuere. sed socratẽ philosophari ⁊ p̄hum esse
enũciatione significet: tunc inuenitur vnũ subiectum
⁊ duo p̄dicata. Socrates.n. subiectuꝫ ẽ: p̄hus autẽ ⁊
est predicata: quorũ p̄hus quideꝫ p̄ncipaliter p̄dicat̃
Est autem adiacens noĩ qḋ est p̄hus ⁊ ipsum p̄dicat̃.
Sed non simpliciter p̄dicat̃: sed adiacẽs. Sunt aũt
alie ꝓpositiões hoc mõ: socrates in licio disputat. Et
sũt hee ex tribus terminis. Sed de hac interim ꝓpõnũ nũc nihil tractat: sꝫ ꝺ his solũ ĩ qb⁹ ẽ tertiũ adiacẽs p̄r: vt ẽ hõ iust⁹ ẽ. sꝫ ꝺ his duas q̄dẽ oppões. quo
circa recte due oppões q̄ttuoꝝ ꝓpõnũ sũt. hoc aũt huiusmõi ẽ. Qñ ẽ tertiũ adiacẽs p̄r. q̄ p̄ncipalr̃ p̄r aut
nomẽ erit aut ĩfinitũ nomẽ. Et hec aut affirmatiue p̄dicãda sũt: aut negatiue. Quo circa simplicis noĩs affirmatio ⁊ simplicis noĩs negatio vna ẽ oppositio: ⁊
due oppões. finitũ aũt ⁊ ĩfinitũ hic ñ subiectũ sꝫ sumit̃
p̄dicatũ: vt ĩ eo q̄ ẽ hõ iust⁹ ẽ. iust⁹ p̄r. hoc aũt nomen
erit aut ĩfinitũ noĩ. fiũt ergo ex his due affirmatiões ⁊ negatiões: hõ iust⁹ ẽ: hõ ẽ ñ iust⁹: ñ ẽ ñ iust⁹ hõ:
nõ ẽ iust⁹ hõ. Atq; hec q̄dẽ ĩ idefinitis. Posteri⁹ aũt
mõstrabit̃ hec ẽt ĩ his eẽ: q̄ determinatiõem hñt vniuersalitatis vel particularitatis. Nũc aũt horuꝫ ordo
subiectus numerum oppositionemq; declarat.

Affir. simplex. Negatio simplex.

Homo

Homo iust⁹ ē	oppositio vna	Homo iust⁹ n̄ ē
Affir. ex ifinito		Negatio ex ifinito
Hō nō iust⁹ ē	oppositio vna	Hō n̄ iust⁹ n̄ est

¶ Simplices i su p̄posita descriptione p̄pōnes vocauit in qb⁹ nomē p̄dicat: vt hō iust⁹ ē: hō iust⁹ nō ē. Ex ifinitis aūt in qb⁹ nomē ifinitū p̄ncipalr p̄dicat: vt hō non iust⁹ ē: homo non iustus n̄ ē. Siue āt ē p̄ mo p̄ siue postea idē ē nec hoc turbet q̄ Aristo. ē. p̄mū dixit: nos vō posteri⁹: sed idē est. Sūt igit̄ oppositiōes due p̄pōes q̄ttuor: ↄ p̄pōnes ex senario p̄pōnū numero ad pauciora reducte sūt. Sicut simplices ↄ ex duob⁹ terminis fuissēt: hoc mō cēnt: hō eē: hō nō eē. iust⁹ ē iust⁹ nō eē. Nō iust⁹ ē. nō iust⁹ nō ē. ↄ cēnt hee sex p̄pōes. Posset quidē adici hoc etiā: vt de infinito noīe subiecto fierēt p̄pōnes: vt ē: nō hō ē: nō hō nō ē. Sz de his posteri⁹ dicit. Nūc aūt sex ille simplices in q̄ttuor reducte sunt: idcirco q̄ res simplices iūcte naturaliter redeūt pauciores. Cōiūctio eni ipsa nūer minuit: vt si sint. x. res ↄ singule singulis iungātur. vt hinc fiāt: quart⁹ nūer⁹ cōiūctiōis redit. Ita eni hoc mō sex erāt p̄pōnes (vt supra docui) ī ↄ simpliciter dicerēt: sed hee astricte sūt ↄ coniunctione diminute sūt. Nā q̄ p̄posuerūt iūc q̄ttuor hō ē: hō n̄ ē: iust⁹ ē: iust⁹ nō ē: hee cōiūctiōe in duas reducte sūt: iūcr⁹ eni hō cū iusto duas p̄pōes fecerūt hō iust⁹ ē: hō iust⁹ nō eē. Rursus ad eūdē ipm hoīnē infinitū cū pater. alie due p̄pōnes ex infinito p̄dicato rationabiliter oriūtur hō nō iust⁹ ē: hō nō iust⁹ nō ē. quoz due oppōes sūt: p̄pōes vō q̄ttuor. Ita igit̄ ex sex p̄pōnib⁹ .i. ē hō: nō ē hō. ē iust⁹: nō ē iust⁹: ē nō iust⁹ nō ē nō iust⁹. Que cū sint sex p̄pōes tres tm̄ hñt oppōes: homo iusto ↄ hō nō iusto subiect⁹ q̄ttuor solas p̄pōnes fecit. duplicē vō oppōes. Qui vero dixerit nūerosiores fieri pp̄ōes ex his: in qb⁹ ē adiacens pater, quaz ex his q̄ duob⁹ terminis cōstarēt: illos nō itellexisse rerū natur ī māifestū ē. Que ita fert. vt semp ex pluribus simplicib⁹ rariores redeāt res pauciores q̄ cōiuncte. Sūt igitur ī his ī qbus ē tertiū adiacens pater: vt hoc q̄ ait tertiū nō ad p̄dicationē referat̄ potius q̄z ad ordinē: vt ipse distinxit dicēs. Dico āt vt ē iustus hō: est tertiū dico adiacere nomē vel verbū ī affirmatione: nō lqt tertiū p̄dicari. Sed adiacere tertiū: sed ad ordinē. s. nō ad p̄dicationē refert vt tertiū quidem adiaceret. Adiacēt āt p̄dicaret. i. nō simpliciter p̄dicaretur. Neqz. n. superi⁹ ē terminatū: vt ī p̄pōne est: sit termin⁹. Atqz ideo si q̄s resolvere p̄pōnes velit ī suis terminis: ille nō resoluit in eē. Sed ī eo q̄ ē hō ↄ iustus: ↄ erūt duo termini subiect⁹ quidē hō: p̄dicat⁹ vero iust⁹. Est āt q̄ adiacēs p̄dicat̄ ↄ tertiū adiacēs nō ī terminis: sed ī q̄litate positi⁹ p̄pōnis (vt dictū est) accipitur. Nomē āt vel verbū ait ē p̄pter hanc causam tertiū. n. nomē adiacere dixit ē: vt doceret p̄la duo ē hō. s. ↄ iustus: idcirco aūt ait nomē vel verbū: qm̄ verba quoqz noīa sūt. Hoc āt pri⁹ dixit dicēs: ipa q̄dē p̄ se dicta verba noīa sūt. Postq̄z igit̄ dixit: q̄d vellet ostēdere p̄ id q̄d ait ē tertiū adiacēs p̄dicatur: qm̄ q̄ztū ad ordinē nō ad p̄dicationē refert̄: subter exposuit quot fierēt p̄pōnes dicēs. Quare quatuor iste erūt. Dixit āt ī his q̄ttuor cōem accidētiā: quā paulopost diligēter expona. Quod aūt accidit hoc ē. Cum sint hec q̄ttuor p̄positiones: q̄s positurus ē. Due ipsarū sese ad affirmationem ↄ negationē ita habebūt sm̄ ↄtiā vt privationes. Due vero minime. Sed hāc in his p̄positionibus accidentiam paulopost demōstrabo. Nūc āt illud respiciam⁹ quēadmodū ipse q̄ttuor fieri p̄positiōes dicat. Ait enim: dico aūt qm̄ ē aut iusto adiacebit aut nō iusto. fiet. n. duplex p̄positio. Si aut iusto aut nō iusto ē adiacet hoc mō: ē iust⁹ homo eē nō iustus homo. Quare sequit̄ si ē affirmativo nō positū nūc quidē cū iusto nūc aūt cū non iusto geminas fecit p̄positiones. s. affirmativas: idem quoqz est cū negatione coniūctū. i. nō: geminas quoqz facit negationes. Eas. s. q̄ sūt: nō ē hō iust⁹: nō ē hō nō iustus: hoc ē āt q̄d ait. Dico aūt qm̄ ē aut iusto aut nō iusto adiacebit. Si. n. adiacet iusto facit hāc affirmatiōez Est iust⁹ hō: si adiacet nō iusto: facit hāc affirmationē: ē nō iustus hō. Quare ēt negatio iūcta cū ē idē facit: hec igit̄ negatio q̄ ē: nō copulata iusto ↄ nō iusto duas faciet negatiōes cōtra eas: quas supra diximus: p̄positiōes. Si. n. addat̄ iusto: talē facit negationem: nō ē iustus homo: si nō iusto: n̄ ē nō iustus hō: hoc āt cur evenit: qm̄ ē ↄ nō ē iusto: ↄ nō iusto adiacet: ē cum iusto ↄ nō iusto duas faciēs p̄positiones. Nō ē iterū negatio cū iusto ↄ nō iusto alias duas negatiōes. Ex qb⁹ q̄ttuor due oppōnes sūt: vt ait supra. Qm̄ ē tertiū adiacēs p̄: duplr dixit oppōnes. Quare sēsus sese totus hoc mō hēat. Sz quā ē quoqz alia descriptio loci q̄ sic dicit. Dico āt qm̄ ē aut hoī adiacebit aut nō hoī: q̄re ↄ negatio: q̄ttuor ergo p̄positiōes erūt. Intelligimus āt q̄ diximus ex his que subscripta sūt. Est iustus hō: hui⁹ negatio: nō ē iust⁹ hō. Est n̄ iust⁹ hō. huius negatio: n̄ ē n̄ iust⁹ hō: ē eni hoc loco ↄ n̄ ē hoī ↄ n̄ hoī adiacet. turbabāt expositores. ↄ dubitabāt quidē hoc eēt q̄ cū supra dixisset. Dico āt qm̄ ē aut hoī adiacebit aut n̄ hoī. I eoz exēplo ↄ dispōne ē n̄ apposuit hoī aut n̄ hoī: sed iusto n̄ iusto dicēs. Intelligim⁹ vō q̄d dī ex his q̄ subscripta sūt: ē iust⁹ hō: hui⁹ negatio: n̄ ē iust⁹ hō. Est n̄ iust⁹ hō: hui⁹ negatio: n̄ ē n̄ iust⁹ hō. ↄ postq̄z iusto ↄ n̄ iusto ↄ sit ē apposuit q̄d aū n̄ dixit sz ad hoīez ↄ n̄ hoīez ē adiacere p̄posuit. Postea īfert. Est. n. hoc loco hoī adiacet ↄ nō hoī: q posuerat iusto ↄ nō iusto ē ↄ n̄ ē adiacere: vñ Alex. quoqz dicit scripture eē culpā n̄ philosophi recte dicentis: ↄ emendandā eē scripturā: sz n̄ eū oportuit cōfūdi: si p̄ hoīe ↄ n̄ hoīe iustū ↄ nō iustū itulit. hec eni exēpla sunt positionū. ī p̄pōnis necessitas: q̄. n. dixit ē hoī ↄ nō hoī adiacere ita simplr: tāq̄z si hō p̄dicaretur: vt ī eo q̄ ē socrates hō ē: vel rursus socrates n̄ hō ē. Ergo volens sumere q̄dcūqz p̄dicatū: nūc q̄dē simplex: nūc āt ifinitū: itulit iustū ↄ n̄ iustū idifferēter hñs an hō ↄ n̄ hō p̄dicaret̄: an iust⁹ ↄ n̄ iust⁹: solū ī p̄dicato alīs sumēt nomē: alīs ifinitū nom. n̄ ergo oportuit alex. cōturbari Aliosqz ī hac scriptōe ī q̄ nos p̄hus exercē voluit: sic porphyriū: ↄ herminiū n̄ turbabat: q dicūt exempla hec eē finiti p̄dicati ↄ ifiniti: ī qb⁹ q̄ ōlibz p̄dicatū sit: eq̄ accipi oporteret: vl̄ sic cū dixisset hoī ↄ n̄ hoī adiacere ē ↄ n̄ ē: albū ↄ n̄ albū postea itulisset sufficeēt. hoc. n. ↄ illud p̄dicatū alias finitū alias ifinitū sumē ī q̄buscūqz noīb⁹ eq̄ op₃: ↄ q̄ hoī ait ↄ n̄ hoī adiacē ē: ↄ postea itulit iusto ↄ n̄ iusto: ↄ subiecit hoīem: n̄ ita ↄ putādū ē tāq̄z ō subiectis. i. hō: ↄ n̄ hō loq voluerit: ↄ postea p̄ errorē itulerit ī p̄dicato iusto ↄ n̄ iusto: sz potius ip̄z hoī ↄ n̄ hoī ita sumpsit: tāq̄z ī aliquo p̄dicaretur vt sic dem̄ ē: socrates hō ē: socrates n̄ hō ē: hic ergo hō ↄ n̄ hō p̄i. rurs⁹ si q̄s dicat hō iust⁹ ē hō n̄ iust⁹ ē: nihil differt. eodē. n. mō p̄dicatū ī vna p̄pōne simpler sūptū ē. In altera ifinitū: velut si dicā nix alba ē nix n̄ alba ē: eodē mō: n̄ ergo culpāda ē scriptura q̄ cū p̄us apposuisset hoī ↄ n̄ hoī adiacere ē iustū ↄ n̄ iustū intulit. Nihil. n. iterest siue iustū aut n̄ iustū p̄dicet̄: siue

hõ sine ĩ hõ: duũ mõ pdicatiões: alias isinitã: alias vo sinnat finitã: tũc cũ ẽ tertiũ adiacẽs pr. Exercẽ igit intelligẽ nãrãs acumẽ: plus voluit ex: dũz solertius sun⁹ nõ septim a falsa dĩiudicere: qm autẽ ea que supra dixit colligẽs ait. Est eni hoc loco: 7 ĩ est hoi adiacet. Hoc sentit: qm ĩ hac ppositiõe: que dicit: hõ iust⁹ ẽ: quã supra posuerat: iust⁹ õ hoie pdicat. Ẽ ãt adiacẽs iusto adiacebit 7 hoi. 7 ĩ ea: q dicit. hõ iust⁹ ĩ ẽ: qm iniustus pdicat õ hoie: ĩ ẽ ãt adiacez. nõ ẽ ergo hoi quoqz adiacebit. Hoc eni ẽ: qd ait. ẽ eni hoc loco 7 nõ ẽ hoi adiacet. Nã ĩ iust⁹ pater de hoie: ẽ autẽ 7 nõ est adiacet iusto: 7 hoi quoqz adiacebit: vt dictum est. Hãc quoqz scripturã emẽdãdã eẽ: faciẽdũqz eẽ alcr. opiat hoc mõ. Sicut prius quoqz expositum⁹. Est eni hoc loco 7 ĩ ẽ iusto 7 ĩ iusto adiacet. Sz ordo qdẽ tot⁹ sẽtẽtie diligẽter exposit⁹ ẽ. siue illa scriptio sit: siue illa: neutra eni mutãda ẽ. Et vna qdẽ plus hz exercitij: altera vo facilitatis: sz ad vnã intelligẽtiã vtraqz pueniũt. Restat igit vt q ait. Quare idcirco qttuor iste erũt: qz qdẽ due ad affõez se hñt fm õñtiã vt puatiões: due vo minime. diligẽti⁹ exponam⁹: Loc⁹ cui magna breuitate õstrictus ẽ: 7 nimia subtilitate ac obscuritate difficil: 7 hũc qdẽ in pria editiõe hui⁹ opis trãscurrẽtes exposuimus. atqz i eo breuissimã: vt ĩ alijs: dedimus expositionẽ. Nũc autẽ qd in se sẽsus habeat veri: quid hac breuitate latitet: qztum facultas suppetit: nos ipsi patefaciam⁹: 7 qztũ valet: anim⁹ lectoris itẽdat. Cui si forte paulo obscuriora videtur: rex iputet difficultati: si vo planiora quã putauerit: suo grãm debebit acumini. Sed pri⁹ qd hoc loco herminn⁹ arbitretur: quã possibiliter expediã. Ait herminius tribus modis cũ ĩfinito noie ppõnes posse proferri. aut .n. infinitũ subiectũ hñt: vt nõ hõ iust⁹ ẽ: aut infinitũ predicatũ: vt homo nõ iustus est: aut infinitũ subiectũ 7 ĩfinitũ pdicatũ: vt nõ hõ nõ iustus ẽ. Narrã igitur sequit quecũqz ad pdicatũ terminũ hñt nomẽ ĩfinitũ similes sũt his: que aliqui deñciãt priuationẽ. Deñciãt ãt puationẽ hec q dicunt: hõ iniust⁹ est: hõ iniustus nõ ẽ: ergo istiusmodi que: pponuntur hõ iniustus est: homo iniustus nõ ẽ: ille sequit cõsẽtiunt que sũt ex ĩfinito pdicato: vt ea q ẽ hõ nõ iust⁹ ẽ: hõ ĩ iustus nõ ẽ. Idẽ eni ẽ ingt eẽ hoiez iniustũ: qd hoiez nõ iustũ. Ille vero que hñt aut subiectũ ĩfinitũ: vt est nõ hõ iust⁹ ẽ. Aut vtraqz ĩfinita: vt ẽ nõ hõ nõ iust⁹ ẽ: nõ cõsẽtiũt ad puatoriã ppõnem que ẽ hõ iniustus ẽ: Nulla .n. similitudo ẽ ei⁹ ppõnis que ẽ: nõ hõ iust⁹ ẽ: 7 eius que dicit hõ iniustus ẽ. Nec vero eius que proponit nõ hõ nõ iust⁹ ẽ: 7 ei⁹ que enũciat: hõ iniust⁹ nõ ẽ. Nãqz ille q ĩfinitũ nomẽ hñt ĩ pdicatione: hec priuatorijs cõsẽtiũt. Ille vero ppões que aut subiectũ hñt ĩfinitũ: aut vtraqz ĩfinita priuatorijs lõge diuerse sũt. Sed hic herminn⁹ lõge a toto intellectu 7 rõne sententie discrepãs has iterposuit: que aut ex vtrisqz ĩfinitis: aut ex subiecto fierẽt ĩfinito. Qd aũt esset q ait fm cõsequẽtiã: vel que due haberẽt se fm cõseqntiã vt puationes: que vero nõ: exponens nihil planũ fecit: 7 sensus nihilo magis ãte expositionẽ Herminij: quã post expositionẽ obscurũ ẽ. Nos autẽ porphyrium sequẽtes: eiqz doctissimo viro cõsẽtiẽtes hec dicim⁹ eẽ qttuor propositiones: qrũ due quidẽ ex finitis noibus sũt: due vero ex ĩfinitis noibus pdicatis. Sũt autẽ ex finitis noibus hoc modo: affirmatio est iust⁹ homo: negatio non est iustus homo. Ex ĩfinitis vero nominibus predicatis affirmatio est que dicit est non iustus homo: negatio que promit: non est non iustus homo. Sed has ex infinitis nominibus predicatis ppositiones ĩ reliquo sermone infinitas vocabim⁹: vt affirmatio infinita sit in hac expositiõe ea que dicit: est nõ iust⁹ homo negatio ĩfinita ea que dicit: non est non iustus homo: vt quod dicturi eram⁹ propositionẽ ex ĩfinito noie pdicato: hãc ĩfinitã nominem⁹: illas ãt duas q nullũ nomẽ hñt ĩfinitũ nec subiectũ nec pdicatum: simplices vocem⁹. Sunt ergo simplices ppositiões hec: ẽ hõ iust⁹: nõ ẽ hõ iust⁹. Priuatorias ãt propositiões voco: quecũqz hñt priuationẽ: puatorie ãt sũt hoc mõ: ẽ iniust⁹ hõ: hec .n. iustitia subiectũ puat. 7 rursus nõ ẽ iniustus hõ: hec rursus iniustitia subiectũ priuat: ergo cũ sint due ppões simplices vna affirmatiua altera negatiua: 7 sint alie due puatorie: ear quoqz vna affirmatiua altera negatiua: necnõ etiã sint alie due ĩfinite: affirmatiua rursus 7 negatiua: dico qm quẽadmodũ se puatorie ppositiões affirmatio .s. 7 negatio ad affirmationes 7 negatiões simplices habuerit: sic se habebũt: 7 que sunt ĩfinite ad easdem ipsas .s. simplices .s. fm õñtiã: qd ãt dico tale ẽ: disponãtur pri⁹ due simplices .i. affirmatio q dicit est iust⁹ hõ. 7 rursus negatio que dicit nõ ẽ iustus hõ. sub his ãt disponãtur priuatorie: sub affirmatiõe qdẽ simplici priuatoria negatiua sub negatiua simplici affirmatiua priuatoria: vt sub ea que dicit ẽ hõ iust⁹ ponat: que dicit nõ ẽ hõ iniust⁹: 7 sub ea q dicit nõ ẽ hõ iust⁹ ponatur ea que proponit ẽ hõ iniust⁹. rursus sub puatorijs disponãtur ĩfinite: sub affirmatiõe affirmatio: sub negatiõe negatio: sub affirmatione qdez puatoria: q dicit ẽ iniust⁹ hõ disponatur affirmatiua ĩfinita ẽ ĩ iustus hõ sub negatiua vo puatoria q dicit nõ ẽ iniust⁹ hõ ponat negatio infinita q dicit nõ ẽ nõ iustus homo: hoc autem subiecta descriptio docet.

Affir.	Est iust⁹ hõ.	simplices	nõ ẽ iust⁹ hõ		Neg.
Neg.	Nõ ẽ iniust⁹ hõ	priuatorie	ẽ iniust⁹ hõ		Affir.
Neg.	nõ ẽ ĩ iust⁹ hõ	infinite	ẽ ĩ iust⁹ hõ		Affir.

His igitur ita dispositis dico: qm quẽadmodum se hñt priuatorie .i. affirmatio 7 negatio q dicũt ẽ iniustus hõ: nõ ẽ iniustus hõ ad simplices q pponũt ẽ iustus hõ: nõ ẽ iust⁹ homo: fm cõsequẽtiam: sic se hẽbunt etiã infinite ppositiones affirmatio 7 negatio hec .s. que sũt est nõ iustus hõ: nõ ẽ non iustus homo: ad easdez simplices que sunt: est iustus homo: non est iustus homo: videamus que sit simpliciũ 7 priuatoriarũ consequentia: vt vtrum se sic habeant infinite ad simplices: quẽadmodũ se hñt puatorie ad easdẽ simplices cognoscamus: disposite igitur sunt ĩ primo quidem ordine simplices propositiones affirmatio simplex que dicit est iustus homo: 7 negatio simplex que dicit non est iustus homo. Sub his: idest sub affirmatione simplici due negationes vna priuatoria que est nõ est iniustus homo: 7 altera infinita que est non est non iustus homo Sub negatione vero simplici que dicit non est iustus homo: due affirmationes vna priuatoria: que dicit ẽ iniustus homo: altera infinita que dicit: est non iust⁹ homo: illud quoqz in descriptione videndum est: q angulariter se affirmationes negationesqz respiciũt. nam affirmatio que est simplex est iustus homo: angulariter se contra respicit vtrasqz affirmationes infinitam: scilicet 7 priuatoriam que sunt: est nõ iustus homo: ẽ iniustus hõ. Rursus negatio simplex que est non ẽ iustus hõ angulariter respicit duas negatiões infinitaz

ifinitã.s. ⁊ priuatoriã: ⁊ ĩ v̈itate simplicẽ affirmatio nẽ priuatoria negatio seq̃r. nã si verũ ẽ dicere qm̃ est iustꝰ hõ. verũ ẽ dicere qm̃ nõ ẽ iniustus homo. nã qm̃ iustus ẽ non ẽ iniustus. ⁊ possumus istã cõtinuã ppositionẽ cõiunctã qʒ pponere: si iustꝰ ẽ hõ: nõ ẽ iniustꝰ hõ. Seq̃r ergo affirmationẽ simplicẽ puatoria negatio: vt si v̈a fuerit affirmatio simplex v̈a quoqʒ sit negatio puatoria: ⁊ affirmatõis simplicis v̈itatẽ negationis puatorie v̈itas cõsequat̃. at v̈o nõ hec cõuersio est neqʒ. n. affirmatio simplex negationẽ seq̃r puatoriã. Nã si v̈um ẽ dicere quoniã nõ ẽ iniustꝰ homo: nõ omnino verum ẽ dicere qm̃ est iustus homo. Potest enim vere de equo dici quoniã equus nõ ẽ iniustus homo. neqʒ eni oĩno homo ẽ. ⁊ ideo nec iniustus homo est. sed nõ potest dici de equo qm̃ equus est iustus homo. ita ergo veritatem puatorie negatiõis nõ seq̃r veritas simplicis affirmationis. atqʒ ideo nec cõtinua ppositio huic ⁊ coniũcta ppoĩ pferriqʒ potest. Nõ enim vera propositio ẽ si quis dicat. si nõ ẽ iniustus homo: ẽ iustus homo. de equo eni verũ ẽ (vt dictũ est.) q: nõ ẽ iniustus homo: nõ tñ verũ ẽ esse iustum hominem equũ: quare negationẽ puatoriã simplex affirmatio non seq̃r. Dõstratũ ẽ igitur qm̃ affirmationẽ simplicẽ negatio puatoria sequeret̃: negationẽ vero puatoriã simplex affirmatio non sequetur. Rursus videamꝰ ⁊ ĩ opposita parte qualis sit cõsequẽtia: ĩ diuersa. n. parte affirmationẽ quidẽ priuatoriã seq̃r negatio simplex: negationẽ vero simplicem affirmatio puatoria nõ sequitur. Nã si verum est dicere quoniã ẽ iniustus hõ verũ ẽ dicere quoniam nõ ẽ iustus homo: qui eni iniustus ẽ iustus nõ ẽ ⁊ affirmatiue priuatorie eiꝰ: scilicet que dicit est iniustꝰ hõ: veritatẽ seq̃tur negatiua simplex q̃ ẽ nõ ẽ iustꝰ homo: hoc ãt nõ cõuertitur. Neqʒ enĩ simplicẽ negatiuã seq̃tur puatoria affirmatiua. Nã si verũ ẽ dicere qm̃ nõ ẽ iustus hõ: nõ est oĩno verũ quoniã ẽ iniustꝰ homo de equo enĩ verum est dicere quoniam equus non est iustus homo: nam qui oĩno hõ nõ ẽ nec iniustꝰ hõ ẽ: sed nõ de eodẽ equo põt dici vere qm̃ equꝰ ẽ iniustus hõ: nã qui homo nõ ẽ nec iniustus hõ esse potest. Quare v̈itatẽ negatiue simplicis nõ seq̃r veritas puatorie affirmationis: veritatẽ aũt affirmationis puatorie seq̃r ex necessitate veritas simplicis negatiue: quocirca mõstratuʒ est hoc ĩ vtrisqʒ qm̃ affirmationẽ qdẽ simplicẽ sequeretur negatio puatoria: negationẽ vero puatoriã non seq̃tur affirmatio simplex. Rursus affirmationẽ puatoriã seq̃tur negatio simplex: negationẽ simplicẽ nõ sequitur affirmatio puatoria. His ergo ita positis de ĩfinitis puatorijsqʒ tractemꝰ. Puatorie nãqʒ ⁊ infinite affirmationes affirmationibꝰ negationes cõsẽtiũt negatõibꝰ hoc mõ. Affirmatio. n. puatoria q̃ dicit est iniustus hõ cõsentit ĩfinite affirmatioĩ que dicit est non iustus homo: nã si idẽ in re significãt vtreqʒ puatoria affirmatio ⁊ ĩfinita: ⁊ quãqʒ ĩ aliqua sermonis plątione discrepẽt tamẽ significatione nil discrepãt: nisi tantum q que illa iniustũ ponit .i. puatoria: hec posuit eẽ nõ iustũ: ⁊ rursus negatio puatoria que ẽ nõ ẽ iniustus homo cõsentit atqʒ cõcordat ei negationi que ẽ ĩfinita: nõ ẽ non iustus hõ: hee quoqʒ idest negationes q sibi in cõsequẽtia cõsẽtiũt manifestũ est. Seq̃tur aũt simplicẽ affirmationẽ eã que dicit ẽ iustus homo: puatoria negatio que dicit nõ ẽ iniustus homo: seq̃tur ergo eãdẽ ipsaʒ simplicẽ affirmationẽ ĩfinita negatio: idest eã que dicit est iustus hõ: eã q̃ p

ponit nõ ẽ nõ iustus homo: nam si sibi priuatoria negatio ⁊ ĩfinita cõsẽtiũt si eã seq̃tur puatoria negatio eãdẽ quoqʒ ĩfinita negatio cõsequit̃: s. affirmatõeʒ simplicẽ que proponit est iustus hõ: puatoria negatio seq̃r que dicit nõ ẽ iniustus hõ: quare seq̃r etiã eãdem simplicẽ affirmationẽ que enũciat est iust hõ ĩfinita negatio: que ẽ. nõ ẽ non iustus homo. Rursus e diuersa parte idẽ euenit: quoniã affirmationẽ puatoriã que dicit est iniustus homo. seq̃bat̃ negatiua simplex que proponit nõ ẽ iustus homo: sequitur quoqʒ infinitam affirmationẽ que dicit est nõ iustus homo: simplex negatio que proponit nõ ẽ iustus homo. nã si priuatoria affirmatio ⁊ ĩfinita cõsẽtiũt: que propositio sequitur priuatoriã: eadẽ sequitur ĩfinitã. Sed priuatoriã affirmationẽ: que dicit: est iniustus homo: sequitur simplex negatio: que proponit: nõ est iustus homo. Sed priuatoria affirmatio ⁊ ĩfinita affirmatio idẽ significãt sibiqʒ cõsẽtiunt. Seq̃r ergo simplex negatio que ẽ nõ ẽ iustus hõ: ĩfinitã affirmationẽ que dicit est nõ iustus homo. sed hoc ecõuerso nõ euenit. Nũc eni demõstratũ ẽ q simplicẽ affirmationẽ sequeret̃ ĩfinita negatio: ⁊ simplex negatio veritatem infinite affirmationis sequeretur: sed nõ ẽ cõuersio: vt rursus ĩfinitã negationẽ sequatur finita affirmatio: ⁊ simplicẽ negationẽ ĩfinita rursus affirmatio cõsequat̃: nã si idẽ priuatoria negatio q̃ ẽ nõ ẽ iniustus hõ: ⁊ ĩfinita negatio significãt: que ẽ nõ ẽ n̄ iustꝰ homo: quoniã affirmatio simplex que dicit ẽ iustꝰ hõ nõ sequitur puatoriã negationẽ que est nõ ẽ iniustus homo: vt supra mõstrauimus: eadẽ ipsa simplex affirmatio que ppoñit est iustus homo: nõ sequitur ĩfinitã negationẽ que enũciat nõ ẽ nõ iustus hõ. Rursus ĩ parte altera si affirmatio priuatoria que proponit ẽ iniustus homo: idem significat cuʒ ĩfinita affirmatõe: que dicit est nõ iustus hõ. Priuatoria aũt affirmatio que proponit est iniustꝰ homo: nõ sequebatur simplicẽ negationẽ: que dicit nõ ẽ iustus homo: nec eandẽ quoqʒ simpliceʒ negationẽ que ppoñit nõ est iustus homo: sequitur ĩdefinita affirmatio que dicit est nõ iustus hõ. Sed quãqʒ hoc rõ cõsequẽtie ⁊ necessitas monstraret: nos tamẽ id qđ demõstrauimꝰ ratione: exẽplis quoqʒ doceamꝰ. dico. n. affirmationẽ simplicẽ que dicit ẽ iustus hõ: seq̃ ĩfinitã negationẽ: que dicit nõ ẽ nõ iustus hõ: sicut eadẽ quoqʒ simplicẽ affirmationẽ sequebatur priuatoria negatio: que ppoñit nõ ẽ iniustus hõ. nam si verũ est dicere qm̃ ẽ iustꝰ hõ: verũ quoqʒ đ eodẽ ẽ dicere quoniã nõ ẽ nõ iustꝰ homo. nã q iustus ẽ: non est nõ iustus. sicut verũ erit dicere qm̃ idẽ q iustus ẽ: nõ ẽ iniustus: quare simplicẽ affirmationẽ sequitur infinita negatio: sicut eandem quoqʒ simplicẽ priuatoria negatio sequebatur. s; hoc nõ cõuertitur. neqʒ statim verũ est qm̃ nõ ẽ nõ iustꝰ homo eũdẽ eẽ iustuʒ: equus. n. nõ ẽ nõ iustus homo neqʒ. n. oĩno hõ ẽ. Qđ ãt oĩno hõ nõ ẽ: nõ poterit eẽ hõ non iustꝰ. s; de equo đ quo verũ est dicere quoniã non est non iustus homo: nõ est de eo verũ dicere qm̃ ẽ iustꝰ hõ. Sicut de eodeʒ equo verum esset dicere puatoriam negationem: quã ppoñit: non est iniustus homo. hec. n. poterat etiã de equo dici. nec erat verũ qm̃ seq̃retur hãc: idest priuatoriã negationẽ simplex affirmatio: q̃ dicit ẽ iustꝰ hõ. Quare ñ seq̃tur ĩfinitaʒ negationem que ẽ nõ ẽ non iustus homo: simplex affirmatio q̃ proponit est iustꝰ hõ: sicut nec illaʒ qdem que ꝯsentit ĩfinite negatiõi: idest puatoriã negatiõeʒ que ppoñit nõ ẽ iustꝰ hõ. ea que dicit est iustꝰ homo

simplex affirmatio seq̄bat̃. Cõcludẽti igit̃ dicẽdũ ẽ: quoniã affirmationẽ quidẽ simplicẽ seq̄t̃ infinita negatio: sicut etiã priuatoria sequebat̃. Infinitã vo negationẽ nõ seq̄t̃ simplex affirmatio: sicut nec negatiõez priuatoriã sequebat̃. Rursus in altera parte idẽ cõuersio euenit. Affirmationẽ enĩ ĩfinitã seq̄t negatio simplex sicut priuatoriã quoq3 affirmationẽ eadẽ simplex negatio sequebat̃. nã q est non iustus homo: ille ex necessitate nõ est iustus: sicut etiã qui est iniustus homo: ille ex necessitate nõ est iustus ho. At vo si vnũ est dicere: qm̃ nõ est iustus homo: nõ oĩno necesse est illũ esse nõ iustuz hominẽ. equus enĩ nõ est iustus hõ. nã q oĩno hõ nõ est nec iustus homo esse potest. sed nullus d eodẽ dicere põt. qm̃ equ⁹ ẽ ñ iust⁹ hõ. qd .n. hõ nõ est: nec nõ iustus homo esse potest. sicut etiã cũ diceremus nõ est iustus hõ: nõ sequebat̃ priuatoria affirmatio: que dicit est iniustus homo. equus nãq3 nõ est iustus hõ. sed de eodem equo nemo dicit qm̃ est iniustus homo. Iterũ igitur cõcludẽti dicẽdũ est affirmationem ĩfinitã seq simplicẽ negationẽ: sicut affirmationẽ quoq3 priuatoriã sequebat̃. sed nõ cõuertit. neq3 .n. seq̄t̃ simplicẽ negatiõez ĩfinita affirmatio: sicut etiã nec priuatoria affirmatio seq̄bat̃. sic ergo cũ sint quattuor ppositiões due simplices due ĩfinite sũt: quarũ quattuor due simplices sunt: est iustus homo: nõ est iustus homo: due vero ĩfinite est nõ iustus homo: nõ est non iustus homo. 7 harũ quattuor due quidẽ .i. negatio ĩfinita 7 negatio simplex sequũtur duas: idest negatio ĩfinita simplicẽ affirmationẽ eã que dicit nõ est nõ iustus hõ: eam que dicit ẽ iust⁹ hõ: affirmationẽ vo ĩfinitã seq̄tur negatio simplex: affirmatiõez .n. ĩfinitã que dicit ẽ nõ iust⁹ hõ: seq̄tur eã q ppõit nõ ẽ iust⁹ hõ negatiua simplex: due vero alie .i. affirmatio simplex 7 affirmatio ĩfinita nõ sequitur negationẽ ĩfinitã 7 simplicẽ negationẽ: hoc ãt ẽt ĩ priuatorijs euenit: vt affirmatio priuatoria nõ seq̄uat̃ simplicẽ negatiõez: cũ illã simplex negatio sequat̃. 7 rursus negatio priuatoria sequat̃ affirmationẽ simplicẽ: cũ simplex affirmatio ñ sequat̃ priuatoriã negationẽ. Recte igit̃ dictũ est. harũ quattuor idest duarũ simpliciũ ppositionũ: 7 duarũ infinitarũ duas duab⁹ esse cõsequẽtes: 7 habere quãdã cõsequẽtiã ad alias: sicut infinita negatio 7 simplex negatio sequũtur simplicẽ affirmatiõez: 7 ĩfinitã affirmatiõez sicut priuatiões quoq3 nã 7 priuatoria negatio seq̄bat̃ simplicẽ affirmationẽ: 7 simplex negatio seq̄bat̃ priuatoriã affirmationez: ergo due hñt cõsequẽtiã .i. ĩfinita negatio 7 simplex negatio ad simplicẽ 7 ĩfinitã affirmatiões: sicut priuatiões quoq3: nãq3 7 priuatiões similiter sũt: vt supra sepe mõstraui: due vero minime hñt cõsequentiã: neq3 enĩ negatiuã ĩfinitã simplex seq̄tur affirmatiua: aut ĩfinita affirmatiua simplicẽ negatiuã sequit̃: sicut ĩ priuationib⁹ quoq3 fuit. In priuationib⁹ nãq3 nec affirmatio simplex priuatoriã negationẽ sequebat̃: nec simplicẽ negationẽ priuatoria affirmatio cõsequuta est: sensus ergo huiusmõi ẽ. quattuor iste erũt: idest q̄tuor ppositiões: ex quib⁹ duplicẽ fieri opositionez dixerat. q̄tuor ãt iste sũt due simplices affirmatiua: ẽ iust⁹ hõ: negatiua nõ est iustus hõ: 7 due ĩfinite: affirmatiua ẽ nõ iustus homo: negatiua nõ ẽ nõ iustus homo. Quarũ ĩquit due negatiua .s. ĩfinita 7 negatiua simplex sic se habebũt ad affirmationẽ 7 negationẽ fm cõsequẽtiaz .i. ita alias duas affirmationes simplicẽ 7 ĩfinitaz ipse due negatiões sequunt̃: vt eas priuatiões seq̄ebant̃. Due vo minime .i. simplex affirmatio 7 ĩfinita affirmatio non sese habebũt fm cõsequẽtiã ipse due affirmatiões ad duas negatiões ĩfinitã .s. 7 simplicẽ: quas nõ sequebãtur: sicut nec duas has negationes priuatorie quoq3 affirmatiões sequute sunt. Qd vo ait fz cõsequẽtiã ad affirmationẽ 7 negationẽ: nõ ita ĩtelligẽdũ ẽ: quasi vna sit affirmatio aut vna negatio. Sed qm̃ ĩ q̄tuor ppositionib⁹: ĩ quib⁹ due quidẽ affirmatiões erũt: due vero negatiões: affirmatiões simplex quidẽ ẽ iust⁹ hõ: ĩfinita ãt ẽ nõ iustus hõ: negationes ãt simplex quidẽ nõ ẽ iust⁹ hõ. ĩfinita aũt nõ ẽ non iustus hõ. Quã affirmationes duas simplicẽ quidẽ ẽ iustus hõ: ĩfinitã ãt ẽ nõ iust⁹ hõ: due negationes sequebãtur: simplex negatio que ẽ nõ ẽ iust⁹ hõ: infinitã affirmationẽ: q̄ dicit ẽ nõ iustus hõ: 7 rursus infinita negatio simplicẽ affirmationẽ sequebat̃: qm̃ ergo (vt dictũ ẽ) duas affirmationes 7 simplicẽ 7 ĩfinitã: due negationes simplex 7 ĩfinita sequebãt̃: hoc ãt 7 ĩ priuationib⁹ erat: idcirco dictũ ẽ ad affirmationẽ 7 negationẽ fm cõseq̄ntiã sic se habere harũ q̄tuor ppõnum duas: sicut etiã se priuatiões hẽrẽt: ad affirmatiõem aũt 7 negationẽ dixit: q duas affirmatiões due negatiões cõseq̄rẽtur: due vero minime .i. due affirmationes negatiões duas nõ seq̄rẽtur: neq3 .n. sequebatur negationẽ ĩfinitã simplex affirmatio: aut simplicẽ negationẽ ĩfinita affirmatio: sicut nec in priuationibus erat: qd sepe supra mõstratũ ẽ. Ne qs ãt nos arbitretur de eodẽ genere ppositionũ dicere seq negationes affirmatiões: neq3 .n. dicim⁹ negationẽ simplicẽ sequi affirmationẽ simplicẽ: hoc .n. ĩpossibile ẽ: nũq3 enim sibi cõsẽtiũt simplex affirmatio simplexq3 negatio: nec rursus ĩfinita negatio: 7 ĩfinita affirmatio: neq3 enĩ fieri põt: vt aut negatio que dicit nõ ẽ iustus homo: affirmationi q̄ ppõit ẽ iust⁹ hõ cõsẽtiat: aut affirmatio q̄ dicit est nõ iustus hõ: cõsẽtiat negationi q̄ dicit nõ ẽ nõ iustus homo: eã .n. que dicit ẽ iustus hõ simplicem affirmationẽ sequit̃ priuatoria negatio: q̄ dicit nõ ẽ iniust⁹ homo. sz negatiuã ĩquiũt ĩfinitã: q̄ ẽ: nõ est nõ iust⁹ hõ: nõ sequitur affirmatiua simplex q̄ dicit est iustus homo: ergo queadmodũ negatiua priuatoria: que est nõ ẽ iniustus homo: sequit̃ affirmatiuaz simplicẽ que dicit est iustus homo: nõ eodẽ modo eadẽ simplex affirmatio: que dicit ẽ iustus homo sequit̃ infinitã negationẽ: que dicit non est nõ iustus homo. Quibus dicendũ ẽ nõ eos hãc cõsequẽtiã recte intelligere: nec quicquã in hac huiusmodi ppositionũ consequẽtia discrepare. Cur eñ hoc notauerũt: q nõ sequitur negationem ĩfinitã que ẽ ñ ẽ nõ iustus homo: affirmatio que dicit est iustus homo: nã hoc nihil mirabile debet videri: idcirco .n. simplex affirmatio que dicit ẽ iustus homo: nõ sequitur ĩfinitã negationez q̄ dicit nõ est nõ iustus hõ: qm̃ nec antea priuatoriã sequebatur: neq3 .n. sequebatur eadẽ simplex affirmatio q̄ dicit ẽ iust⁹ hõ: priuatoriã negationẽ: q̄ dicit nõ ẽ iustus hõ: 7 ea causa est: cur ĩfinitã quoq3 non sequitur. ĩfinita enim 7 priuatoria (vt supra sepe dictũ est) sibi consentiunt. Quare nulla est discrepantia: nam si simplex affirmatio negationem priuatoriam sequeretur: eodẽ quoq3 modo infinitam negationem sequeretur: tũc aũt quoniam simplex affirmatio negationẽ priuatoriam non sequitur: nec ĩfinitaz quoq3 seq̄t̃ negatiuã. Illi ãt qui sumpserũt quoniaz sequeretur priuatoria negatio simplicem affirmationem: 7 in eadem cõsequẽtia discrepare dixerũt: q simplex affirmatio nõ seq̄retur ĩfinitã negationẽ: nõ ita oportuit discrepãtiã sumere: sed magis si queadmoduz priua-

toria

toria negatio sequeretur affirmationem simplicem: sic infinita negatio nō sequeretur simplicē affirmationem: tunc in consequentia discrepare. nunc autem nulla est omnino discrepantia. atq3 in hac quidem parte nihil omnino discrepāt atq3 discordāt: videamꝰ nūc in altera parte: quā illi eē discrepātiā dicūt īfinitarū cōsequētie ⁊ priuatoriarū ad simplices: vt in ea quoq3 si qd vere discreper videamꝰ: dicūt enī affirmatiōi quē de priuatorie: q dicit ē iniustus hō: cōsētire eē ⁊ cōcordātē simplicē negatiuā que dicit nō ē iustꝰ hō: ⁊ sicut simplex negatio priuatoriā sequit affirmationē ⁊ sicut negatio priuatoria sequitur simplicē affirmationē: aūt qm nō ita sequitur simplicē negationē que dicit nō ē iustꝰ homo: īfinita affirmatio que dicit ē non iustꝰ homo. Hec enī illā nō sequit. Quibꝰ dicendum ē rursus: qm idcirco īfinita affirmatio que dicit ē nō iustus homo: nō sequit simplicē negationē q pponit nō ē iustꝰ hō. Qm priuatoria affirmatio: q dicit ē iniustus hō: nō sequtur simplicē negationē q pponit nō ē iustus hō. Qd si priuatoria affirmatio sequeret simplicē negationē: sequeret sine dubio īfinita quoq3 affirmatio eādē simplicē negationē. Nūc āt qm priuatoria affirmatio simplicē negationē nō sequit: neq3 īfinita affirmatio simplicē sequit negationē: affirmatio n. priuatoria ⁊ affirmatio īfinita sibimet cōsētiūt. Illi vo q discrepātiā voluerūt ostēdere īfinitarum ⁊ priuatoriarū cōsequētia ad simplicē: q rurz negatio simplex seqret affirmationē priuatoriā: nō eodē modo affirmatio īfinita seqret simplicē negationē: si ita oportuit colligi discrepātiā. Sz ponꝰ si quēadmoduz affirmatio priuatoria: q dicit ē iniustus hō: nō ita īfinita affirmatio que enūciat ē nō iustus hō: sequeretur simplicē negationē que ē nō ē iustus hō: tūc oportuerat dicere aliquid discrepare cōsequētiā priuatoriarū ⁊ īfinitaz ad simplices: nūc aūt cū eodē mō priuatoria affirmatio nō sequit simplicē negationē: eodez quoq3 mō īfinita affirmatio nō sequit eandez simplicē negationē: manifestū ē nullā eē in his discrepātiaz imo in oībus similimā cōsequētiā: ⁊ illos nihil p hāc rōnem: quā volūt addere: recte differere: imo potius maioribus obscurā sententiam obscuritatibꝰ iplicare sed potiꝰ ita itelligēdū ē: vt id qd ait. Quarū due qdem ad affirmationē ⁊ negationē sese habebūt sm̄ cōsequētiā. vt priuationes: due vero minime: ita accipiamꝰ tāq3 si ita dixisset: quatuor ppositionum duaz simpliciū duarū vero īfinitaz: duas idest affirmationes simplicē ⁊ īfinitā sequūtur due negatiōes simplex ⁊ infinita scilicet sicut priuatiōes quoq3. In priuationibus enī affirmatiuā simplicē sequebat priuatoria negatio: ⁊ simplex negatio priuatoriā affirmationē: relique vero due. idest simplex affirmatio ⁊ īfinita affirmatio nullā habēt cōsequētiā ad negationes idest ad simplicē ⁊ infinitā: sicut nec priuationes quoq3: nā affirmatio priuatoria nō sequebat negationē simplicem: nec simplex affirmatio priuatoriā negationē vt dicamus hoc mō: quare qtuor iste erūt due simplices due īfinite quarū. i. duarū simpliciū ⁊ duarū īfinitaz due quidē: idest negationes simplex ⁊ īfinita ad duas affirmationes sequūtur. i. simplicē ⁊ infinitā. hoc est. n. qd ait: ad affirmationē ⁊ negationē sic se habebūt sm̄ cōsequētiā. i. cōsequūtur negatiōes ad eas q sūt affirmatiōes: sicut i priuatioibꝰ quoq3 dicebat: due vo. i. affirmatiōes simplex ⁊ īfinita nō habēt se sm̄ cōsequētiā ad duas negatiōes idest simplicē ⁊ īfinitā: sicut priuationes quoq3 se sm̄ cōsequētiā nō habebāt. nā priuatoriā negationē non sequebat affirmatio simplex nec simplicē negationē priuatoria affirmatio. Est alia quoq3 simplicior expositio quā Alexāder post multas alias expositiones: i quibus aiaduertit: edidit hoc mō. Cū sint igit quatuor propositiōes quarū due sūt īfinite: due vero simplices: due igit īfinite eqliter se hnt sm̄ affirmationē ⁊ negationē ad priuatorias: due vero simplices ad easdē priuatorias se similiter nō hnt hoc modo: affirmatiua enī infinita cōsētit affirmatiue priuatorie: ea enim que dicit īfinita affirmatio est nō iustus homo: ei cōsētit affirmatiue priuatorie que dicit est iniustus hō: ea vero īfinita negatio que dicit si est nō iustus homo: priuatorie negationi cōsentit q dicit nō ē iniustus homo: atq3 hec qdē due idest īfinita affirmatio ⁊ īfinita negatio ita se hnt ad affirmationē ⁊ negationē: vt priuatiōes. i. eadē affirmāt vel negant q priuationes affirmant vel negāt: due vero minime. i. due simplices: minime se ita habent ad affirmationē ⁊ negationez sicut priuatiōes: nā oīno nō cōtigit simplex affirmatio priuatoriā affirmationē: ea. n. que dicit ē iustus hō: nō cōsētit ei q dicit ē iniustus hō nec rursus negatio simplex priuatorie negationi cōsentit: ea enī que dicit nō ē iustꝰ hō que ē simplex negatio plurimū dissidet ab ea q dicit: nō ē iniustus hō que est priuatoria negatio: ergo cū sint quatuor affirmatio simplex ⁊ negatio simplex: affirmatio infinita ⁊ negatio īfinita: harū due idest affirmatio īfinita ⁊ negatio īfinita ita aliquid affirmāt vel negant vt priuationes: hoc est enim quod ait: ita sese hnt ad affirmationē ⁊ negationē: vt priuationes: due vero minime: neq3 enī ita affirmāt ⁊ negāt due simplices sicut due priuatorie: affirmatio nāq3 simplex ab affirmatione priuatoria discrepat: ⁊ rursus negatio simplex de negatiōe priuatoria longe dessidet atq3 discordat: sed hec (vt diximus) Alexandri expositio est post multas alias simplicior non tamē repudianda: sed illa superior verior esse videt: quod Arist. ipe testatur ait: enī paulopost: hec igitur quēadmodū i resolutorijs dictū ē sic sūt disposita: hanc enim cōsequētiā quā i priori expositione intimorum priuatoriaz ⁊ īfinitaruz ad simplices i primo libri prioꝝ resolutoriꝝ: que analytica greci vocāt: sic disposuit: dicit autē porphyriꝰ fuisse quosdā sui temporis: qui hunc exponerēt locū: ⁊ quoniam ab hermnio vel Aspasio vel Alexandro expositiones singulas proferētes multa contraria et in expositionibus male ab illis editis ⁊ dissidentia reperierunt: arbitratos fuisse hunc librum Arist. vt dignum esset: exponi omnino non posse: multosq3 illo tēpore viros totam huius libri preterijsse doctrinā: q inexplicabilem putarent esse caliginem. Nos autem breuissime hunc locum in prima editiōe preterimꝰ: sed quod illic pro intellectus simplicitate breuiter posuimus: hic omni latitudine totam sententie vim et prolixitatem digessimus: quare quoniam superiora digne (vt mihi videtur) expressimus: sequentis textꝰ ordinem sententiamq3 videamus.

¶ Similiter autem se habent: ⁊ si vniuersalis nominis sit affirmatio vt omnis est homo iustus. Negatio. non omnis est homo iustus omnis est homo non iustus. non omnis est homo non iustus. Sed non similiter angulares contingit veras esse: contingit autem aliquando.

¶ De īfinitis qdā propositionibus preloquutus: nunc de his q determinate sūt sm̄ vniuersalitatis ⁊ particu-

laritatis adiectionē dixit: quod etiam similiter ipse se habent sicut ille quoqꝫ que sine vlla determinatiōe dicebantur simplex scilicet propositio atqꝫ īfinita. Qđ vero ait. Similiter autē se hñt ꝛ si vniuersalis noīs affirmatio sit alij ita intellexerūt. vt qđ ait similiter referatur ad numerū ꝑpositionū ꝛ oppositionū. Naꝫ sicut ī his que īfinite sunt ꝛ īdeterminate due sunt oppositiones: vna simplicis negationis ꝛ simplicis affirmationis: altera īfinite affirmationis ꝛ infinite negationis: quatuor aūt ꝑpositiones: quod supra iam dictum est: ita quoqꝫ in his que determinationem secūdum vniuersalitatem particularitatemqꝫ habēt: sūt quatuor ꝑpositiones ꝛ oppositio duplex. Oppositio eniꝫ vna est vniuersalis affirmatiōis simplicis ꝛ particularis negationū simplicis: vt est: omnis homo iustus est: non omnis homo iustus est: hec est quidem vna oppositio. Alia vero infinite vniuersalis affirmationis: ꝛ infinite particularis negationis vt ē: oīs homo non iustus est: non omnis homo non iustus est. Quare hic quoqꝫ cū due sint oppositiōes: erūt sine dubio ꝑpositiōes quatuor: sicut ī his de quib⁹ supra iaꝫ dixerat: que. s. determinatione carebāt. Alij vero qui Aristotelis animū penitus inspexerunt: nō tantum similiter solū se habere determinatas propositiones ad numerū oppositionū ꝛ propositionū: sed etiam ad cōsequētiā: neqꝫ est cōsequētia negationum ad affirmationes ī his propositionib⁹ simplicib⁹ ꝛ infinitis: q̄ preter determinationē dicūtur: eadeꝫ similitudo habetur in his que cū determinatione proferuntur. Sꝫ quoniam nō in oībus omnia similia habent: idcirco addidit notans: sed non similiter angulares contingit esse veras: cōtingit auteꝫ aliqnādo. Sensus autē totus huiusmodi est. Similiter inquit se hñt hec propositiones que secundū determinationē dicuntur īfinite ad simplices: ꝛ simplices ad infinitas: quēadmodū ille quoqꝫ se habebant: que sine determinatione īdefinite dicebantur. Sed habēt quandā dissimilitudinem: q̄ angulares ꝑpositiones in his que cum determinatione dicuntur: non eodē modo vere sūt: quomodo ille sūt que sine determinatōe proferebantur vel infinite vel simplices. videamus ergo prius an eadē in his que determinate sunt cōsequētia sit: que in his est que indefinite ꝑferuntur. Post videamus q̄ sit in angularibus dissimilitudo: disponātur ergo nō solum hec que simplices: vel infinite sunt. Sed etiaꝫ que sunt priuatorie: ꝛ prius quidem disponātur hoc modo. Simplex quidem affirmatio simplex que negatio. Et hec quidē indefinite idest preter vniuersalitatis: aut particularitatis adiectionem: sub his idest sub affirmatione quidem simplici ponatur negatio priuatoria: sub negatiōe vō simplici affirmatio priuatoria hec quoqꝫ rursus indefinite: sub his autem ponatur sub affirmatiōe priuatoria ꝛ sub simplici negatione affirmatio infinita. Sub priuatoria aūt negatione ꝛ simplici affirmatione ponatur negatiua infinita: ꝛ hec quoqꝫ indefinite ꝛ indeterminate sine vlla vel vniuersalitate. Sub his autem disponanť hec quas determinatas vel vniuersalitatis quātitate vel particularitatis vocamus ꝛ primo quidē affirmatio vniuersalis simplex cōtra hanc negatio particularis simplex. Sub affirmatione autem vniuersali simplici ponatur negatio particularis priuatoria. sub negatione autem particulari simplici vniuersalis affirmatio priuatoria. rursus sub negatione particulari priuatoria ꝛ sub affirmatione vniuersali simplici ponatur negatio particularis infinita. Sub affirmatione vero vniuersali priuatoria: ꝛ sub negatione simplici particulari ponatur vniuersalis affirmatio infinita: erit autem huiusmodi descriptio.

Affirmatio simplex	Homo iustus est
Negatio priuatoria	Homo iniustus nō est
Negatio infinita	Homo nō iust⁹ nō est
Indefinite	
Homo iustus non est	Negatio simplex
Homo iniustus est	Affirmatio priuatoria
Homo non iustus est	Affirmatio infinita
Affirmatio vlis simplex	Omnis homo iustus ē
negatio pticularis priuatoria	Nō oīs hō iniustus est
negatio pticularis īfinita	Nō oīs hō nō iust⁹ est
Definite	
Nō omnis homo iustus est	Neg. pticlaris simplex
Oīs homo iniustus est	Affirma. vlis priuatoria
Oīs homo non iustus est	Affirmatio vlis īfinita

¶ In hoc ordine propositionū quē supra descripsimus que sint angulares manifestum est. Sunt namqꝫ affirmationes qdē affirmationibus: negationes vō negationib⁹: ꝛ ī his qdeꝫ que īdefinite sūt eodē mō angulares sunt affirmatiōes. Simplex qdē affirmatio que dicit ē homo iustus priuatorie affirmationi que dicit est homo iniustus: ꝛ īfinite affirmationi que proponit ē homo nō iustus angularis est. Negatio vero simplex que est nō est homo iustus: negatiōi priuatorie que dicit nō ē homo iniustus: ꝛ negationi īfinite que est nō ē homo nō iustus angularis ē. Itē si qs ad definitas propositiōes aspiciat: idē sine aliqua dubitatione reperiet. Affirmatio eniꝫ vniuersalis simplex que ē oīs homo iustus est: affirmatiōi vniuersali priuatorie que enunciat oīs homo iniustus ē: ꝛ affirmationi vniuersali infinite que dicit oīs ē hō non iust⁹: angularis est. Itē negatio particularis simplex que ē non oīs ē homo iustus: negationi particulari priuatorie que dicit non oīs ē homo iniustus: ꝛ negationi particulari infinite que proponit non oīs ē hō non iust⁹ angularis ē: igitur affirmationes affirmatiōib⁹ ꝛ negationes negationibus angulares sūt ꝛ ī ordine īdefinitarū propositionū: ꝛ ī ordine definitarū: quo circa de earū cōsequentia speculandum est: dictum est enī prius q̄ affirmationē indefinitā simplicē sequeretur priuatoria ꝛ infinita negatio: eas vō simplex affirmatio non sequeretur: rursus ī infinitā affirmationē priuatoriāqꝫ affirmationeꝫ sequiť simplex negatio: hec vero simplicem negationē nō sequuntur. Rursus si quis ad ordinē definitarū respiciat: idem inueniet affirmationē nāqꝫ vniuersaleꝫ simplicē sequitur particularis priuatoria negatio ꝛ particularis infinita negatio. Naꝫ si vera est vniuersalis affirmatio simplex que dicit: omnis est homo iustus: vera est ēt particularis priuatoria negatio que dicit: nō omnis est homo iniustus. hoc autē idcirco euenit q̄ ea que dicit nō omnis homo iniustus est: idem potest quod simplex: ꝛ similis est ei que ꝑponit quidā homo iustus est: particulari simplici affirmationi. nā si nō omnis homo iniustus est. quidā hō iustus est. sed particularis affirmatio simplex sequitur vniuersalē affirmatiuā simplicē. Quando enim vera est vniuersalis affirmatio que dicit omnis homo est iustus: vera est ꝛ particularis affirmatiua que ꝑponit quidā homo iustus

¶ Postqꝫ de propositionibus infinitum habentibus predicatum sufficienti disputatione locutus est: earūqꝫ oppositiones ostendit: consequentiasqꝫ demonstrauit: in medio de infinitis nominibus q non essent negationes breuiter permotauit. Nunc redit ad eas propositiones que subiectum habent infinitum predicatum vo vel finitum vel infinitum: et primum quidē an eedem sint idemqꝫ significent habeantqꝫ ordine aliquam consequentiam he ꝓpositiones que ex infinito subiecto sunt. cum his que ex infinito predicato sunt vel ex vtrisqꝫ finitis: docet. Ait enī has duas ꝓpositiones que sunt. est omnis non homo iustus. non omnis est iustus non homo nulli illarum idem significare: que aut ex vtrisqꝫ finitis sunt: aut ex predicato infinito. et disponantur quidem ille: que aut ex vtrisqꝫ finitis sunt: aut ex predicato infinito. et primum quidem ponatur simplex affirmatio vniuersalis: sub hac negatio vniuersalis ex predicato infinito superiori simplici affirmationi consentiens. Contra vo ponatr vniuersalis simplex negatio. et sub hac vniuersalis ex infinito predicato affirmatio: quas constat sibimet consentire precedente affirmatione vniuersali que est ex infinito. scilicet predicato.

Est omnis hō iustus		Nullus ē hō iustus
Consentientes	Contrarie / Contrarie	Consentientes
Nullus ē hō nō iust⁹		Est oīs hō nō iust⁹

Cum igitur ita sint affirmationes et negationes posite que simplex quidem subiectum habent: infinitum vo vel simplex predicatum: nūc Aristoteles dicit: quia he propositiones que subiectum habēt infinitū: nulli illarum superiorum quas disposuimus idem significant. hec enim que dicit est omnis non homo iustus: non cōsentit ei que dicit est omnis homo iustus: nec rursus ei que dicit est omnis homo nō iustus nec his rursus que sunt. nullus est homo iustus: vel nullus est homo non iustus. he enim omnes hominem subiectū habent: ille vero non hominē. Quocirca nec huius negatio. i. vniuersalis affirmationis ex infinito subiecto particularis. s. negatio. cum nulla earum que finitum habent subiectum: poterit consentire. Ea enim que dicit non est omnis non homo iustus: neqꝫ cum ea que proponit est omnis homo iustus: nec rursus cum ea que proponit est omnis homo non iustus nec cum his que enunciant. nullus est homo iustus: vel nullus est homo non iustus. Sed nō hoc dicit quoniam ex infinito subiecto propositiones diuerse sunt his q sunt vel ex finito predicato vel ex infinito subiecto tamen finito. possunt enim diuerse quidem esse predicationes idem tamen aliquotiens significare: vt ea que dicit omnis est homo iniustus cum diuersa sit ab ea que dicit nullus est homo iustus: idem tamen aliquādo significant: si affirmatio priuatoria precesserit. Dictum est enim q affirmationibus precedentibus negationes sine dubio sequerentur ergo hoc non dicit quoniam diuerse sunt propositiones ex infinito nomine subiecto his que sunt ex predicato vel finito vel infinito subiecto tamen finito: sed q omnino sibi nō cōsentiant: vel non idem significēt. i. tota sint virtute ꝓpositionis dissimiles. Atqꝫ quidem hec dixit de his q īfinitū subiectū haberēt īfinitū vo vel finitum predicatū. vēit aūt nūc ad ipsarū cōsequētias q ex īfinito nomie subiecto constāt: et et vtroqꝫ infinito et sicut supra cōsequētiā earū q ex vtrisqꝫ finitis erāt vel ex īfinito ꝑdicato docuit: ita quoqꝫ eorū earū que ex vtrisqꝫ īfinitis noīb⁹ cōstāt: vel ex īfinito noīe subiecto q̄lē ad se hēat cōsequētiā mōstrat dicēs. Illa vo que ē oīs nō iust⁹ nō hō. illi q ē nullus iust⁹ nō hō idē significat: has tm̄ duas ꝓpositiōes mōstrat affirmatiuā. s. vlem ex vtrisqꝫ infinitis: q dicit oīs nō iust⁹ nō hō ei cōsentire q ē vniuersalis negatio ex solo īfinito subiecto: que dicit. nullus iust⁹ nō hō. In his autē subaudita particula ē: vt sit tota ꝓpō. oīs nō iust⁹ nō hō ē et rursus null⁹ iust⁹ nō hō ē. nā sicut ī his que finitum habebāt subiectū: īfinitū vo vel finitū ꝑdicatū: affirmationē ex finito subiecto vl īfinito ꝑdicato. eā. s. q dicē ē oīs hō n iust⁹: seqbat simplex vlis negatio: q ex vtrisqꝫ finitis cōstat: null⁹ hō iust⁹ ē. Ita queqꝫ ibi ꝑmutatis tm̄ subiectis idē vēit. Nā sic illic negatio ex vtrisqꝫ finitis vlis seqbat affirmationē ex finito subo et infinito ꝑdicato: Ita quoqꝫ affirmationē ex vtrisqꝫ infinitis vlez sequit negatio ex īfinito subo. Ipa quoqꝫ vlis et has duas qdē ꝓpositiones ascripsit solaꝫ in his consequētiā spectans. Ceteras āt q putabat intellectu eē faciles ꝑsequi neglexit. Nos aūt eas ne qd reiectū videat apponimus: est enī consequētia hoc mō.

Est omnis non homo non iustus
Nullus non homo iustus est

Est omnis non homo iustus
Nullus non homo non iustus est

Quidam non homo iustus est

non

Non omnis est non homo non iustus

Quidam non homo non iustus est
Non omnis non homo iustus est

¶ Has igitur si quis diligenter inspexerit duas comparationes duabus convenientissimam consequentiam consensumque monstrabunt.

¶ Incipit liber quintus

Maximam operis huius emensi partes ea que sequuntur licet magnis questionibus impedita tamen audacius atque animosius exequemur. nec defatigari in singulis partibus oportet totius dialectice prodere aggressum: atque expedire doctrinam. itaque rectam cõmentationis seriẽ teximus.

¶ Transposita vero nomina ⁊ verba idem significant: ut est albus homo. ⁊ est homo albus. nã si hoc non est: eiusdem multe erunt negationes. sed ostẽsum est: quia una unius est. eius enim que est. est albus homo. negatio est. non est albus homo. eiꝰ vero que est. est homo albus. si non eadem est ei que est. est albus homo: erit negatio vel ea que est. non est non homo albus. vel ea que est. non est homo albus Sed altera quidem est negatio eius que est. ẽ non homo albus. alia vero eius que est. est albꝰ homo quare erunt due unius.

¶ Docet nunc quoniam si nomina ⁊ verba transferantur ⁊ aliud prius aliud vero posteriꝰ predicetur: unã sine dubio significantiam retinere. Sive enim quis dicat. est homo albus: sive est albus homo sive homo albus est: sive albus homo est: sive quomodolibet aliter ordinem predicationis permutet: eadẽ sine dubio significatio permanebit. ⁊ hoc quidẽ fortasse oratoribus vel poetis non eodem modo perspiciendum est: quo dialecticis. Etenim quantum ad compositionem orationis spectat: maxime differt quo verba ⁊ nomina predicationis sue ordine proferantur Multum enim interest in eo ꝙ ait Cicero. ad hanc te amẽtiam natura peperit: voluntas exercuit: fortũa servavit. ita dixisse ut dictum est: an ita. ad hanc te amentiam peperit natura: exercuit voluntas: servavit fortuna. Sic enim minor est sententie magnitudo: mistusque in ea lucet id ꝙ si sic cõponatur eminet: ⁊ se se vel nolentibus hominum auribus animisque patefacit Rursus cum dicit virgilius pacique imponere morem potuisset servare metrum: si ita dixisset. moremque imponere paci. sed esset debilior sonus: nec eo ictu versus tam preclare ut nunc compositus diceretur. ergo non idem valet oratoribus vel poetis verborum nominumque ordo mutatus. Quod enim ad compositionem spectant: multum in ordine sermonum ornamenti reperient. Dialecticis vero quibus nulla est ad orationis leporẽ cura loquendi a quibusque sola veritas perscrutatur: nihil differt quolibet ordine verba ⁊ nomina permutentur: cum tamen eandem vim quã prius in significatione retineant. sed nec apud ipsos modis omnibus permutato ordine dictionis eadem semper ꝓpositionis significatioque servatur. Hec enim particula que negativa est idest non multum valet multamque differentiam perficit variis adiecta locis. Si quis enim dicat homo albus non est: faciet indefinitam simplicem negationem. Si quis vero dicat. homo non albus est faciet indefinitam ex infinito predicato affirmationẽ Si quis autem predicet non homo albus est: idẽ quoque constituit ex infinito subiecto indefinitam affirmationem. rursus si quis dicat omnis homo non iustus est. hec consentit ei que dicit nullus homo iustus est. Quod si idem non ad universalem determinationem ponatur: ut dicatur non omnis homo iustus est. non iam universalis affirmatio infinite predicationis consentiens universali simplici negationi fit: sed potius particularis negatio simplex: videamus igitur quam multas faciat differẽtias negativa pticula diverse nominũ predicationi cõnexa. Sed quãque hec ita sint: potest tamen alio modo eadem diversis in locis posita eandem vim significationemque servare. si enim sit posita non particula cum universalitate sua: cum eadem ipsa sepius permutetur: idẽ sine dubio in significatione consistit. Si quis enim dicat non omnis homo albus est: particularis est simplex negatio. si quis vero sic dicat. homo non omnis albus est: eadem significatio est. Vel si hoc modo. homo albus non omnis ẽ nec hec a superiore significatione discedit. vel si quis amplius permovet dicens homo albus est nõ omnis a superiore significatione nil discrepat. Eodem modo vel si quomodolibet aliter permovetur: cum propria tamen universalitatis determinatione diverso modo permutata idem semper necesse est in significatiõe servetur. eodem modo si eadem non particula cum alio nomine vel verbo iuncta sepius transferatur. Ut cum dicimus homo iustus non est. Rursus homo non est iustus. rursus non est homo iustus. eadem significatio retinet. Quocirca si sola particula negativa permutata sit: ⁊ non eodem semper ordine predicetur: multas differentias faciet propositionum. Si vero iuncta cum alio nomine sepius (ut dictum est) transferatur eadem in translationibus omnibus significatio permanebit. His igitur ita dispositis videndum est que sit Aristote. demonstratio. verba ⁊ nomina transposita eandem semper vim significationemque subiicere. ait enim transposita vero verba ⁊ nomina idem significant: ut est homo albus est. albus homo hec enĩ trãspositis nominibus atque verbis eandem retinent significationem. In illa enim prius albus est: posterius homo. in hac autem prior homo: posterior albꝰ ꝙ si hoc falsum est: ⁊ non sint eedem: sed a se diverse sunt. Impossibile aliquid inconvenïensque contingit. erunt enim due negationes unius affirmationis quod est impossibile. Ostensum enim est quoniam una unius est affirmationis negatio. Nunc igitur videamus si he affirmationes que dicunt est albus homo: ⁊ est homo albus: non sunt eedem: sed diverse quemadmodum unius affirmationis due sunt negatiões. ⁊ primo quidem disponantur hoc modo. est albus homo. est homo albus. huius ergo propositionis que dicit est albus homo erit negatio ea. s. que proponit non est albus homo. alia namque que esse possit rationabiliter non poterit inveniri. disponantur igitur rursus eedẽ ⁊ superior affirmatio cum propria negatione.

Est albus homo
non est albus homo
est homo albus

¶ Cum igitur eius que dicit est albꝰ hõ. negatio sit ea que ꝓponit nõ est albus hõ. si ea que dicit ẽ homo albus diversa erit ab ea ꝓpositione que pnũciat ẽ albꝰ hõ alia erit eius negatio. sit ergo aut ea q̃ dicit nõ ẽ

non homo albus: aut ea q̃ dicit non ē hō albus. Rursus igitur disponantur due quidem affirmatiões prime alternatim posite: & econtrario confessa prioris negatio. Contra secundum vero vtreqꝫ he negationes quas diximus ascribantur.

Est albus homo	Non est albus homo
Est homo albus	Non est homo albus
Non est non homo albus	

¶ His igitur ita descriptis eius ꝓpositionis que dicit ē hō albus: non potest esse illa negatio que dicit non est non hō albus. Illius est enim negatio que habet subiectū infinitū: q̃ dicit: ē non hō albus. similiter aūt si quālibet aliam quis posuerit negationem eius sine dubio alia reperitur affirmatio. Unde fit vt relinquē ea eius esse negatio que proponit non est homo alb⁹ est ergo negatio eius que dicit est homo albus ea que dicit non est hō albus. sed eius affirmationis que proponit est albus homo negatio est & ista que dicit non est homo albus. Quod probat ea res ꝙ inter se verum falsumqꝫ diuidunt. nam si veruꝫ est esse albū hominem: falsum est non esse hominem album. Quod si in aliquibus verum inuenitur: hoc ſm indiffinitionē propositionis agnoscitur non ſm negationis formam: vt magis ſm quantitatem non sint sibi opposite potius q̃ꝫ ſm qualitatem. ꝙ illa res monstrat si quis dicat. Est albus omnis homo si contra hanc ponatur non est omnis homo albus: perspicuum ē qm̄ inter se & veritatem diuidunt & falsitatem. vnam enim veram esse necesse est. vnam falsā. quare etiam si determinationes auferantur: eadē oppositio redit licet sit indefinita. Nam sicut in ea que dicit oīs hō iustus est: non omnis homo iustus est: sublatis omnis & non omnis hō iustus est: homo iustus non est: affirmatio & negatio opposite sunt. Ita quoqꝫ in his sublato oīs & non omnis ea que dicit est albus homo ei que dicit non est homo albus opposita est. additis enim determinatiōibus vna semper vera est: altera falsa sed diximus qm̄ affirmationis eius que dicit est albus hō negatio est non est albus homo. Due igit̄ negatiões non est albus hō: & non est homo albus: vni⁹ affirmationis sunt: que enunciat est homo albus. ꝙ euenit si negationes he que dicunt non est homo albus: & non ē alb⁹ hō a se diuerse sunt ꝙ ex eo contingit ꝙ prius propositū est eā que dicit est albus homo diuersaꝫ eē ab ea que dicit est homo albus. ꝙ si hoc īpossibile est vt vna affirmatio duas habeat negationes. & perspicuum est contra eam affirmationē que dicit est hō albus vtrasqꝫ has negatiões que dicunt non est albus homo & non est homo alb⁹ oppoñ he a se diuerse nō sunt sibiqꝫ consentiunt: & tm̄ permutatione nominis distant. Ceteris autem oībus eedē sunt. ꝙ si he negationes eedē sunt: eedem quoqꝫ sunt affirmatões. Recte igitur dictum est qm̄ transposita nomina & verba eandem vim significationemqꝫ tenent. Sensus ergo totius ita se habet. hoc autem modo ordo verborum. Transposita inquit nomina & verba idem significant & est horum exemplum vt est homo albus: est albus homo. In his enim nomina transposita sunt. Nam si hoc nō est. i. si nō idē significant nomina & verba trāsposita: quiddam īpossibile & inconueniens contingit Ait. n. eiusdem multe erunt negationes. i. eiusdem affirmationis multe negationes erunt. sed hoc impossibile ē. ostēsum est enim qm̄ vna vnius est. Due ergo negationes vni oppoñ affirmationi: si verba & noīa transposita non idem significant: sic demonstrat. eius enī que est. est alb⁹ homo. s. affirmationis. negatio ē non est albus hō. Cōtra illam enim affirmationē hec negatio iuste opponit̄. ei⁹ vō q̃ ē. est homo albus. i. alterius affirmationis si non eadem ē ei que ē. ē albus homo. i. si diuersa est a priori ꝓpositione que dicit est albus homo: & non est ei eadem: ac si diceret si ei non consentit. erit negatio vel ea q̃ est non est albus homo: vel quecunqꝫ alia: quā si qs ponat esse negationē vna ratione refellitur: quam hic quoqꝫ posuit. refellitur autem hoc modo. ait enim. Sed altera qdem ē negatio eius que est. est nō homo albus: altera vō ei⁹ que est. est albus homo. Inter duas enim negatiões quas posuit illam. s. que dicit non est nō homo albus: & eā que proponit non est homo albus: illa que dicit non est nō homo albus negatio est affirmationis infinitū habentis subiectum: que dicit: est non homo albus. alia vō scꝫ que proponit non est homo albus: ei⁹ est negatio que dicit est albus homo. cum ea eniꝫ verum diuidit atqꝫ falsum. Quare erunt due negationes vnius affirmationis. sed hoc impossibile est.

¶ Quoniam igitur transposito nomine & verbo eadem fit affirmatio & negatio manifestum est.

¶ Superiorem argumentationem hac huius sententie cōclusione confirmat. fecit aūt hūc sillm̄ in secundo mō hypothetico: quē īdemōstrabilem vocat hoc mō si primū est: secūdū ē: sed scd̄m non est primū igitur non est. i. si transpositis verbis & nominibus non sunt eedē ꝓpositiones: vnius affirmationis due sunt negatiões. sed hoc īpossibile est. Non igit̄ diuerse sūt propositiones transpositis verbis & nominibus.

¶ At vero vnum de pluribus. vel plura de vno affirmare vel negare. si non est vnuꝫ ex pluribus. nō est affirmatio vna neqꝫ negatio. Dico aūt vnum. non si vnum nomen positum sit. non sit autem vnū ex illis. vt homo est fortasse & animal. & mansuetum & bipes. sed ex his vnum fit. ex albo autem & homine. & ambulare non est vnum. quare nec si vnū aliquid de his affirmet aliquis. erit affirmatio vna. sꝫ vox quidem vna. affirmationes vero multe. nec si de vno ista. sed similiter plures.

¶ Multos talis loci huius caligo confundit: vt digne exequi & quod ab Aristo. dicebatur expedire non possent. Nos autem supra iam diximus magne fuisse cure apud peripatetice secte pcipes diiudicare que esset vna affirmatio vel negatio: que plures. Neqꝫ enī vocis sonitu cognoscuntur aut numero terminorum: est enim vt vna quidem res de vna predicetur: & non sit vna enunciatio. potest etiā fieri: vt vel plures de vna re predicentur vel vna de pluribus vna tamē ex his omnibus enunciatio fiat: que res maxime apud eos cautele fuit: vt vbi incidisset perspecta regula non lateret. Nam si quis dicat canis animal est. non vna est enunciatio. canis enim multa significat. Si quis vero dicat homo animal rationale mortale est: vel animal rationale mortale homo. singule enuntiones sūt: iccirco qm̄ quiddam vnum ex omnibus fieri potest. nā de aīali rationali atqꝫ mortali simul iunctis vnus homo perficitur. Item alia sunt que plura predicant̄. de quibus vnum aliqd effici constituiqꝫ non possit. neqꝫ enī si illa de altero ꝑdicet̄: neqꝫ si de illis aliud: vna affirmatio

matio vel negatio est: sed tot dicẽde sunt affirmatões
esse: quot sint he res: q̃ vel de vna predicãtur: vel de
qbus vna dr̃. vt cum dicimus. Socrates caluus phs
ambulat: et caluitie ⁊ phia ⁊ ambulatione nihil vnũ
cõiũgit: vt hec quasi alicuius speciem forment. Quo
circa siue hec de vno pdicẽt: siue vnũ de istis: non po
terit vna esse enunciatio. ⁊ cõiter quidem totius pro
positi sensus huiusmodi est. Nũc autem ad ipsi⁹ Aris.
verba veniamus. Dicit. n. At vo vnum de pluribus
⁊ plura de vno affirmare vel negare: si non est vnum
ex pluribus: nõ ẽ vna affirmatio: neq; vna negatio
si lgt plura de vno pdices. vt cũ dicis phs sun⁹ calu⁹
Socrates est: vel rursus cum vnũ de pluribus predi-
cas. cũ dicis. Socrates simus phs caluus est. si ex his
pluribus que vel pdicas vel subijcis: vnum aliqd non
fit queadmodũ vnum fieri potest de his que predica
m⁹ substãtia animata sensibilis: id qd ẽ animal: non
fit vna affirmatio nec vna negatio. quãdo qdẽ plura
vel pdicanẽ vel subijciũtur: et quib⁹ cõgregatis vna
spẽs nõ existit. q si vnũ de vno aliquis predicauerit
quo;; nomen vnum plura significat: et quibus vnum
aliqd non fiat: rursus non est vna affirmatio nec vna
negatio. Si quis enĩ dicat canis aĩal est: nomẽ ẽ canis
significat ⁊ latrabilem ⁊ celestẽ ⁊ marinũ: et qb⁹ iun
ctis nihil vnum efficitur. Quare qsi ex his pluribus
vnũ aliquid effici non põt: ex illo quoq; canis nole nõ
fit vna affirmatio ⁊ vna negõ: qd pdicaẽ aut subijciẽ
cum multa significet: et quibus vnũ fieri non possit.
qd per hoc ostendit quod ait dico autem vnum non
si vnũ nomẽ sit positum: non fit autem vnum ex illis.
Potest. n. fieri vt vnum nomen de vno predicetur.
sed si vnũ ipsorum plura significat: et qb⁹ vnum non
fit: nõ ẽ vna negatio vel affirmatio. neq; . n. vox vnã
pficit enũciationẽ: sed ei⁹ quod significat simplicitas:
vel si plura sint in vnum collecta: aliquid vnũ faciẽdi
potentia. huius autem rei subiecit exemplum: quod
plurimos fefellit dicens: vt homo est fortasse ⁊ aĩal ⁊
bipes ⁊ mansuetum. sed ex his vnum fit. ex albo autẽ
⁊ hoĩe ⁊ ambulare non vnum. Putauerunt alij hũc
ita dixisse vt ostenderet exempli gratia se hanc quasi
diffinitionẽ dedisse: ne forte aliqs arbitretur hanc q̃
si veram hoĩs diffinitionẽ posuisse: que est aĩal bipes
mãsuetũ. Jccirco. n. sqũit dixit fortasse. ⁊ aĩal. ⁊ bi-
pes. ⁊ mãsuetũ. Ne qs oĩno putaret hmõi esse hoĩs
diffinitionẽ Aristotelem arbitrari. Alij vo hoc nõ ita
dictum accepere: sed potius in hanc sententiam dictũ
Aristotelis scripturamq; iterpretati sunt: vt hõ est q̃
⁊ aĩal ⁊ bipes ⁊ mansuetum. sed ex his vnum fit: vt
ita intelligeretur. homo quidẽ equaliter se habet ad
id quod est homo: ⁊ ad id quod est animal bipes man
suetum. Quocirca si idem est ⁊ equum dicere homi-
nẽ qd aĩal. bipes. mansuetũ. necesse ẽ quotiẽs de vno
plura hec pdicanẽ idest animal. bipes. mansuetũ de
hoĩe: qsi equale ẽ hoĩ quod vnum est vnum quiddã
predices q̃uis tres voces predicare videaris. Sed oẽs
hi nihil oĩno itelligunt: sed est melior expositio: quã
Porphyrius dedit. volens inqt Aristoteles demon-
strare que vna esset affirmatio: que non vna: dixit pri
mo quoniam plura de vno pdicare: vel plura vni sub
ijcere nõ ẽ vnã enũciationem facere: nisi ex illis pluri
bus vnum aliquid fieret. videns idẽ q adhuc plures
possent esse affirmationes etiam in his predicatis: q̃
cũ plura sint: vnum tamẽ ex his fieri possit. hoc dixit
hõ ẽ fortasse ⁊ aĩal. ⁊ bipes. ⁊ mansuetum. Qd aũt
dico tale est. manifestum quidem fit quoniam si plu
ra de vno pdicentur: et quibus vnum fieri non possit
vel plura subijciantur vni: et quibus vnũ non fit: non
est vna affirmatio nec vna negatio. Nunc autem tra
ctemus de his pluribus: et quibus vnum aliquid fie-
ri possit. Jnueniemus enim ⁊ in his ipso modo enũ-
ciandi plures aliquotiens enunciationes ⁊ non vnam
reperiri: quãq; ex pluribus vnũ fieri aliquid possit.
Si quis enim dicat animal rationale mortale homo
est: simul iungens animal rationale mortale: quoniã
continue dictum est: ⁊ ex his vnum aliqd fit: vna ẽ af
firmatio. Si vo sit aliquid interualli vt ita quis dicat
homo animal: ⁊ rursus rationale: et aliquantulum re
quiescens dicat mortale est. non est vna affirmatio
nec vna negatio. Hec enĩ intercapedo plurimas effi
cit enunciationes: rursus si cum coniunctione dicant
homo animal ⁊ rationale ⁊ mortale ẽ. sic quoq; mul-
te sũt propositiones. Nec differt aliquid vel requiescẽ
do: vel interponendo coniunctiones dicere: quã si qs
dicat homo animal est. homo rationale ẽ. homo mor
tale est: que perspicue propõnes multe sunt. Videns
ergo hoc Aristote. ita dixit. homo est fortasse ⁊ aĩal
⁊ bipes ⁊ mansuetum: ad hoc inquit fortasse tanq̃ si
ita diceret ⁊ de homine quidem ⁊ bipede ⁊ mansue-
to fit vnum: sed est aliquotiens forte: vt plures propo
sitiones sint: cum ea coniunctio quedam separat atq;
discernit. erit enim fortasse hõ ⁊ animal: vt hec vna
sit ppositio: ⁊ bipes vt altera. ⁊ mansuetum rursus
vt altera sed ex his omnibus vnũ aliquid fit: que cũ
cõtinue prolata sunt: quoniam ex his vnum aliqd ef-
ficitur: vna est propositio. nõ aũt idẽ euenit in omni-
bus. ex albo enim ⁊ hoĩe ⁊ ambulare non vnũ fit. Si
quis enim dicat Socrates homo albus ãbulat: nõ ẽ
vna affirmatio quoniam ex homine ⁊ albedine ⁊ am
bulare nulla omnino species fit. Quare cõclusio ẽ: q̃m
nec si de his pluribus: et quibus vnum non fit vnum
aliquid predicetur: vt ex terreno latrabili ⁊ celesti ⁊
marino: quoniam vnum nõ fit: ⁊ de his vnũ aliquid
predicetur: quod dicitur canis: huiusmodi nomen qd
plura significat: ex quibus vnum non fit: si de altero
predicetur: uel subijciatur alteri: non fit vna affirma
tio nec una negatio. sed erit quidem uox una: affirma
tiones uero plurime. siue enim unum de pluribus pre
dicetur: ex quibus unum non fit: uel plura huiusmodi
de uno: uel si unum de uno predicetur: quod predi-
catum plura significet: ex quibus unum non fit: siue il
lud predicatum alteri subijciatur: omnino non fit una
affirmatio nec una negatio. Est autem regula huius
modi una affirmatio est: si aut duo termini singulas
res significent: aut si plura ita de uno predicentur: uel
uni subijciantur: ut ex his unũ aliquid fieri possit: aut
unum nomen quod predicatur uel subijcitur: talia si
gnificet plura: que omnia unam quodammodo speciẽ
ualeant congregare.

Si ergo dialectica interrogatio responsionis est
petitio vel propositionis vel alterius partis contra
dictionis. propositio vo vnius contradictionis ps
est. non erit vna responsio ad hec neq; enim vna in
terrogatio. nec si sit vera dictum est autem de his
i topicis. Simul autẽ manifestum est. quoniã nec
hoc ipsum quid est dialectica interrogatio est opor
tet enim datum esse ex interrogatione eligere
veram velit contradictionis partem enuncia-
re. Sed oportet interrogantem determinare.

vtrum hoc. sit homo. an non hoc.
¶ Quisquis dialectica vtit̄ interrogatiōe: hic aut simpli
citer interrogat: atq3 vnam propositionem interro-
gatiōe ponit: vt ꝯ eam sit vna responsio: aut vtrasq3
īterrogās dicit: ad quas non fit simplex responsio: sed
vna tota ꝓpositio respondet̄. Si quis. n. dicat īterro
gans. Socrates aīal est: cōtra hāc talis est responsio
aut ita aut non. Si quis vero hoc modo interroget. so-
crates aīal est an nō. contra hanc non est vna respon
sio. si. n. respondet̄. ita: de qua ānueris ignorat̄ ꝯ af
firmatiōe an de negatione. rursus si non. respōderis:
nescit̄ quā negari volueris affirmationē an negatio-
nē. Quare cōtra hmōi īterrogationes tota ꝓpō res-
pondenda est. i. altera ps cōtradictionis: aut tota af-
firmatio aut tota negatio: vt dicas aut est aīal. So-
crates: aut si hoc non videtur: respondeas non ē ani-
mal socrates. In his igitur que multa sunt: ex quibus
vnum fieri nequit: si fiat vna interrogatio: ⁊ ipsa re-
prehensibilis est: ⁊ contra eam vna responsio. quisqs
enim ea plura interrogat: ex quibus vnu3 esse nō pos
sit: multas facit interrogationes contra quas si sim-
pliciter respondeatur: etiam si vera sit ipsa responsio
tamen iure reprehenditur. Cōtra enim multiplicem
interrogationem multiplex debet esse responsio. Si
quis enim dicat interrogans. Socrates philosophus
est ⁊ legit ⁊ ambulat: quia potest fieri: vt sit quidem
philosophus ⁊ legat non āt ambulet: vel ābulet: sed
nō legit: potest ide3 fieri: vt ⁊ legat ⁊ ābulet. ꝯ huius
modi propositionem non erit vna rñsio. Nā qui ita i
terrogauit. Socrates philosophus est ⁊ legit ⁊ ābu-
lat: aut iperite: aut captiose iterrogauit. Contra quā
iterrogationem si contigerit. Socratē philosophum
eē ⁊ legere ⁊ ambulare. si respondeat̄ ita est: hec quo
q3 responsio reprehenditur. Cōtra plures. n. iterroga
tiōes vna responsio non debet adhiberi: etiam si per
vnā illā vere respōdeat̄: sicut i hac quoq3 si ⁊ philoso
ph' ē ⁊ legit ⁊ ambulat: Quocirca si iterrogatio dia-
lectica respōsionis petitio ē: p quā responsionē fiat ꝓ
positio: vt si dixerit quis iterrogās dies est: alius res-
pōdeat nō fiet inde negatio dies nō ē. vel certe altera
pars oppositionis cum ita interrogat̄ dies ē an dies
non est: vt congrue respōdeat̄ die3 esse: aut diem nō
esse. i. tota ꝓpositio. he que ex his pluribus fiunt atq3
iterrogāt̄: cū vnum ex his fieri non possit nō sūt sim
plices iterrogationes. quocirca nec ad eas reddenda
est simplex responsio. de his aūt se i topicis dixisse cō
memorat. Rursus q2 dialectica iterrogatio respōsio
nis est petitio (vt supra dictum est) vel propositionis
vel alterius partis ꝯtradictionis: quod paulopost de
mōstrabitur. Imperite illi interrogant: qui dicūt: vel
qd est animal: vel quid est homo: oportet enim q dia
lectice iterrogat: dare ex interrogatione optionē: an
sibi respōdēs affirmationē eligere velit an negationē
qui. vero sic iterrogat: vt quid est aliqua res velit dice-
re respondentē: nō ē illa iterrogatio dialectica. Inter
rogat aūt qdā hoc mō. putas ne aīa ignis est: cū3 res
pondens negauerit. addit. nōne tibi videt̄ aliqd eē i-
ter ignem atq3 aerē mediū corpus: vt sit aīa: cū respō
dēs hoc quoq3 abnuerit: ille pseqt̄: an fortasse magis
tibi videtur aquā esse aīa3 vel terrā. Cū ille neq3 ter-
rā neq3 aqā aīa3 eē cōsēserit: tūc defessi iterrogatiōi
huiꝰ ita iterrogant: que res est ergo aīa: hec autē nō
ē iterrogatio dialectica: s3 potiꝰ discipuli ad magistr̄
aliquid discere cupiēns. qui enī aliquid cupit addisce
re: iterrogat eum qui docere potest: quid sit de quo
ambiget. Dialecticus autem (vt dictū ē) ita interro-
gare debet: vt respondenti sit copia an affirmationē
an negationem velit eligere. Oportet enim scire quo
niam omnis interrogatio est petitio respōsiōis. Dia
lectica vero non cuiusdā respōsionis: sed eiꝰ que i vtra
q3 parte habeat oppositionem. ergo hoc ipsum qd ē
nō ē dialectica iterrogatio. Oportet enim iterrogare
ita: vt ex interrogatione respondens possit eligere al
teram cōtradictionis partem debet enim determina
re ⁊ diffinire is qui iterrogat: an hoc sit quod dicitur
an non: vt homo animal est an nō: vt ille aut affirma
tionem respondeat aut negationem. q autem dixit
dialecticam interrogationem petitionem esse respon
sionis vel propositionis vel alterius partis contradi-
ctionis: huiusmodi est. Quisquis interrogat affirma
tionem: aut eandem expetit: vt auditor sibi responde
at: aut ꝯdictionē: vt si quis sic interrogat. homo ani-
mal est: si ille annuerit: propositionē reddidit eam sci
licet quam proposuit interrogās. si vero interrogante
aliquo an hō aīal sit rñdens dixerit nō est: contradi-
ctionē respondisse videbitur. Ille enī affirmationem
interrogauit: ille negationē respōdit quod est contra
dictio. Rursus si negationem interroget: ⁊ ille respō
deat negationē: eāde3 propositionē reddidit quā is q
iterrogauit ante proposuit. Sin vero interrogante ali-
quo negationem: ille affirmationem responderit: con
tradictio responsa est. hoc est igitur q ait. interroga
tionē respōsionis esse petitionem. ⁊ cuius responsiōis
addidit: vel ꝓpōnis: si idem rñdeat: quod ille interro
gat: vel alterius partis ꝯdictionis. si cū ille affirma-
tionē iterroget: ille responderit negationem: vel si cū
ille negationem in iterrogatiōe posuerit: ille affirma
tionem in responsione reddiderit. Interrogatiōis āt
sm peripateticos duplex spēs est: aut cum dialectica
interrogatio ē: aut cū non dialectica. Non dialectice
aūt interrogationis due spēs sunt: vna qde3 qñ sume-
tes accidens interrogamus: cū illud accidat: vt cum
videmus domū Ciceronis: si interrogemus: quis ille
maneat: vel quando subiectu3 quide3 ipsum ⁊ re3 su
mimus: quid autem illi accidat interrogamꝰ. vt si ip3
Ciceronē qs videat: ⁊ interroget: quo divertat: ⁊ hec
vna species. est eorum q sm accidēs nō dialectice in-
terrogamus. Altera vero qñ proponentes nomen quid
sit querimus aut genus aut differentiam aut diffini-
tionē requirentes: vt si quis interroget quid sit aīal.
vel qñ diffinitionem aut aliquid supradictorum sumi
mus: ⁊ querimus cuius illa sint: vt si quis querat aīal
rationale mortale cuius sit diffinitio.

¶ Quoniam vero hec quide3 predicantur compo
sita. vt vnum sit omne predicamentum eorum que
extra predicantur. alia vero non. que differentia ē.
de homine enim verum est dicere. ⁊ extra animal:
⁊ extra bipes. ⁊ hec. vt vnum. ⁊ hominem ⁊ album
⁊ hec vt vnum. sed non si citharedus est ⁊ bonus
⁊ citharedus bonus. Si enim quoniam alterutrū
dicitur. ⁊ vtrumq3 dicetur. multa inconuenientia
erunt. de homine enim verum est ⁊ hominem ⁊ al
bum dicere. ⁊ quare ⁊ omne. Rursus si albu3 ipm
⁊ omne. quare erit homo albus albus. ⁊ hoc in infi
nitum. ⁊ rursus musicus albus ambulans. ⁊ hec
eadem frequenter implicitam. Amplius si socra-
tes socrates est ⁊ homo ⁊ socrates homo. ⁊ si homo
⁊ bipes. ⁊ homo bipes.

¶ Multa

¶ Multa sunt que cum singulatim vere predicentur: si quis ea coniungat & predicet: veram predicationem tenẽt. Sunt autem aliqua. que si per se & disiuncta ꝑdicent᷑. vera sunt: sin vero coniuncta dicantur: veritatẽ in predicatione non tenent. q̃ ergo sit differentia eorũ oportet agnosci. si quis enim dicat. socrates animal ẽ verum dixerit. & si quis rursus predicet: q̃m socrates bipes est: hoc quoq; verum est. que si coniuncta dicã tur. vt est socrates aĩal bipes ẽ: a ꝓpria veritate non discrepant. atq; hec quidem in genere & differentia que substantialia est socrati. ꝙ si de accñte quoq; dicatur: potest idem nihilominus euenire. Si quis enim sic dicat. socrates homo ẽ verũ est. & rursus socrates caluus est hoc quoq; verum est. ꝙ si iungat dicẽs socrates homo caluus est. verum rursus ex coniunctis faciet predicationem. Atq; in his quidem ea q̃ singillatim vere dicebantur: iuncta veraciter predicata sũt Sunt autem alia i quibus singillatim quidem predicata vera sunt: iuncta vero qualitate veritatis amittũt vt si qs dicat q̃m Socrates bonus est verum est. rursus socrates quidem citharedus est: sic quoq; hoc verum est. Hec coniungere non necesse est; vt sit verũ Socrates bonus citharedus est. Potest enim bonus qdẽ esse homo: & cũ sit citharedus nõ tñ esse bonus: sed in alia quidem re bonus: & in alia tñ artis illi⁹ cognitor: non tñ in ipsa perfectus. hoc autẽ facilius tali liquebit exẽplo. Si qs. n. dicat q̃m Tiberius Grach⁹ malus ẽ verũ est. rursus Tiberius Grach⁹ orator est: hoc quoq; verũ est. si cõiungens dicat. Tiberius malus orator est: falso dixerit. optim⁹ enim orator fuit. Sꝫ ne quis nos ita dicentes ignorare putet oratoris esse diffinitionem virum bonum dicendi peritũ: hec ita dicta sunt ad exemplũ potius q̃ʒ ad veritatẽ. atq; hec quidem proposita ab Aristote. sunt: eni᷑ in textu verba sic constant. Quoniam vero inquit alia quidem predicantur cõiũcta & cõposita: vt ex his vnum predicamentum fiat eorum que extra vere ꝑdicata sunt. alia vero cum extra singillatim vere predicantur: iuncta verum non faciunt predicationem. Inquirendũ ẽ q̃ eorũ sit differentia. exempla autem horum talia sunt. Eorũ quidẽ que extra predicantur vere: nec si coniuncta sunt: naturam veritatis amittũt tale exemplum ẽ de hoĩe. n. verum est dicere q̃m & animal & bipes. rursus quoniã animal bipes: verũ est de eodẽ hoĩe dicere ut de socrate. de eodẽ quoq; socrate & hominẽ extra & albũ si ita contingit verum est dicere: & de eo ꝑdicare aĩal bipes a veritate nõ discrepat. atq; hec quidem que extra singillatim predicãtur vere iuncta vera sunt. ꝙ si de aliquo predicetur q̃m citharedꝰ est: & verum sit: rursus q̃m bonus sit: & verũ sit: non necesse est dicere q̃m bonus citharedꝰ est. Põt enim solũ esse quidẽ citharedus: bonus autem homo. hucusq; qdẽ illa disposuit. q̃m autem videbant᷑ quidã arbitrari: ꝙ oĩa q̃ singillatĩ vere ꝑdicarẽtur: eadem quoq; cõposita recte dicerent᷑. Contra hos dicit q̃m multa erunt incõuenientia multaq; ĩpossibilia sũt: si qs dicat oẽ qd singillatim predicat᷑ veraciter. id iũctũ vẽ ꝑdicari. De hoĩe enĩ verũ est dicere q̃m hõ est: nam de socrate qui hõ ẽ: vere dicit᷑ q̃m hõ ẽ. rursus vere de eodẽ dici põt q̃m albus ẽ. Quare & si hec iũgas: & vt vnũ ꝑdices: verũ ẽ dicere de aliquo hoĩe: q̃m hõ albꝰ ẽ sed homo qui albus est: verum est dicere de eo q̃m albus est. q̃re ẽt si iungas: erit predicatio socrates hõ albꝰ albꝰ ẽ nã de socrate verũ erat dicere q̃m hõ albus est. sed de homine albo verũ ẽ dicere q̃m albus ẽ. hec coniuncta socrates hõ albꝰ albꝰ est fecerũt. ꝙ si de homine eodẽ albo rursus albũ ꝑdicare velis: verũ ẽ: quocirca & si iungas erit igit᷑ predicatio hõ albus albꝰ: albꝰ est: atq; hoc ĩ infinitũ. Rursus si quis de aliquo homine dicat: q̃m ille hõ musicꝰ est: si verũ dicat adiiciat qs: q̃m idẽ hõ ãbulãs ẽ verũ dicit: si iũgat: q̃m ille hõ ãbulãs musicus est. sꝫ si verũ ẽ de aliquo hoĩe ꝑdicare: q̃m sit ãbulãs musicꝰ. de ãbulante aũt musico verũ ẽ dicere q̃m musicꝰ ẽ erit ille hõ ãbulãs musicꝰ musicꝰ. sed de eodẽ verũ ẽ dicere q̃m ãbulãs est. verũ erit igit᷑ de eo rursus dicere: q̃m hõ ãbulãs ãbulãs musicꝰ musicꝰ ẽ. Amplius quoq; socrates socrates ẽ: & rursus hõ. erit igit᷑ socrates socrates hõ. sꝫ & bipes erit igit᷑ socrates socrates hõ bipes. sꝫ de socrate verũ est dicere q̃m socrates hõ bipes ẽ. sꝫ cũ dixi hoĩeʒ: de eo iã & bipedẽ dixi. oĩs enĩ hõ bipes ẽ verũ ẽ ergo de eo dicere q̃m bipes ẽ: sꝫ verũ erat dicere q̃m socrates socrates hõ bipes ẽ: vera igit᷑ predicatio erit. Socrates bipes bipes hõ est. sed rursus hominẽ dixi: atq; in eo aliud bipes nolaui. oĩs. n. homo bipes est. Socrates igitur homo bipes bipes bipes ẽ. & hoc ĩ infinitũ protracto superflua loquacitas inuenitur. nõ igit᷑ fieri potest vt modis omnibus quicquid extra dicitur: id iunctum vere predicetur.

¶ Quoniam ergo si quis simpliciter dicat complexiones fieri. plurima inconuenientia contingit dicere. manifestum est. quemadmoduʒ autem ponẽdum est. nunc dicimus. Eorum igitur que predicantur & de quibus ꝑdicãtur quecũq; secũdũ accidens dicũt᷑. vel de eodẽ. vel alterũ de altero. hec nõ erunt vnum. vt homo albus est & musicus. sed non ẽ idẽ musicũ & albũ. accidentia enĩ sunt vtraq; eidẽ nec si albũ musicũ verũ ẽ dicere. tamen non erit albũ musicũ vnũ aliquid. secundũ accñs enĩ album musicũ dicitur. quare non erit album musicũ vnũ aliquid. quocirca nec cytharedus bonũ simpliciter. sed aĩal bipes nõ. n. sũt secũdũ accñs. amplius nec quecunq; insunt in alio. quare neq; album frequenter neq; homo. hõ aĩal ẽ vel bipes. Insunt. n. in homine animal & bipes.

¶ Que superius comprehendit: ea nunc apertissima ratione determinat dicens: de his solum extra predicatis veraciter non posse vnam predicationem fieri veram. si coniuncta sint. quecunq; aut accidentia sunt eidem: aut cum vnum alij accidit: accidens aliud de illo accidenti predicatur. Si quis enim de socrate dicat: quoniam Socrates cytharedos est: rursus socrates bonus est. si vtraq; vere predicet: duo accidentia de vno subiecto predicauit idest de socrate. Quocirca non potest ex his fieri vna predicatio: vt dicatur socrates cytharedus bonus est. rursus si de Socrate ꝑdicetur musicus: sit enim socrates musicus: de musico autem predicetur albus: & hoc fortasse sit verum: nõ tamen iam necesse est musicum album esse. Si enim sit musicus socrates; si de codeʒ musico albus predicetur: predicatur quidem de socrate subiecto musicus. de musico autem ꝙ est accidens predicatur albũ rursus aliud accidens. Ergo non potest hic vna fieri vera propositio: vt dicatur. socrates albus musicus est neq; enim semper musicus albus esse potest: sed hanc naturam habent accidentia: vt veniant & recedant. ergo si eius qui musicus albus est: in sole stantis cutem calor fuscauerit. non erit quidẽ albꝰ cum sit mu

ficat. Quocirca neq3 tunc eius vere predicabatur. qm̄
socrates musicus albus est: neq3 tunc fuit vel a recta-
q3 predicatio. non enim habet naturā permanēdi ac
cidens: vt semper vere predicet̄. Ratio aūt verboꝝ
sic constat. Qm̄ igit̄ si quis inquit dicat omnino quo
modolibet complectiones fieri. i. vt q̄ singillatī3 predi
cantur a: hoc complexū connectimusq3 proponas: pluri-
ma inconuenientia dicere contingit. Multa enim cō-
currunt impossibilia: sicut supra ipse monstrauit: tūc
quando ad nimiam loquacitatem perducit eos eadē3
frequenter nomina repetentes quemadmodum po-
nendum est nunc dicimus. adest quemadmodum autē
debeant: que sigillatim vere dicuntur iuncta predica
ri: nunc inquit dicimus. Omnia inquit que predicant̄
de alio ⁊ rursus de quibus alia ponunt̄ duplici mo-
do sunt: aut enim accidentia aut substantialia sunt ⁊
alie quidem predicationes sunt secundum accidens:
quotiēs aut accñtia duo de substantia: aut accidens
de accidenti alicuius substantie predicatur. alia vero
non secundum accidēs: quotiēs aliquid de aliquo sub
stantialiter dicitur. Eorum igitur queciīq3 sunt accidē̄
dicūtur: eorum vel si duo sunt accidentia ⁊ de eodem
predicentur: vel si alterum accidens de altero accidē-
ti dicatur: ex his non potest vna fieri propositio: neq3
erit vnum si iuncta fuit: ut homo ⁊ alb᷑ ē ⁊ musicus.
albū. n. musicū: qm̄ i vnā formā nō cōcurrūt: non fa-
ciūt vnam propositionē. No. n. idē ē albū ⁊ musicum
vtraq3. n. eidem sunt accidentia: non tñ idem sūt. nec
si album de musico predicemus idest accidens de acci
denti: ⁊ hoc verum sit non tñ necesse est id q̄ musicū
est esse album. neq3 enim est vnum aliquid. Accidēter
enim id quod musicū ē albū ē: qm̄ enim id ipsum cui
musicū accidit album ē: iccirco musicū album dicitur
non est autem idem musicum album. Quocirca eadē
ratione tenet̄: vt non possit idem esse cytharedus bo
nus: nec in vnum corpus coniuncta faciant vnū3 aliqd
quamq3 singillatim vere predicentur. q̄ si quis aliqd
substantialiter predicet: duasq3 res singillatim dicat
possunt in vnam propositionem redire: que substātia
liter vere seiuncte separatimq3 ponunt̄. homo enim
cum ⁊ animal sit ⁊ bipes: est animal bipes: ⁊ fit ex his
vna predicatio: Nam neq3 animal secundum accidēs
inest homini nec bipes: quod per hoc ostendit quod
ait. sed animal bipes. non sunt enim secundū accidēs.
Addit quoq3 illud quoniam nec ea iuncta recte ponū
tur: quecunq3 vel latenter vel in prolatione in aliquo
terminorum continentur: qui in propositione positi
sūt. Iccirco. n. de hoīe albo non debet dici alb᷑: vt ve
niat predicatio homo albus albus: qm̄ iam in homi
ne albo ɔtinet̄ albū: rursus de hoīe iccirco nō debet
predicari bipes: qm̄ licet non sit prolatū: tñ qui hō est
bipes est. sed de hoīe si q̄s bipes p̄dicet: de re duos
habente pedes neq3 hac differētia q̄d ē bipes: p̄di-
cat bipes quocirca erit hic quoq3 hō bipes bipes hō
cū bipes ɔtinet intra se: ⁊ qui dicit hoīe3 cū sua dif-
ferētia dicit. Si q̄s ergo adhuc predicet bipes: de re
duos hñte pedes bipedē p̄dicauit. Erit ergo homo bi
pes bipes. s3 ita p̄dicari ñ o3. Cōtinet̄. n. i hoīe bipes
ad q̄ si rurs᷑ bipes p̄dices: molestissimā facies repeti
tionē. hoc. n. est quod ait. Amplius nec quecūq3 īsūt i
aliquo idest continentur vel prolatione: vt in eo q̄ est
homo alb᷑ cōtinet̄ i eo albus: qm̄ prolatiōe iam dictū
ē. aut potestate ⁊ vi: vt in eo q̄ est homo continetur
bipes: quamq3 dictum penitus non sit.

¶ Uerum autem est dicere de aliquo ⁊ simpliciter
vt quēdā hominē hominē: aut quēdā i albū hominē
hominē albū. nō aūt semper. sed qn̄ i adiecto aliqd
quidē oppositorꝫ inest: quod cōsequit̄ cōtradictio.
non verum. sed falsum est. vt hominē mortuū ho-
minē dicere. qn̄ aūt non inest, verum est.

¶ Hec q̄d superior ɔ̄ria ē. illic. n. querebat̄ si q̄ sigillatī
p̄dicaret̄: an s̄p vere eadē ɔiūcta cōpositaq3 dicerēt̄
hic āt cōuerso ordine id q̄rit: an ea q̄ cōposita vere p̄
dicāt̄ singillatī dicta vere dicāt̄. p᷑ obitū enī socratis
possim᷑ dicere hoc cadauer hō mortuus ē: ⁊ hoīem
mortuūq3 iūgētes vnā inde tn̄ verā p̄dicationē face-
re. solū aūt hoīe3 dicere cadauer. illud nō ē verū. rur
sus eundē Socratē viuū verꝫ ē dicere qm̄ aīal bipes
ē: ⁊ singillatī verꝫ ē dicere qm̄ aīal est. quare q̄rit̄ que
sit h᷑ quoq3 differētia p̄dicatiōis: vt cū cōiūcta dicā-
tur ⁊ vē de subiectis p̄dicāt̄: alias qdē extra vere dici
possint: alias v̄o p̄ter illā ɔiūctiōē si simplicia dicāt̄
falsa sūt. hoc āt q̄si dubitās dixit. ita enī legēdū ē q̄si
si dubitās diceret sic. Uerꝫ ē āt dicere de aliquo ɔpo
sitū ɔiūctūq3 aliqd: vt de aliquo hoīe hoīem. aut de
aliquo albo albū. ita vt extra hoꝫ aliqd simpl'r p̄dicē-
tur. an vero nō s̄p. Et dat regulā q̄ pnoscam᷑ an q̄ cō
posita dicūt̄: eadē singillatī dicere possint an minime.
Quotiēs enī talia sūt q̄ p̄dicāt̄ cū alio: vt in se nō ha
beant ɔdictionē p̄dicata p̄ñt dici ⁊ sepata veraciter.
Q̄ si hñt i se cōtradictionē aliquā: que p̄dicant̄ ⁊ cō
posita dicuntur: separata vere predicari non possunt:
vt ea que dicit cadauer hoīe3 mortuū vere dicit. solū
autem dicere hoīe3 vere non potest: iccirco quoniam
prius cū coniunctione predicauit dicens homīe3 mor
tuū: mortuusq3 adiacet hominis p̄dicamēto. cū hoīe
enī p̄dicatū mortuū cōtradictionē tenet contra hoīe3
Est. n. homo animal. mortuus v̄o non aīal. ergo mor
tuus ⁊ homo cōtradictionē aliquā inter se habent. Il
lud enī est animal: illud vero non animal. Quocirca
qm̄ inter se hñt hec quādā cōtrarietatē separatus ho
mo de mortuo homine solus nō dicitur. Eodem quo
q3 modo est si quis dicat manū esse marmoreā statue
verū dicit. solum autē manū dicere eam que statue ē
falsū ē. h3. n. manus potestatem dandi accipiendiq3
sed illa marmorea non h3. ergo est quedā cōtradictio
inter manū ⁊ manū marmorea3: quod illa dare atq3
accipere potest: illa non potest. hec eni3 sibi opponū
tur cōtradictionis modo. Ergo quotiensc̄ūq3 tale ali
qd p̄dicat̄: vt hō de cadauere: cui tale aliquid coniun
ctū sit atq3 adiaceat: quod faciat cōtradictionē cōtra
predicatū vt hic adiacet mortu᷑ hoī. simulq3 p̄dicat̄
de cadauere: vt faciat contra ipm hoīe3 contradictio
nem: eam que in se contineat: non potest separari ve
ra p̄dicatio: vt singillatim dicatur. Si vero nō sit ista
cōtradictio potest: vt i eo q̄d ē. Socrates animal bi-
pes est: aīal ⁊ bipes nulla cōtradictiōe opponūt̄. quo
circa pōt de eo ⁊ animal singillatim atq3 simpliciter ⁊
bipes dici. sensus quidem est huiusmodi: Ordo autē3
se sic habet. dubitans enim dixit. Uerum est autem
aliquid dicere d̄ aliquo composite ⁊ cōiūcte: ⁊ rursus
simpliciter: vt quendam hominem aut quendam al-
bum hominem. an certe non semper. sed tunc quan-
do in adiecto idest in eo quod adiectum cum aliquo
predicatur: inest aliquid oppositorum talium q̄ conse
quitur contradictio idest quā oppositionem mox cō
sequit̄ contradictio: vt oppositionē3 hominis ⁊ mor
tui sequat̄ contradictio. scilicet aīal ⁊ nō aīal. Si igit̄
sic sint: nō ē verū simpliciter p̄dicari sed falsu3. vt ho
minem

minem mortuũ: quem coniũcte vere dicere possis: cũ de homine solum non vere predicabis. Quando enim hec oppositio in his que predicantur non est: verum est quod cõiuncte predicaueris: ⁊ simpliciter predicare. Adiectum est autem ĩ quo re.ũt aliquotiens oppositio huiusmodi: vt in eo q̃ est homo mortuˀ: mortuus adicitur homini. Aliter enim vere homo de cadauere non potest predicari.

¶ Uel etiam quando inest. semper non verum est: quando vero non inest. non semper verum est: vt homerus est aliquid. vt poeta. ergo etiã est. an nõ. Secundũ accidẽs enim predicatur esse de homero. quoniam enim poeta. sed non secundum se predicatur de homero. quoniam est.

¶ Quoniam supra dixerat quando esset in adiecto contradictio nõ eẽ verũ simpliciter predicare. quando vero non esset verum esse quod coniũcte diceretur simpliciter dicere. hoc ipsũ quoniã videbatur in aliquibus nõ esse verum consequenter emendat. Ait enim verum esse illud quod supra dictum est: quandocũqꝫ in adiecto esset aliqua contradictio non esse verũ simpliciter predicare quod coniũcte diceretur. Quando autẽ nõ inest contradictio non semper verũ est predicare simpliciter quod cõiuncte vere diceretur. Sed aliquotiẽs quidem verum: aliquotiens autem falsum. huius rei tale exemplum est. Cum dico homerus poeta est: est ⁊ poeta coniuncte de homero vere predicaui. Sin vero dixero homerus est falsum est: quãq̃ nõ sit aliqua contradictio inter est ⁊ poetam: neqꝫ in adiecto est vlla oppositio talis. quam consequatur contradictio. cur autẽ hoc euenit talis ratio est. De Homero enim poetam quidem principaliter predicamus: cũ dicimus Homerus poeta est. est autem verbum de poeta quidem predicamus principaliter: de homero autem secundo loco. non enim iccirco predicamus eẽ quia Homerus est: sed quia poeta est. Sublato igitur eo quod principaliter predicatur id est poeta licet nullam contradictionẽ habeat est quod adiacet poete: cõtra poetam: non fit vera predicatio dicendo homerˀ est: Secũdum accñs. n. ẽ p̃dicatur non principaliter sublata autem principali predicatione quod secundũ accñs p̃dicabatur: continuo falsum reperitur. qḋ autẽ addidit.

¶ Quare in quantiscunqꝫ predicamentis neqꝫ cõtrarietas inest. si diffinitiones pro nominibus dicantur ⁊ secundum se predicantur. ⁊ non secundũ accidens. in his aliquid ⁊ simpliciter verũ erit dicere. Quod autem non est. quoniam opinabile est non est verum dicere esse aliquid. opinatio enĩ eiˀ est. non quoniam est. sed quoniam non est.

¶ Ea que supra dixit vna narratione colligit dicẽs. quecunqꝫ eo modo predicantur: vt neqꝫ ĩ nominibus: neqꝫ in diffinitionibus proprijs aliquam teneãt cõtrarietatem: hec ⁊ extra simpliciterqꝫ predicata vera sũt vt in eo quod est mortuus atqꝫ homo. hec quidem nominibus nullius contrarietatis contradictionisue sũt. Sed si horum pro nominibus diffinitiones reddantur mox cõtrarietas oppositionis agnoscitur. Si quis. n. hominis diffinitionem dederit dicet esse animal rationale. Si quis mortui dicet esse corpus vita priuatum atqꝫ inanimatum: ⁊ ex hoc tota vis contradictionis apparet. Quocirca si sumantur diffinitiones pro nominibus: ⁊ in his aliqua contrarietas inesse videbitur. vel si secundum accidens aliquid predicetur. vt est de homero: cum de eo poeta principaliter predicetur: non predicabuntur simpliciter vere: quecunqꝫ composita predicabuntur q̃ si neqꝫ vlla contrarietas sit: ⁊ per se predicentur ⁊ non per accidens: quicquid cõposite vere dicitur: hoc ⁊ simpliciter vere p̃dicatur. Quoniam autem fuerunt quidam qui hoc ipsum qḋ non est eẽ dicerent totũ syllogismũ his propositionibus coniungeres. Quod non est opinabile est. qḋ autẽ opinabile est ẽ. ergo qḋ non est ẽ. hoc ergo dicit si verum est predicare inquit de eo quod non est quoniam opinabile est: est quidem verbum de opinabili predicamus: de eo autem quod non est secũdũ accñs predicatur est. qm̃ enim qḋ nõ ẽ opinabile ẽ: iccirco scḋo loco de eo quod nõ ẽ verbũ ẽ p̃dicamus. Quare non possumˀ simpliciter dicere esse quod non est. Iccirco .n. opinabile ẽ q: nõ ẽ. Scibile. n. eẽt si per se esset nõ opinabile: sicut homerus iccirco eẽ dicitur. q: poeta est nõ q: per se est. Uel certe iccirco dicitur homerus esse poeta q: poesis ipsius extat ac permanet: sicut aliquos ĩ filijs sepe viuere dicimus. Quocirca id qḋ nõ est iccirco esse dicitur opinabile: quoniam ipsius ẽ opinatio. Nõ autẽ quoniam id quod non est per se aliqḋ esse potest. his ergo ante perstrictis atqꝫ ordine terminatis ad propositionum modo rem in dyalectica vtilissimã de propositionibus tractatum disputationemqꝫ conuertit. Restat nũc de propositionũ modis oppositionibusqꝫ disserere. Multis enim dubitatum est ĩ rationibˀ: an idem modus esset ꝓpositionũ sine mõ ꝓpositarum qui illarum quoqꝫ que ꝓprijs modis ⁊ qualitatibˀ terminantur. incohat autẽ de his rebus dubitationẽ sic

¶ His vero determinatis perspiciendũ est quemadmodum sese habent affirmationes ⁊ negationes ad seinuicem. he scilicet que sunt de possibili esse ⁊ non possibili. ⁊ de contingenti ⁊ non contingenti. ⁊ de impossibili. ⁊ necessario. habent enim aliquas dubitationes.

¶ Omnis propositio aut sine vllo modo simpliciter pronunciatur: vt socrates ambulat: vt dies est. vel quicquid simpliciter ⁊ sine vlla qualitate predicatur. Sũt autem alie que cum proprijs dicuntur modis: vt est Socrates velociter ambulat. Ambulationi enim socratis modus est additus cum dicimus eũ velociter ambulare. quomodo enim ambulat significat id quod de ambulatione eius velociter predicamˀ. Similiter autem si quis dicat: socrates bene doctus ẽ: quemadmodum sit doctus ostendit: nec solum doctus dixit: sed modũ quoqꝫ doctrine socratis adiũxit. Sed quoniam sunt modi alij: per quos aliquid posse fieri dicimˀ aliquid inesse: aliquid necesse esse: aliquid cõtingere: queritur in his quoqꝫ quẽadmodum fieri contradictiõis debeat oppositio. in his enim propositiõibus que simpliciter ⁊ sine vllo modo predicantur: facile locus cõtradictiõis agnoscitur. Huiˀ. n. affirmatiõis que est socrates ambulat negatio si ad verbum ponatur: vt ẽ socrates nõ ãbulat: rectissime oppositione facta ãbulare a socrate disiunxit. Rursus huius propositionis q̃ ẽ socrates philosophus est: si quis ad est verbum negationẽ ponat: integrã faciet negationem dicẽs. Socrates philosophus nõ ẽ. neqꝫ. n. fieri põt: vt ad aliud in simplicibus affirmationibus negatio ponatur nisi ad id verbũ qḋ totiˀ vim cõtinet ꝓpositiõis. Si quis enĩ ĩ hac ꝓpositione que ẽ hõ albus ẽ: non dicat fieri negationem eam que est homo albus non est. Sed potiˀ homo non albus est: hoc modo falsum ostenditur ꝑ

positum per lapidem: Interrogetur enim de eo an lapis ille homo albus sit: vt si ille negauerit ponens negationem eius que est homo albus est eam que dicit homo non albus est. dicatur ei si non est de hoc lapide vera affirmatio: que dicit homo alb⁹ est vera erit de eo negatio scilicet ea que dicit homo non albus est sed hec quoq; falsa est. Omnino enim lapis homo nō est. atq; ideo de eo non poterit predicari. quoniā hō non alb⁹ ē. Quod si neq; affirmatio neq; negatio de eo vera est: hoc autem impossibile est vt contradictorie affirmationes ⁊ negationes de eodem predicate vtreq; false sint. Constat eius affirmationis que dicit homo albus est non esse illam negationem que dicit homo non albus est. Sed potius eam per quam proponitur quoniam homo albus non est. Nusq; igitur alibi ponenda est negatio in his ꝗ simpliciter ⁊ sine modo aliquo ponuntur nisi ad verbum quod totam continet propositionem. de his autem sufficienter supra iam diximus. In his autem in quibus modus aliquis apponitur: dubitatio est: an ad modum illum ponat negatiua particula: an locum suum seruet ad verbū sicut in his quoq; propositionibus fiebat: que simplices ⁊ sine vllo modo proponuntur. Nam si seruet locum suum negatiua particula. vt ponatur ad verbū proprietas contradictionis excidit: ⁊ verum inter se falsumq; non diuidit. Modus enim quidam est faciēdi aliquid: quotiēs dicimus aliquid possibile esse vel necesse esse: vel quicquid huiusmodi est. Ergo siquis dicat me nūc posse ambulare: idemq; neget negationem ponens ad verbum quod est ambulare: dicatq; me posse non ambulare: affirmatio ⁊ negatio cōtradictorie de eodem dicte vere simul inueniuntur. Me namq; ⁊ ambulare posse ⁊ non ambulare manifestū est. Quod si in hoc modo possibilitatis non recte verbo particula negatiua coniungitur: etiam in his quoq; que nullam habent differentiam: an ad modū an ad verbum est ponatur negatio: custodienda est talis oppositio: que huic speciei propositionū cōueniat que cum modo proferūtur: vt in hac propositione que dicit. socrates velociter ambulat. siue quis ita neget: socrates velociter nō ābulat: ad verbū ponens negationem: siue sic. socrates non velociter ambulat. modo negatiuam particulam iungens: prope simile esse videbitur. diuidit enim cum affirmatione veritatē falsitatemq; vtroq; modo aptata negatio. Sed quoniam sunt plures modi: in quibus si ad verbum iungat particula negatiua: non est negatio superius enūciate affirmationis: idcirco seruanda est in omnibus sin modum propositionibus ista proportio: vt vno eodemq; modo cunctarum fieri oppositiones dicantur vt in illis quidem negatio que simplices sunt rem neget. In his autē que cum modo sunt modū neget: vt in eo quod est. Socrates ambulat: rem ipsam. i. ambulat neget: adimatq; propositio dicēs. Socrates nō ambulat. In his autem que cum modo sunt: rem quidem esse consentiat: modum neget: vt in ea propositione que dicit. Socrates velociter ambulat: negatio dicat. Socrates non velociter ambulat: vt siue ambulet: siue non ambulet: nulla fit differentia. Modū autem idest velociter ambulandi perimat et aduerso cōstituta negatio quamq; hoc in quibusdam non fit: simul. n. cum modo ipso ⁊ rem perimi necesse est: vt in eo quod est Socrates potest ambulare: socrates non potest ambulare. ⁊ modum ⁊ rem modo ipsi coniuncta particula negatiōis intercipit, sed hoc in his fere eueniet in quibus non fieri quidem aliquid dicitur: ⁊ actui ipsius non additur modus sed potius faciendi in futuro modus. vt si quis dicat Socratem ambulare posse: non q; iam ambulet: sed q; eum sit ambulare possibile. hic si possibili negatio coniungatur etiā rem ipsam tulisse videbitur: de qua illa possibilitas p̄dicabatur. si quis autem dicat quoniam Socrates velociter ambulat: facere eum aliquid dicit: modumq; illi actui iungit: vt quemadmodum illud faciat: quod facere dicit quilibet agnoscat. in his res quidem p̄manet: modus autem subruitur: vt supra dictum est. An certe illud magis verius est dicendum: quod semper huiusmodi propositiones modum quidem auferunt: rem vero de qua modus ille p̄dicat: nō permanet ⁊ in quibus ponitur res: vt in eo quod est socrates velociter ambulat: ⁊ in quibus predicatur actus ipse ⁊ presens: q; fiat atq; agatur: manifestū est modum quidē subruit: rem vero que fieri dicitur permanere: vt cum dicimus socrates non velociter ambulat. Ambulare enim eum quidem non subtractū est: sed tantū hec negatio velocitatem ab ambulatione disiūxit. In his autem que possibilitatem aliquid in futuro faciendi per modum ponunt: nullus omnino actus ponitur: sz tantū modus ad quem modū iuncta negatio modum quidem perimit. Sed res illa de qua modus predicabatur non permanet: idcirco quoniam nec tunc eiz p̄dicabatur cum modo aliquid fieri agine propositum est: vt si quis dicat socratem possibile esse ambulare, positus quidem mod⁹ est: res vero actu cōstituta nō est. Non enim dictum est quoniam ambulat: sed quoniam eum possibile est ambulare. Hanc ergo possibilitatē tollit negatio in propositione que dicit Socratem nō possibile est ambulare. Sed in eadem propositiōe res de qua dicebatur modus ille non permanet. hoc autē idcirco euenit quia nec in affirmatione quidem posita est res de qua predicatus est modus. atq; ideo non a negatione perempta est res quippe quā negatio positam non inuenit: sed tantum modum: qui etiaz ab affirmatione constitutus est. Magna autem distantia est an ad moduz negatio ponatur an ad verbum. naz si ad verbum ponatur predicatum a subiecto disiūgitur: vt est Socrates non ambulat. Nam ambulat. quod est predicatio a subiecto quod est Socrates diuisum est. Sin vero ad modum ponatur nō predicatio a subiecto diuiditur. Sed a predicatiōe potius disiungitur modus vt in eo quod est. Socrates non velociter ambulat: non ambulationem a socrate ꝓpositio ista disiungit: sed velocitatem ab ambulatione idest modum a predicato. ⁊ hoc in his facilius euidentiusq; apparet: quecūq; ita predicantur: vt ⁊ fieri ⁊ non fieri posse dicantur. Oportet autem quid sit possibile: quid necessarium quid inesse diffinire: eorumq; significationes ostendere: quod ⁊ nobis ⁊ ad huius loci subtilitatem proderit: quem tractamus: ⁊ superiora quecunq; de contingentibus dicta sunt magis liquebunt: ⁊ analyticorum mentem nobis apertissima luce vulgabit. Quattuor modi sunt quos aristote. in hoc libro de interpretatione disponit. Aut enim esse aliquid dicitur: aut contingēs esse: aut possibile esse: aut necesse esse. Quorum contingens esse ⁊ possibile esse idem significant. nec quicquid discrepat dicere cras posse esse circenses. Et rursus contingere cras esse. Circenses: nisi hoc tantum: q; possibile quidem potest priuatione subduci: contingens vero minime. Contra enim id quod dicitur possibile esse: ⁊ negatio possibilitatis infertur aliquotiēs

vt est

vt est nō possibile est esse: ⁊ priuatio vt est īpossibile esse. Nā q͛ dicim⁹ īpossibile esse: priuatio possibilitatis est: in contingenti aūt quāq̄ idē significet: sola tamen opponitur negatio: nulla enī priuatio reperitur vt in eo quod est cōtingens si hoc pertinere volum⁹ dicimus non contingens ⁊ hec negatio est. Incōtingens autē nullus dixerit: quod ē priuatio. Cum ergo contingens esse ⁊ possibile idē significēt: multa ī his diuersitas est ſm porphy. que sūt necessaria ⁊ eē tm̄ significantia: ⁊ cōtingentia vel possibilia. Quod enim esse aliquid dicitur: de presenti tempore iudicat̄. Si quid enī nūc alicui ē: hoc esse predicatur: Quod vero ita inest: vt semper sit ⁊ nunq̄ mutetur: illud necesse esse dicitur: vt soli motus: luneq̄ eū terra obsistit defectus. Que autē contingere dicūtur vl' possibilia eē: illor: neq̄ ſm presens: neq̄ ſm aliquā immutabilitatē speculamur aduentū: sed tantū respicim⁹: quātū cōtigētis ꝓpositio pollicet̄. Quod enī posse esse vl' cōtigere dicit̄: nōdū quidē est: sed eē poterit. siue autē eueniat siue non eueniat: quod tamē esse pōt: cōtingens ⁊ possibile dicit̄ propositio: nō. n. ex euētu diiudicantur huiusmodi propositiōes: sed potius ex significatione hoc mō. Si quis enī dicat posse eē cras circenses: possibilis est cōtingensq̄ affirmatio. Quod si cras sint Circenses: nō tamē est aliquid actu propositionis cōtingentis vel possibilis permutatū: vt necesse fuisse videatur: quod illa possibiliter promittebat. Quod si rursus nō sint circēses oīno nec sic aliquid permutatū ē: vt necesse fuisse non esse circēsis videatur. Nomen. n. (vt dictū est) ſm euentū ista iudicantur sꝫ secūdū propositiōes potius ipsius pmissum: q͛ enī dicat quisq̄ dixerit cras posse esse circēses. hoc (vt opinor) siue sint siue nō sint: nulla tamē interclusum ē necessitate: ne nō sint. Quare quatuor modorū duo quidē idem sunt: idest contingens ⁊ possibile. hi duo autem cū duobus reliquis atq̄ ipsi reliqui a se dissentiunt. Possibile enim ⁊ contingens distat ab ea propositione que dicit aliquid esse: hec enim ſm possibilitatē futuri temporis affirmationē proponit: illa vero secundū presentis actū. Utreq̄ vero ⁊ ea que eē ⁊ ea que possibile esse vel cōtingere esse significātia necessaria propositione disiuncte sunt: necessitas. n. non modo inesse vult aliquid: sed et īmutabiliter inesse: vt illō qđ esse dicit̄ nunq̄ esse nō possit. Quo circa cōsequentie quoq̄ ordinis euidēter apparent. Quod enim est necessariū: siue eo quod est esse vel cōtigere esse vl' possibile eē nō dicitur. Quicqd enim necessarium est ⁊ ē: ⁊ esse pōt vel si eē nō posset nō eēt oīno. Qđ si nō eēt nec necesse eē diceretur. Quare oē necessariū ⁊ eē dicitur ⁊ possibile. sed non eque omne: quod est: necessarium est. possunt enim quedā esse: que vt sint nō necesse est: vt Socratem ambulare. vel cetera: que de separabilibus sumūtur accidentib⁹. vel rursus qđ contingit esse vel eē possibile ē: nō eē nō necesse ē. Quare necesse eē quidem sequuntur eē ⁊ possibilitas. sed neq̄ esse neq̄ possibile eē: necessitas vlla consequitur. Rursus omne eē sequit̄ posse eē. Quod enī est ⁊ pōt eē. Nā si esse nō posset: sine vlla dubitatione nō eēt possibile autē eē non sequitur eē. Quod enī possibile est esse potest ⁊ nō eē: vt me possibile est nunc qdē pcedere: sed hoc nō est necesse. Nō enī nūc pcedo. quare gradatī omnis est hec cōsequētia. necesse est nāq̄ ⁊ esse sequitur ⁊ possibilitas. Rursus eē eadē seqtur possibilitas: possibilitatē autē nec eē seqtur nec necessitas. Liquet ergo quoniā duo modi sunt possibiliū. vnū quod iā seqtur necessitatē: alterū quod nō sequitur ipsa necessitas. Nā cum dico necesse est vt nūc sol moueatur. hoc etiā possibile est. cū dico possibile est nūc me sumere codicē nō necesse ē eē. Recte ergo ab Aristote. paulopost dubitat: an sit illud possibile qđ necessitati conueniat. Sed cum ad eadē loca venerimus: quid sibi ista possibiliū similitudo velit vl' quēadmodū discerni possit agnoscemus. Nunc autē quoniam affirmatiuarū ꝓpositionū consequentias explicuimus: negatiuarum rursus cōsequētias explorem⁹. Harum nāq̄ quatuor propositionū que fiunt ex esse ⁊ necesse eē ex possibili eē ⁊ cōtingere eē: quatuor negationes sunt non esse non necesse eē non possibile eē nō cōtingens esse. Sed quēadmodū affirmatiōes cōtingere eē ⁊ possibile esse eedem erant secundū significationū similitudinē: ita quoq̄ negationes eedē sūt neq̄ enim discrepat quicquā dicere non possibile est: quā si enūciet nō contingit. Consequētie autē sic in affirmatiuis habebant hoc modo: vt necessarias propositiones sequerētur eē aliquid significantes atq̄ possibiles. Eas aūt que eē aliquid dicerent eedē possibiles sequerētur. sed neq̄ possibiliter eē aliquid significantes nec necessarie cōsentiebāt. In negatiuis vero cōtra est. negationē enī possibilitatis sequit̄ et eius que est eē aliquid significantis negatio ⁊ necessarie. Negationē vero necessariꝫ neq̄ eius quod est esse neq̄ eius q͛ est possibile eē negatio sequitur. Disponantur enim in ordine omnes hoc modo.

Possibile esse	Non possibile esse.
Contingens esse	Non contingens esse.
Esse	No nesse.
Necesse esse	Non necesse esse.

¶ Repetēdū igitur breuiter ē affirmatiuarū cōsequētias: vt quēadmodū ecōuerso sint. In negatiuis euidētius pateat. Esse sequitur possibilitas ⁊ cōtingentia. Possibilitatē vero ⁊ cōtingētiā esse nō sequitur. Necesse vero esse sequitur ⁊ eē ⁊ possibilitas ⁊ contingentia. possibilitatē autē ⁊ cōtingentiam nec esse sequitur nec necessitas. In negationib⁹ vero cōtra est nō posse eē ⁊ non contingere eē sequitur non esse: quicquid enim non potest eē non est: non eē autē non posse eē non sequitur: qđ enī nō ē: nō oīno īterclusū est: vt eē nō possit. Nūc enī ego Traiani forum nō video sed nō ē necesse vt nō videā: fieri. n. potest vt propi⁹ accedens videā. Rursus non posse eē ⁊ non contigēs esse nec non eē sequitur nec non necesse esse. Qđ enim non ē: non videbitur vere dici: quoniam illud esse nō potest: sed potius quoniā potest non esse vel eē: qđ ē non necesse esse: quod enī eē non potest: non videbit̄ vere dici: quoniā illud non necesse ē eē: sed poti⁹: quoniā illud necesse est non esse: idest nullam eētiā habere. Negationē aūt necessitatis. i. non necesse eē: neq̄ nō eē sequitur neq̄ non possibile esse. Me enim ambulo non necesse est ābulare: neq̄ enim ex necessitate qsq̄ ābulat: nec rursus quod nō est necesse: id non pōt fieri. qsquis enim ābulat nō quidē ābulare illi necesse est sed tamen pōt. Atq̄ ideo quod non est necesse eē: non oīno interclusum ē vt eē nō possit. Et de nō contingēti eadē ratio est: diuerso ergo modo q̄z ī affirmationibus negatiua cōuersio ē. Illic enim necessitatē ⁊ essentia ⁊ possibilitas sequebat̄. essentiā autē possibilitas. sed neq̄ possibilitatē essentia vel necessitas. nec rursus necessitas essentiā sequebatur. Hic

autē nō autē non possibile esse ⁊ non necesse esse consequitur. Sed neq̧ non necesse esse non eē sequitur: neq̧ vtrasq̧ possibilitatis negatio: que non posse eē aliquid ꝓponit. An magis illud dicēdū est: ꝙ sicut se in affirmationibus habet: ita quoq̧ in negationibus: vt theophrastus acutissime ꝑspexit. Sunt enim consequētia ī affirmatiuis: vt necessitatem ⁊ esse cōsequeretur ⁊ possibilitas: possibilitatē vero nec esse sequeretur nec necessitas. Idē quoq̧ penitus perspicientibus in negationibus apparebit: veniēs nāq̧ negatio ī necessario faciensq̧ huiusmodi negationē que dicit nō necesse est eē vim necessitatis infringit ⁊ totā ꝓpositionē ad possibile ducit quod enim nō necesse est esse: fracto rigore necessitatis ad possibilitatem perductum est: sed possibilitatem nec esse sequebatur nec necessitas: recte ergo fractā necessitatē ⁊ ad possibilitatem perductā cū negatio dicit non necesse eē: nec nō esse: nec non cōtingere eē cōsequitur. Rursus qui dicit possibile eē: si ei disiunctio negationis addatur: tollit possibile: ⁊ ad necessitatis perpetuitatem negatiua forma totam propositionem reuocat: vt est non possibile. quod enim est possibile: non est adhuc: quādo dicitur sed in futuro: sic quidem negatio illius in necessitatem versa de eo quod est mutare non poterit: quod enim nō possibile est eē fieri non potest vt sit: quod autem fieri non potest vt sit: necesse ē vt nō sit: ergo necessariam quandā vim habet propositio ī qua dicimus nō posse eē aliquid: sꝫ necessitatē sequebatur ⁊ eēntia ⁊ possibilitas. Non necesse autē eē ad possibilitatē respicit. Recte ergo non necesse esse: qđ est iam possibilitatis: sequitur propositionem que dicit non posse eē: quod est necessitatis. Alij ergo ordines propositionum sunt vis tamen eadē: vt necessitatem cuncta sequātur: possibilitatem vero necessitas ñ sequatur. Hic oritur questio difficilis: nam si necessitatē sequitur possibilitas: non necesse autē possibilitati confine est: cur necesse esse non sequatur id qđ dicim⁹ non necesse esse: nam si possibilitas sequitur necessitatē non necesse autē eē sequitur possibilitatem. Sequi debet necessitatē ergo id qđ nō necesse ē predicamus. Que hoc modo dissoluitur. nō possibile eē q̄q̄ vim habeat necessitatis: differt tamen a necessitate: ꝙ illa affirmatiuam habet speciem: illud vero negatiuam. sic etiam possibile eē ⁊ non necesse eē differunt eo tantum ꝙ illud est affirmatiuum: illud vero negatiuum: cum vis eadem significationis sit. Sꝫ necessitatem affirmatio possibilitatis ⁊ contingentis sequebatur q̄q̄ enim possibilitatem imiteē eiq̧ consentiat id quod dicim⁹ non necesse eē: tamē quedā negatio ē. Recte ergo affirmationē que ē necesse eē: nō sequitur negatio: per quā aliquid nō necesse eē proponimus. Et hanc quidem huius solutionē questiōis theophrastus vir doctissimus reperit. Nos autē his determinatis ad sequētia procedamus. Sunt enī vt ipse Aristo. ait in his multe dubitationes: sed totius textus plenissimum sensum primo ponamus: qui etsi longus est tamen ne intercisa videatur esse sententia non grauabor apponere.

¶ Nam si eorū que complectitur ille sibiinuicē opposite sūt cōtradictiones: quecunq̧ scđm esse ⁊ nō esse disponūtur: vt eius: que est eē hominē negatio est nō esse hominē: nō esse nō hominē. ⁊ eius que est esse albū hominē: negatio ea que est nō esse albū hominē: sed nō eē nō albū hominē. Si eni de omnib⁹ aut dictio est: aut negatio. lignū erit verū dicere eē nō albū hominē. Quod si hoc modo: ⁊ quantūcunq̧ esse non additur: idem faciet id quod pro esse dicitur: vt eius q̄ est ambulat homo: negatio est non ea que est ambulat nō homo: sed ea que est nō ambulat homo. nihil enim differt dicere hominē ambulare: vel hominē ambulantem esse.

¶ Hec Aristotele subtiliter discutiente illud ops agnoscere: ꝙ multū differt ipsius possibilitatis vim naturamq̧ diffinire vel proprie sciētie qualitate cōcludere: ⁊ possibilē enūciationem qualis eē debeat iudicare. Nāq̧ ī possibilis cognitione illud solum perspicit̄ an id quod dicitur fieri possit nullo extrinsecus impediēte casu: quod etiam si accidat nihil de statu prioris possibilitatis ꝑmutatur: verum ipsius possibilis enūciationis diiudicatio plurimū differt: quod mox poterit ex ipsa de possibilibus enūciationib⁹ disputatione cognosci. Nam sicut non ē idē hominis diffinitionē respondere querētibus: ⁊ ipsam diffinitionē alio termino diffinitionis includere: ita non idē ē de possibili enūciatione ⁊ quid ipsum possibile est tractare. Unde fit vt cū possibile atq̧ contingens idem ī significationibus sit diuersum eē in enūciationibus videatur. Supra nāq̧ docuimus possibilitatem ⁊ cōtingētiam eiusdē significationis eē: vt quod cōtingeret fieri: idē esset possibile: ⁊ quod possibile eēt idē quoq̧ contingeret. Sed possibilis enunciatio non est eadē: que contingens: neq̧ enim siquis possibilem affirmationē proponat eiq̧ opponat contingentem negationem: rectam faciet contradictionem. Si quis enī dicat quodlibet illud esse possibile: alius respōdeat negans rem illam contingere: licet quantum in significatione ē priorem possibilitatem abstulerit: non tamen dicenda est cōtradictio: in qua alij termini in negatione. alij in affirmatiōe enūciati sunt. Possibilis enim affirmatio de possibilitate negationem non de contingētia habere debebit. Idem quoq̧ in contingentibus. Neq̧ enim si quis aliquid contingere dixit: opponenda illi est possibilitatis negatio: licet idē sit possibile quod contingens. Constat ergo diuersissimam esse rationem modi per se diiudicandi ⁊ enunciationis: que cum modo: ⁊ qualitate predicatur. Unde fit vt q̄q̄ idem in significationibus possibilitas ⁊ contingentia sint: quasi diuerse ab Aristote. in modorum ordine proponantur. Illud autem ignorandum non est ꝙ Stoycis vniuersalius videatur esse possibile a necessario. Diuidunt enim enunciationes hoc modo Enunciationum inquiunt alie sunt possibiles: alie impossibiles. Possibilium autem alie sunt necessarie: alie non necessarie. Rursus non necessariarū: alie possibiles alie īpossibiles stulte atq̧ improuide idē possibile ⁊ genus non necessarij ⁊ speciem constituētes. Nouit autem Aristote. id possibile quod non necessarium est: ⁊ id possibile rursus quod necessarium esse potest. Eodem namq̧ modo non dicitur possibile eē quod vel ex falsitate in verum transit aliquando: vel rursus ex veritate transit in falsitatem: vt si quis dicat nunc quoniam dies est verum dixerit: idem si hoc nocte predicet falsum est: ⁊ hec veritas propositiōis in falsum est permutata. Sic ergo quedam sunt possibilitates: vt eas esse ⁊ non esse contingat: que nō eodem modo dicuntur quēadmodum ille que mutabilem naturam non habent: vt he scilicet quas necessarias diximus: vt si quis dicat solem moueri: vel solē

possibile

possibile esse moueri: hec nunquā ex veritate in falsitatem mutabuntur. Sed nunc de Aristotelis et stoicorum dissensione tacendum est. Illud tamen solum studiosius perquirendum est: quo loco sit ponenda negatio in his propositionibus in quibus modus aliqs predicatur: aut que dicentur enunciationes esse possibiles contingentes et necessarie et quecūqz cū modo sint propositiones. Ille veraciter esse secundum modum sicut alie sm esse dicentur: in quacum significationibus rei de qua predicantur subsistendi qualitas inuenitur: vt cuz dico Socrates bene loquitur. modus quidaz est bene loquendi Socratez. Ergo sicut in his propositionibus: quecūqz cuiuslibet illius rei subsistētiam promittunt: ad ipsā subsistētiā negatio ponitur vt cuz dicim⁹. Socrates ē: ad esse aptatur negatio cū negamus. Socrates nō est. Ita quoqz in his que modū subsistētie dant: ad eū moduz ponēda ē negatio: qui ad illā subsistētiā videtur adiectus: vt cū dicim⁹ Socrates bene loquitur: modus ipsius rei est id qd predicamus bene. Ad hunc ergo modū et qualitatez ponenda est negatio. Possibiles autem propositiones vel contingentes eas esse dicimus: in quibus ipse modus monstratur et nō potius eē de modo dicitur: sed modus de eo quod est eē. Cum enī dicimus possibile ē eē quidem qddam dicimus: quēadmodum aūt sit additum est: idest possibile vt nō necessariuz neqz alio aliquo modo: nisi tantum secundū potestatez dicatur: sit ergo eē subiectū: pdicatuz vero modus vel contingens vel possibile vel necessariuz vel quilibet alius. atqz he quidem propositiōes sm modū dicuntur: in quibus de subsistētia nihil ambigitur. De modo autem et sola qualitate tractatur. Sin vero subijciatur modus quidem: predicetur vero eē: tūc de substantia rei queritur non de modo: vt si quis dicat possibile est: vt ipsum possibile in rebus eē pronunciet. Huic propositionī nullus modus adiectus est. Cū enī dicimus possibile est modum habere: hoc ita per se non dicimus: sed sit particulam propositionis ablatam ita eā perspicimus quasi eī propositione eēt coniuncta: quam si cum propria propositione iunxim⁹ qli modo predicetur apparet. Cum enim dicim⁹ possibile est: vt modum significet: particula propositionis ē quam si suo corpori aggregemus facientes aliquam propositionez: quid modus ille perficiat agnoscimus age enim id quod dicimus possibile est coniungamus alijs predicamentis: atqz inde vna enunciatio conficiatur: dicamusqz socratem ambulare possibile est. Vides ne modum in propositione possibile: vt etiam siue Socrates ambulet: siue non ambulet posse enim tamen ambulare ex ipso propositionis modo quilibet agnoscat. Ita ergo de toto auferentes partez possibilem enunciationem quasi tota sit propositio speculamur: vt in his dictionibus fieri solet: que pluralitatem determinant: vt si dubitamus: contra omnis an nullus ponatur an nō omnis: ita eas speculamur quasi integras propositiones: quas determinationes propositionum eē manifestum est. Concludenti ergo dicendum est in his que modū predicant: omnes alie res subiecte sunt vl' eē vel ābulare vel legere vel dicere vel quicquid aliud cum aliquo modo fieri dicim⁹. In his autem vbi modus ipse subijcitur: eē vero pdicatur: vt sit integra propositio: non est cum modo ppositio. Sed ibi tantum de substantia modi proponitur: vt si quis dicat possibile est quidam in rebus dicit esse possibile: et rursus contingens est: quidam i rebus dicit eē quod contingat: et cū sic necesse est: quidam eē dicit in rebus quod sit necesse: hic non de modo sed de solo eē tractatur: quare quotiens quidez eē subijcitur: modus autē predicat: vt cū dicimus Socratem ambulare possibile est: ad modum iungenda negatio est. Quotiens vero modus subijcitur: eē aūt predicatur: ad eē ponenda est negatio: vt cuz dicim⁹ possibile est: quia ita dicimus tanqz si dicerem⁹ possibilitas est: et cum dicimus contingens est. ita dicim⁹ tanqz si diceremus contingentia est: ad eē ponenda negatio est: dicendumqz est possibile non est: quod idē valet tāqz si dicerem⁹. possibilitas nō ē. Eodē quoqz modo et de contingentia. Non autem perfecte speculantibus idem semper videtur subiectū: quod primo loco reperiri dicitur. Idem predicatum semper: qd secūdo loco predicat. In quibusdā enim verum est. In alijs vero ex significatione potius propositionū colligimus: qui terminus subiectus sit: qui vero predicatus. Nam cum dico homo animal est: prius mihi necesse est hominem dicere: post predicare animal. atqz ideo subiectus dicitur homo: animal vero predicatur. In his autem in quibus modus additur: sicut est cuz dicimus: socrates bene loquitur. idē valet tanqz si dicam⁹: socrates bene loquens est: et hic quidem bene prius dictum est: postea vero loquens est: et videtur esse quidez subiectuz id quod dictuz est bene. Predicatuz autez id quod dictuz est loquens est. Sed hoc falsū est. et hinc facillime potest inueniri: qr loqūtem quidem eum esse nullus ignorat: quisquis audit socratez bene loquentem esse. vīz autez totius ppositionis modus continet. in id enim intendendus est animus non si loquatur hoc enim indubitatuz est. Naz qui euz bene dicit loqui: loqui quoqz consentit. Quare ad moduz intēdendus est animus ad id quod dictum ē bene: Socrates enim bene loquitur: qd dixit loqui quidē nō sufficit dicere nisi etiam dicat bene. Continet ergo totam propositionē modus: sz rursus totam propositionē continet pdicatio: modus igitur in his propositionibus potius pdicatur. Concludendum est ergo vniuersaliter omnem modorū contradictionem non secūdū eē verbum fieri: nec secundum id cui sus verbum quod in se esse cōtineat: sz potius secundum modum. Continere autem in se verba id quod est eē dicuntur: vt cum dicimus loquitur. tātūdē enim valet tanqz si dicamus loquens ē. Quare quecūqz propositiones quēlibet illum in se retineant modum. Dubitandum nō ē: quin non ad id quod ponit eē: negatio iuste applicetur. Sed potius ad eum modum: quo aliquid eē fieri ve pronunciet. Omnia namqz cum modo affirmatio taliū ē: vt nō intendere debeat animū auditor ad id quod eē dicitur. Sz ad id poti⁹ qm̄o illud eē dicat: vt cū dicim⁹: socrates bene loquitur. nō pspiciēdum ē an loquatur: sz potius illuc animi dirigēda intētio ē quēadmodum loqūat. hoc enim videtur continere totam propositionē. Ergo contra possibile eē non ē ea negatio: que dicit possibile non eē: sed non possibile eē: eodē modo et cōtra eam que dicit cōtingere eē: nō ea que enunciat contingere nō eē sed potius ea negatio ē: que dicit non contingere eē. Idē quoqz in necessarijs impossibilibusqz modis ceterisqz: qd nunc Aristote. pro solita breuitate transgressus ē: faciēdum videtur. Sed quoniam cōmentationis virtus ē non soluz vniuersaliter vīz sensus exprimere: verum etiam textus ipsius sermonibus ordiniqz cōnectere: que superius confuse dicta

sunt nunc ꝑ sermonum ipsorum ab Aristotele dictorum ordinē diuidamus. ¶ His vero determinatis ꝑspiciendum ē quēadmodū se habent negationes ⁊ affirmationes adinuicē he. scilicet que sunt de possibili esse ⁊ non possibili esse ⁊ cōtingere ⁊ non cōtingere ⁊ impossibili ⁊ de necessario. habent eniꝫ aliquas dubitationes. Perspiciendū inquit est de affirmationibus negationibusq̧ qua ratione videantur opponi. In his propositiōib⁹ quas quidā mod⁹ cōtinet: vt in his q̄ sūt possibiles vel cōtīgētes vel necessarie vł īpossibiles vel vere vel false vel bene vel male: vł qcquid aliqua q̄litate p̄dicatur. Habēt enī inq̄t aliq̄s dubitatiōes ⁊ q̄s dubitatiōes habeāt cōtinuo eas subijcit. Nā si eorū que cōplectūtur ille sibiinuicem opposite sūt cōtradictiones: q̄cūq̧ secūdū eē vel nō eē disponūtur. Sensus totus huiusmōi ē: i oībus cōplexionibus propositionū illa in his oppositio valet: quecūq̧ s̄m eē vł nō eē fit: vt cū dicim⁹ homo ē huius negatio ē hō nō ē. Sed nō ea que dicit nō hō ē: ⁊ rursus eius que proponit ē albus hō illa negatio ē que dicit nō ē albus homo: nō ea que proponit est non albus hō. hoc ipsū autē quoniā ei⁹ que dicit est hō albus negatio est que dicit non est albus homo non ea que proponit est non albus homo sic demonstrat. Si enim de omnibus aut dictio aut negatio: lignuꝫ erit verum dicere eē nō albū hominē. Breuiter dictum ē sꝫ ita posse videtur exponi: propositū inquit sit lignū de quo due enūciationes dicantur: illud tñ nobis manifestum sit de oībus si affirmatio vera ē falsaꝫ eē negationē eā. s. que cōtradictorie opponit. ⁊ si vera negatio est falsa affirmatio eē ꝓnūcietur. Igitur de ꝓposito ligno qm̄ lignū hoc ē alb⁹ hō hoc falsuꝫ ē. Si igitur hec affirmatio falsa ē: vera debet eē ei⁹ negatio. Si ergo ea ē negatio affirmationis que dicit ē albus homo: que negat dicēs ē nō alb⁹ hō: hec negatio vere p̄dicatur de ligno dicēte quolibet quod lignum hoc ē nō albus hō. Sed hoc fieri nō pōt: perspicue enim falsū ē lignū nō albū hominē eē: quod eniꝫ oīno non est homo: nec non albus homo eē potest: false ergo sūt vtreq̧ ⁊ affirmatio que dicit de ligno qm̄ lignū est albus homo: ⁊ negatio de eo que dicit quoniam est non albus homo. Quod si sunt false vtreq̧ hec negatio illius affirmationis nō ē. Querēda ē ergo alia que cum ea diuidat verum atq̧ falsum. Qua in re nulla alia reperitur contra eā que dicit est alb⁹ homo pretet eam que dicit non ē albus hō: nā si ea dicit̄ eē affirmatiōis huius que dicit ē albus hō negatio: que enūciat est nō albus homo: erit vt ꝺ ligno de quo affirmatio dicta falsa est: vera sit enūciata negatio: eritq̧ de ligno verū dicere qm̄ lignū hoc ē nō albus hō. sed hoc impossibile est. Constat ergo eā ꝓpositionē que dicit ē nō albus homo illius affirmationis non esse negationem que proponit est alb⁹ hō. Sed eā que dicit nō ē albus hō negationē eē eiusdeꝫ affirmatiōis que dicit est albus homo. Vides ne ergo vt prope in oībus affirmatiōes ⁊ negationes secūdum esse vel non esse fiant. Illa enim albū quideꝫ eē dicit: illa negat albū nō eē dicēs: rursus illa dicit hominē eē: illa vero negat dicēs hominē nō eē ⁊ in ceteris eodē modo est. Quod si hoc modo ⁊ i quālibeq̧ eē nō addit̄: idē faciet quod pro esse dicitur: vt ei⁹ q̄ ē ambulat homo non ea que est ambulat non homo negatio est. Sed ea que est non ambulat homo. Nihil enim differt dicere hominē ambulare vel hoīem ambulantem eē. Nec hoc solum inquit in his euenire potest propositionib⁹: que s̄m eē vel non esse disponuntur. Sed etiam in his quecūq̧ verbis talibus cōtinētur: vt verba illa vim eius: quod est esse concludant: vt est homo ambulat. ambulat in se cōtinet eē. Idem enim ē ambulat quod ambulans ē. Ad hec ergo verba que in ꝓpositionib⁹ esse continent aptanda negatio est: si eniꝫ oīs cōtradictio s̄m esse vel nō esse fit: hec autē verba esse p̄opria significatione cōcludūt: quoniāq̧ verba hec ita ponūtur tāq̧ si hoc ipꝫ eē poneretur: manifestū ē ad ea verba que eē continent negationem poni oportere ad earum similitudinē ꝓpositionū que secūdū eē vel nō eē supradicta ratione sibimet opponuntur. His ergo ante predictis quid inconueniens ex his possit esse prosequitur.

¶ Quare si hoc modo in oībus: ⁊ eius que est: possibile est esse: negatio est possibile est non esse: sed non ea que est non possibile est esse. videtur autem idem posse ⁊ esse ⁊ non esse. omne eniꝫ quod est possibile diuidi vel ambulare: ⁊ non ambulare ⁊ non diuidi possibile est.

¶ Superius demonstratum est quēadmodum in his que complectuntur enunciationibus secūdū esse positus ⁊ non esse fierent oppositiones: nunc hoc dicit. Si hoc inquit in omnibus propositionibus faciendū est: vt earum contradictiones secūdū esse ⁊ non eē ponantur: in his que aliquid possibile esse pronūciant: non ita ponenda negatio est: vt dicat non possibile eē Sed potius secūdum non esse constituenda est vt dicatur possibile non esse negationem eius esse que dicit possibile esse. Sed si hoc inquit dicimus: affirmatio ⁊ negatio contradictorie veruꝫ inter se falsūq̧ nō diuidunt: omne enim quod potest esse: idem etiā pōt non esse. Quod enim potest diuidi: idem potest non diuidi: ⁊ quod potest ambulare: idem potest nō ambulare. Que autem sit huiusmodi possibilitas ꝑ quā cum dicitur aliquid fieri posse. Illud tñ relinquatur posse non fieri: consequenter explanat dicens.

¶ Ratio autē est: quoniam omne quod sic possibile est: non sēper in actu est. quare inerit etiam negatio. potest igitur ⁊ non ambulare quod est ambulabile: ⁊ non videri quod est visibile. At vero impossibile est de eodem oppositas esse veras dictiones. Non igitur eius que est: possibile est esse: negatio est. possibile est non esse. contingit eniꝫ ex his aut ideꝫ ipsum dicere: ⁊ negare vel de eodem: aut non secundum esse ⁊ non esse: que opponuntur: fieri affirmationes ⁊ negationes. Si ergo illud impossibile est: hoc erit magis eligendum. est igitur negatio eius que est possibile esse: ea que est nō possibile eē: sed non ea: que est possibile non esse. eadem quoq̧ ratio est in eo quod est contingens esse. etenim negatio eius est non contingens esse. ⁊ in alijs quoq̧ simili modo: vt in necessario ⁊ impossibili.

¶ Causa est ergo inq̄t: cur id q̄ꝺ posse eē dicit̄ idē possit nō esse. ꝙ omne q̄ꝺ possibile dicim⁹: ita ꝓnūciamus vt nō sēper in actu sit. i. nō sit necessariuꝫ. omne nāq̧ q̄ꝺ sēper in actu est: necessariū est: vt sol sēper mouetur. Itaq̧ illi semper agitur motus. Si quis autem me dicat ambulare posse. quoniaꝫ mihi ambulationis motus semper nō agitur: ⁊ inest mihi aliquotiēs non ābulare: inest quoq̧ illud vt vere de me dicatur posse me non ambulare cū vere pronunciatur posse ambulare

ambulare. Ergo quecunqꝫ non semper in actu sunt ⁊ posse esse ⁊ posse non esse recipiunt. Potest ergo qđ est ambulabile idest quod ambulare potest non ābulare: ⁊ qđ est visibile non videri. Quocirca docet non esse negationē eius que dicit posse esse eam que proponit posse non esse. Idcirco quoniā vtreqꝫ sunt vere: vt in his que vt ipse ait non semper actu sūt. Cōtingit enim vnū ex vtrisqꝫ: que Aristo. dicit aut idem simꝫ dicere ⁊ negare simul de eodeꝫ: aut non secūdū esse ⁊ non esse: que opponuntur: fieri affirmationes: ⁊ negationes idest vt aut ideꝫ sunt affirmatio ⁊ negatio sibiqꝫ consentiant: si secundū esse ⁊ non esse in omnibus cōtradictio fit: vt est in eo qđ est posse esse ⁊ posse non esse. Idē enīꝫ vtreqꝫ sunt sibiqꝫ consentiūt: ⁊ si quis dicit eaꝫ esse contradictionē: dicit cōsentire si bi contradictionē: quod impossibile est. Aut certe nō in omnibus affirmationibus ⁊ negationibus secūdū esse ⁊ non esse ea que opponūtur: fieri affirmationes ⁊ negationes. i. non in omnibus affirmationibꝰ ⁊ negationibus secundū oppositionē esse vel non esse vel eorꝫ verborū que esse ꝯtinent: fieri contradictioneꝫ. Si ergo sequit illud īpossibilius est: hoc erit magis eligendū. Duo supra posuerat que ex supradictis rationibus euenirent: at vnuꝫ ⁊ ideꝫ dicere ⁊ negare simul de eodē. i. vt ⁊ dictio ⁊ negatio idem essent simul de eodē predicate sibiqꝫ consentirent: aut non secunduꝫ esse vel non esse contradictionē fieri. Sed videntur vtraqꝫ quasi quodāmodo īconuenientia esse: quippe cum illud vnum etiam īpossibile sit: vt affirmatio negatioqꝫ cōsentiāt: illud alterum non sꝫm eē vel nō eē fieri oppositiones inconsentiens sit aliis propositionibus in quibus hoc modo fieri cōtradictionē manifestum ē. Nūc ergo hoc dicit: qm̄ vtrūqꝫ inquit īconueniēs ē: vnum ex his erit eligēdū: idest qđ minꝰ est impossibile: hoc sumēduꝫ ē. Minus aūt est īpossibile: vt secūdū eē ⁊ nō eē nō fiāt oppositiōes: hoc. n. nihil ꝓhibet. Illud aūt impossibilius est: vt affirmatio negatioqꝫ sibi cōsentiant. hoc ergo erit eligendum potes. i. has que cū modo fiunt propositiones non eas habere oppositiones que secūdū eē vel non esse fiūt: sed potius eas que ad modum ponuntur. Non auteꝫ dicit ita impossibilius est tanqꝫ si alterum impossibile sit. Sed ad hoc potius retulit: qꝛ vtraqꝫ quasi īconuenientia videntur: quorum vnū etiā īpossibile eē nō dubiū ē. huic quoqꝫ disposuit ordinē sꝫm modum aliquem pronūciatarꝫ propositionū: que nō secūdū esse negationes ponūt. dicit enim. Est ergo negatio eius que est possibile esse: ea que est: nō possibile eē: negationē scilicet addens nō ad esse verbū. Sed ad modū quod est possibile: eandem quoqꝫ rationem dicit esse in cōtingentibus. Eius enim que est contingere eē negatio est non contingere esse. Docet etiam de necessario ⁊ impossibili idem sibi videri. Que autē natura sit huius oppositionis: licet breuiter veracissime tamen expressa est: de qua nos superius diuitius locuti sumꝰ: qđ si qs ꝓspicatiꝰ itēdit illiꝰ intelligētiā locū hac gradatiꝫ ꝓficiscēte expositiōe cōmunerit.

¶ Fiunt enim quemadmoduꝫ in illis esse ⁊ nō esse appositiones: subiecte vero res: hoc quidem albuꝫ: illud vero homo: eodem quoqꝫ modo hoc loco esse quidem ⁊ non esse subiectum fit: contingere vero ⁊ posse appositiones determinantes quēadmodum in illis esse ⁊ non esse: veritatem ⁊ falsitatem: simꝫ hec in eo quod est esse possibile: ⁊ eē non possibile. eius vero que est possibile est non esse: negatio est non ea que est: non possibile esse: sed ea que est: nō possibile nō esse. ⁊ eius que est possibile est esse: nō ea que est. possibile est nō eē: sed ea que est: non possibile ē esse. Quare ⁊ sequi sese inuicē videbuntur hec possibile est esse: possibile est non esse. Ideꝫ enīꝫ possibile est esse: ⁊ non esse. Non enīꝫ contradictiones sunt sibiinuiceꝫ huiusmodi: possibile eē: ⁊ possibile non esse. sed possibile est esse: ⁊ non possibile est esse nunqꝫ simul in eodē vere sunt. opponuntur enim. At vero possibile est non esse et non possibile est non esse: nūquaꝫ simul sunt. Similiter autem ⁊ eius que est necessarium esse: non ea que ē necessarium non esse negatio est: sed ea que est non necessarium esse. eius vero que est necessarium est non esse: ea que est non necessariuꝫ non esse. ⁊ eius que est impossibile esse: non ea que est impossibile non esse sed non impossibile esse. eius vero que est impossibile nō esse ea que ē nō īpossibile est nō esse.

¶ Appositiones vocat predicationes: dicit ergo in his propositionibus que preter aliquem modum dicuntur predicantur quidem semper esse ⁊ non esse vel ea verba que esse continent. subiiciuntur vero res de quibus illa predicantur: vt album. cum dicimus album est vel homo cum dicimus homo est. Atqꝫ ideo quoniam in his predicatio totam continet propositioneꝫ veritatem ⁊ falsitatem predicatio illa determinat. Predicatur autem esse vel aliquid quod esse continet. Iure sꝫm esse vel non esse contradictiones ponuntur. In his autem: idest in quibus modus aliquis ꝓdicatur esse quidem subiectum est vel ea verba que esse continent. Modus autem solus quodāmodo predicatur: nam quod dicitur esse solum sine modo aliquo ipsius rei substantia pronunciatur: ⁊ queritur in eo quodāmodo an sit: idcirco esse ponente affirmatione dicit negatio non esse. In his autem in quibus modus aliquis est: non dicitur aliquid esse. Sed cum qualitate quadam esse: vt esse quidem nec affirmatio ambigat nec negatio. De qualitate autem: idest quomodo sit: tunc inter aliquos dubitatur: atqꝫ ideo ponente aliquo quoniaꝫ Socrates bene loquitur nō ponitur negatio: quoniam bene non loquitur. Sed quoniam non bene loquitur. Idcirco quoniam (vt dictuꝫ est) non ad esse vel ad verba que esse continēt ⁊ propositionem totam constituunt. sed potius ad modum intenditur animus audientis: cuꝫ affirmatio aliquid esse pronunciat. Si igitur hoc continet totius ꝓpositionis vim quod autem propositionis vim continet predicatur: ⁊ sꝫm id quod predicatur semper oppositiones fiunt: recte solis modis vis negationis apponitur. His autem rationabiliter constitutis: illud rursus exequitur quod non modo cōtradictio non est posse esse ⁊ posse non esse: verum etiā huiusmodi ꝓpositiones: que cum modo sunt posite: si negationem tamen habent ad esse iunctam: omnino negatiōes nō sunt: sed affirmationes: possunt enim earum negationes alie reperiri: ait enim: eius vero que est possibile non esse negatio est non possibile non esse: intantum inquit non est vlla contradictio eius que est posse eē ⁊ eius que est posse non esse: vt ea que dicit posse nō esse: non esse negatio: sed potius affirmatio cōuincat. Affirmatio autem affirmationi nunqꝫ opponitur cō

tradictione. Docetur autē esse affirmatio ea que dicit posse non esse: quod eius quedam alia negatio reperitur ea. s. que dicit non posse non esse: simulq; illud adiungit. Cur sint inquit hui⁹ ꝓpositionis que dicit aliquid posse eē due q̄ videant̄ eē negationes ea. s. que dicit posse nō esse: ꝛ ea que ꝓponit non posse eē: hinc cognoscit̄ que harū sit contradictoria contra eā que dicit posse esse affirmationē. que enī verum falsumq; eius ea diuidit: ipsa poti⁹ pōt negatio esse q̄ ea que ei consentit. Ei vero que est posse esse cōsentit ea que dicit posse non esse: vt supra iā docui. ea aūt que dicit nō posse esse, si falsa est: vera est que dicit posse esse. Sz si hec rursus falsa est. vera est illa que enūciat nō posse esse. diuidūt ergo hee veritatem falsitatemq;. quod in singulis exēplis facile poterit inueniri. Age enī dicat quis me posse ābulare: ille verum dixerit Si vero quis dicat non posse me ambulare: mētitus est. Rursus si qs dicat posse solē consistere: mentitur Si quis vero dicat non posse solem consistere de ipsius nullus ambigit veritate. Diuidūt ergo veritatem falsitatēq; he. s. que dicunt posse esse ꝛ non posse eē: ille vero sese sequuntur que dicunt posse esse ꝛ posse non esse. Que ergo sibi consentiunt contradictiones nō sunt: que aūt veritatem falsitatēq; diuidunt: ipsas eē cōtradictiōes magis putādū ē qd̄ ꝑ hoc ait. Quare ꝛ sese sequi inuicem videbuntur: que autem propositiones sequātur sese dicit. i. possibile est eē ꝛ possibile nō esse. Cur autem sese sequantur monstrat adijciens: non enim contradictiones sibinuicem sunt: si enim cōtradictiones eēnt nunq̄ sese sequerent̄. Sz que sint cōtradictiones declarat dicēs. Sed possibile est eē ꝛ nō possibile eē nunq̄ simul sunt. Cur autem nunq̄ simul sunt: nō tacuit. ait nāq;. Opponūtur enim nā idcirco nunq̄ simul sunt: q2 veritatem falsitatēq; diuidūt: qm̄ opponūtur. Docet quoq; ei⁹ ꝓpositiōis que dicit posse nō eē illā esse negationē q̄ ꝓponit nō posse nō eē: ꝛ ex eadem vim ad hāc ꝓpositionē trāsit. Dicit enim. At vero possibile nō eē ꝛ nō possibile nō eē nunq̄ simul sunt: per quod ostenditur illā eē affirmatiuā: illā vero negatiuā. Uniuersaliter enim quecunq; idē de eodē hec ponit: hec aufert: si illa sit affirmatiua: illa negatiua: ꝛ nihil equiuocationis: aut vniuersalium determinationis īpediat cōtradictione sibimet opponūtur. Cetera iā ita aūt ꝑ se expedita sunt: vt longa expositiōe nō egeant. Sed quedā in eorum ordine permiscenda sunt: ꝑ que id quod per se est lucidum: clarius monstretur. Prosequitur enī similiter ceteros modos: dicēs que propositiōes quarū affirmationū nō sint negatiōes ꝛ que sunt: ꝛ eis quas negationes nō eē dicit: vt affirmatiōes eē demōstret: aliis negationes opponit. Silr aūt īquit ꝛ ei⁹ ꝓpōnis: que ē necessarium eē: nō est ea negatio que dicit necessarium non eē: hec enim affirmatio ē: sicut mox negatiōe opposita cōprobauit: sed potius ea negatio est ei⁹ que ē necessarium eē: que dicit non necessariū eē. Eodē quoq; modo cuncta prosequitur dicens. ei⁹ vero que est necessarium nō eē: quā supradixerit nō eē oppositā ei que dicit necessariū est esse: illa negatio est q̄ ꝓponit non necessariū nō eē. Quecūq; enim negationē ad eē positā habēt: ille si tum modo sunt: affirmationes eē putande sunt. Eius vero que ē īpossibile eē nō ē ea negatio que dicit impossibile nō eē: nō enim ad modū habet negatiuā particulā iunctā: sed poti⁹ ea q̄ dicit nō īpossibile eē: he nāq; īter se verum falsū q; diuidūt: illi⁹ vero q̄ ad eē hz particulā negatiuā: quā affirmationē eē manifestū ē. i. ei⁹ q̄ dicit impossibile n eē ea negatio ē q̄ dicit nō īpossibile nō eē. Cōcludit ēt breuiter id qd̄ supra demōstrauit dicēs.

¶ Uniuersaliter vero (quemadmodum dictum est) esse quidem ꝛ non esse oportet ponere: quemadmodum subiecta: negationem vero ꝛ affirmationem hec facientem ad eē: ꝛ non eē apponere ꝛ has putare oportet eē oppositas dictiones ꝛ negationes: possibile non possibile. contingens non contigens, impossibile. non īpossibile necessarium non necessarium. verum non verum.

¶ Uniuersaliter igr̄ dicimus sicut iam supradictum ē i his ꝓpositionibus que modos additos hn̄t: eē ꝛ non eē subiecta poti⁹ fieri: modos vero p̄dicari: atq; ideo ad vnū quēlibet modū. i. s̄m vnū fieri debere affirmationē ꝛ negationē semp: vt sicut p̄dicat⁹ modus affirmationē continet: ita negatiua pticula ad modum iūcta totam hoc modo cōtineat negationē: ꝓponit āt eas q̄s putat eē oppositas dictiōes hoc mō: possibile nō possibile: cōtingēs nō cōtingēs: īpossibile ñ īpossibile: necessariū nō necessariū. Qd̄ āt addidit verū nō verū: ad hoc ptinet: vt oēs modos icluderet: vere. n. modus quidē ē sicut ꝛ bene: sicut velociter: sicut leniter: sicut grauiter. ꝛ qcūq; modi sunt: hoc mō faciēda est cōtradictio: verū est: nō verū ē: nō aūt nō ē verum: velociter ābulare: nō velociter ābulare. sed nō illa q̄ dicit velociter non ambulare. Cōcludēti ergo semꝑ ad modū iungēda negatio ē. ille enim semꝑ sibinuicē opponunt̄: vt supra iā dictū ē q̄ s̄m p̄dicatiōes hn̄t negatiuas pticulas iunctas. Predicant̄ autē in his modi: vt supra iā demōstrauim⁹. Scd̄m modos ergo in his negatio posita integram vim cōtradictionis efficiet. Expeditis modorū oppositionib⁹ de cōsequētia propositionū atq; cōsensu habebitur subtilis vtilisq; tractatus. Si ergo possibile eē simpl'r diceretur: simplex ꝛ facilis ꝓpositionū videretur esse consēsus: nec quicq̄ i earū cōsequētia posset errari. Nūc āt qm̄ dupliciter dicitur s̄m diuersos modos nō eedē ꝓpositionum sūt cōsequētie. Quod āt dico tale ē. Possibilis due sūt ptes: vnū qd̄ cū nō sit eē pōt. Alterum q̄ ideo sit possibile: qd̄ iā ē: hor qdē pars corruptibilib⁹ ꝛ permutabilibus propria est: mortalis enī Socrates poterat eē cū nō fuit: sicut ipsi mortales q̄ sūt id qd̄ añ nō fuerāt: potest enim homo cum nō loquitur loqui: et cū non ābulat ambulare. Ergo hec pars s̄m id dicitur qd̄ iam quidem non ē eē tñ pōt. illa vero alia possibilis que s̄m id dicitur qd̄ iā ē aliquid actu non potestate: vtrisq; naturis accomodatur ꝛ sempiternis scilicet ꝛ mortalibus. Illā qd̄ in sempiternis est: eē possibile ē. Rursus quod ē i mortalib⁹ nec hoc a subsistendi possibilitate discedit: sed tantum differt quia id quod in eternis est nullo modo permutatur ꝛ semper esse necesse est: illud vero quod in rebus mortalibus inuenitur poterit ꝛ non esse: ꝛ vt sit non ē necesse Ego namq; cum scribo inest mihi scribere. Quo circa ꝛ scribere mihi possibile ē: sed quoniam ipse mortalis sum: non est hec potestas scribēdi necessaria: neq; enim ex necessitate scribo. At vero cum dicimus celo inesse motum: nulla dubitatio est quin necesse sit celum moueri: in mortalibus ergo rebus cum est aliqd ꝛ esse potest: ꝛ vt sit non est necesse: in sempiternis āt quod est necesse est eē: ꝛ quia est eē possibile est. Cum ergo possibilis principaliter due sint partes vna que s̄m id dicitur quod cum non sit eē tamen potest. Altera

Postquam idcirco contrarium potius negationem monstrauit esse: quod hic magis esset falsa quam ea que contrarium affirmaret: et distinctione falsitatis contrariam esse propositionem opinionemque: que rem propositam negaret edocuit. Nunc ex simplicibus: implicitisque propositionibus opinionibusque idem nititur approbare. Dicit enim quod ea affirmatio que contrarium ponit implicita et non sit simplex. Idcirco autem implicita est quod que arbitratur id quod bonum est malum esse: mox illum quoque opinari necesse est id quod bonum est bonum non esse: Neque enim aliter malum esse potest nisi bonum non sit. Quare qui quod bonum est malum esse arbitratur: et rem bonam malum putat: et eandem ipsam non esse bonum. Non igitur simplex est hec opinio de bono. quoniam malum est. continet enim intra se illam quoniam non est bonum. Qui vero opinatur non esse bonum quod bonum est: non illi quoque necesse est opinari quoniam malum est. Potest enim et non esse aliquid bonum et malum non esse. Atque hoc quidem in his inueniatur rebus in quibus aliqua medietas poterit inueniri hoc quoque cautissime addidit. His igitur ita positis: quoniam contrarii opinio non est simplex: simplex vero est negatio: necesse est vt contra simplicem opinionem simplex potius videatur esse contrarium. Est autem simplex opinio: boni quoniam bonum est vera. Simplex vero boni: quoniam bonum non est falsa. Simplici igitur opinioni de bono quoniam bonum est: simplex erit contraria negationis: que est boni: quoniam non est bonum. Tota vero vis huius argumentationis hinc tracta est; quotiens vera est quedam propositio: et due que eam perimere possunt: si vna earum nihil indigens alterius veram propositionem perimat. Reliqua vero preter alteram eandem propositionem perimere non possit illa magis dicenda contraria est: que sibi sufficiens nec reliquae indigens propositam propositionem perimere valet. veram autem propositionem de bono quoniam bonum est: sola negatio perimere potest: et ad illius vere interitum est sibi ipsa sufficiens que dicit quoniam bonum non est. Illa vero que opinatur malum esse sibi sola non sufficiet: nisi illa quoque ei adiungatur: que est id quod bonum est bonum non esse. Idcirco enim contraria illam aufert, quia secum negationes trahit: manifestum est hanc que ad vere propositionis interitum sibi ipsa sufficit: recte magis contrariam videri quam que sibi ipsa non sufficit nisi ei vis negatiue propositionis addatur.

Amplius si etiam similiter in aliis oportet se habere et hic videbitur bene esse dictum. Aut enim vbique ea que est contradictionis. aut nusquam quibus vero non est contrarium. de his quidem est falsa ea que est vere opposita: vt qui hominem non putat hominem falsum est. Si ergo he contrarie sunt et alie que sunt contradictionis.

Quod de his inquit propositionibus dicimus si hoc in omnibus inuenitur firmum debet esse quod dicimus. Neque enim verisimile est in aliis quidem propositionibus negationes esse contrarias. In aliis vero affirmationes: que contrarium ponunt. Sed si hoc in omnibus propositionibus inuenitur et contradictionibus vt contradictio potius contraria sit. i. negatio quam que contrarium habet: nihil est dubium quin hec ratio consistat in omnibus: Sin vero in aliis ea que contrarium ponit magis contraria est. quam negatio. Hic quoque ita sese manifestum est non habere. vbi enim inueniri potest contrarietas: in his dubitatio est que nam sit contraria: vtrumne ea que contrarium affirmat. an ea que id quod propositum est negat. Ergo in his in quibus dubium non est quemadmodum sit hoc speculandum est. Dubium autem non est in his in quibus non est contrarietas: vt in substantiis. Hic enim sole sunt contrarie negationes. Si ergo huic contrarie opinioni que est de homine quoniam homo est illa opponitur: que est de homine quoniam homo non est: manifestum est in aliis quoque in quibus contrarietas inuenitur. locum contrarietatis negationem potius optinere. Nam si in his in quibus contrarietas est vt in bono vel malo manifestum est non potius illam esse contrariam que bonum negaret quam illam que malum optineret: ei que id quod bonum est bonum esse arbitretur: nec in his eam contrariam esse opporteret: in quibus contrarietas nulla est. Quid enim attinet cum ex homine dicimus quod contrarium non habet ibi esse negationem contrariam. Cum vero de bono quod contrarium habet ibi non esse. Sed potius eam que contrarium poneret. Quocunque enim vertitur negatio: suam vim in omnibus seruare debet. Quod ergo dicitur ab Aristotele: vt breuiter expliceni tale est. si in aliis negatio est contraria: hic quoque negationem esse contrariam manifestum est. Quod si in aliis minime in his quoque quam supra posuit: sed in omnibus aliis in quibus contrarietas non inuenitur contradictio contrarietatis locum tenet

& in his igitur in quibus est contrarietas eundē locū neqꝫ aliam tenebit: quod his verbis explicuit: Amplius si etiam in alijs similiter oportet se habere: & hic videbitur bene esse dictum. Nam si in omnibus alijs ita se habere necesse est: et in his que supradicta sūt ita sese habet: & id quod dictum est optime dictum esse videbitur. Aut enim vbiqꝫ ea que est contradictionis: aut nusqꝫ alicubi quidem cōtrariam reperiet Alicubi vero minime. quibus vero non est contrarium vt in substātiis in quibus nulla est contrarietas. Hoc. n. nos si bene meminimus predicamenta docuerunt. de his est quidem falsa ea que est opposita vere: idest in in his inuenitur quidē opposita falsa opinio vere opinioni: sed que sit ista manifestum est. Nam vbi nulla contrarietas est liquet contradictionis esse contrarietatem: vt qui hominem non putat hominem falsus ē Hoc enim sola contrarietas vere propositionis inuenitur. Si ergo he cōtrarie sunt: & ille alie que sunt cōtradictionis a. si in his que contrarietatē non habēt negationes sunt contrarie necesse est etiā aliquas eē (contrarias) in alijs omnibus etiam in quibus est aliqua contrarietas: vt bono et malo negatio locum obtinet contrarietatis.

¶ Amplius similiter se habent boni quoniam bonum est et non boni quoniam non bonum est: & super has boni quoniam non bonum est. & non boni quoniam bonum est. Illi ergo que non boni quoniam non bonum est vere opinioni que nam est cōtraria. Non enim ea que dicit quoniam malū est simul enim aliquando erunt vere. Nunqꝫ autem vera vere contraria est. Est enim quiddā non bonum malum. quia contingit simul esse veras. At vero nec illa que est quoniam non malum vera enim et hec. simul enim et he erunt. Relinquitur ergo ei que est non boni quoniam non bonum est vere contraria ea que est non boni quoniam bonum est falsa enim hec. quare & ea que est boni quoniā nō bonum est ei que est boni quoniam bonum est.

¶ Quecūqꝫ superius dicta sunt: ea rursus validiore proportionem argumētatione cōfirmat. Proportio autem est rerum inter seinuicem similitudo. Si igitur posite sint res quattuor: quarum due sunt precedentes. relique sequentes & sic se hꝫ prima ad scdam quēadmodum tertia ad quartam: necesse est ita se habere primam ad tertiam quemadmodum fuerit secunda ad quartam. Hoc enim ipm breuiter faciliusqꝫ numeris agnoscimus. Sit enim primus numerus. ii. scdus. vi. rursus inchoantibus. Tertius. iiii. Quart⁹. xii. In his igitur precedentes quidē sunt duo quattuor sequentes vero sex & duodecim. Sunt āt vt duo ad sex ita quattuor ad duodecim. Nam sicut duo senarii tertia ps est: ita quaternarius duodenarii tertia ps est. Quocirca sicut quaternarius precedens ad sequentem: ita alius p̄cedens ad alium sequentem erit: & ut precedens ad precedentem ite sēqns ad sequentem. sꝫ ad quatuor qui sunt precedentes duo medietas est. & sex igitur ad duodeciꝫ medietas est. Ergo in omni proportione hoc respiciendū est q̄ si de quatuor ppositis rebus sicut pria est ad secūdā ita tertia ad quartam: erit ut pria ad tertiā ita secūda ad quartā. Ista igitur numerorum pportio ad propositionū vim naturāqꝫ transferatur. suntqꝫ due propositiones prime quarū vna precedens altera sequens & alie rursus due quarū vna precedens altera similiter sequens. & in his fit aliqua similitudo. Si enim. prima boni qm̄ bonum est. hanc sequatur boni qm̄ non bonum est. Rursus sit precedens tertia non boni qm̄ non bonum est. hanc autē sequens quarta non boni quoniam bonum est.

Precedentes.		Sequentes.
.i.	Boni qm̄ bonum est .ii.	Boni qm̄ bonū n̄ ē.
.iii.	Nō boni qm̄ n̄ bonū ē. iiii.	Nō boni qm̄ bonū ē

¶ Perspiciatur igitur in his que si similitudo pportionum. Est enim vt prima boni qm̄ bonum est ad secūdam boni: quoniam bonū non est: ita tertia non boni qm̄ bonum non est ad quartā non boni qm̄ bonuꝫ ē. Nam sicut boni qm̄ bonum est vera ppō est. falsa āt boni qm̄ non ē bonū: ita quoqꝫ non boni qm̄ non est bonum vera ppō est: falsa autē non boni qm̄ ē bonū Quod si ita est & eodē mō sese hꝫ opinio boni qm̄ bonum est ad opinionem que est boni qm̄ bonū non est quēadmodū ēt opinio nō boni qm̄ n̄ bonū est ad opinionem nō boni qm̄ bonū ē: & quemadmodū se hꝫ prima ad tertiaꝫ: ita sese habebit scda ad quartam. Quemadmodū sese hꝫ igitur boni qm̄ bonum ē ad eaꝫ que est non boni qm̄ non bonum est: cum vtreqꝫ sint vere ita sese habet opinio boni qm̄ bonum non ē ad opinionē non boni qm̄ bonum est: q̄ ipse quoqꝫ vtreqꝫ sunt false: nā sicut iste sit vere: ita ille sit false. quocirca vt est prima ad tertiam ita secunda ad quartā. Ostensa igitur hac pportione īmutato ordine eedem disponantur. sed sit prior opinio ea que est non boni qm̄ bonum non est eamqꝫ sequatur boni qm̄ bonum est & sub his precedēs tertia n̄ bōi qm̄ bonū est: quarta sequens boni qm̄ bonum non est.

Precedentes	Sequentes
Nō boni qm̄ bonū nō ē. i. va	.ii. va Boni qm̄ bonū ē
nō bōi qm̄ bonū ē. iii. falsa.	iiii. falsa. bōi qm̄ bonū n̄ ē

¶ Ut igitur superius demonstratum ē ita se se hꝫ opinio non boni qm̄ non bonum est ad eam opinionem que est boni quoniam bonum est quemadmodum nō boni quoniam bonum est: ad eam que est boni quoniam non bonum est. Ut eni ille simul vere ita he simul false eademqꝫ proportio est. Quocirca erit sic prima que est non boni quoniam non bonum est ad tertiam eam que est non boni quoniam bonum est: ita erit secunda boni quoniam bonum est ad quarta boni quoniam non est bonum. Requirendum igitur est quemadmodum sit prima ad tertiam: vt ex eo speculemur quemadmodum sit secunda ad quartaꝫ. Dico .n. qm̄ huic opinioni que arbitrat̄ non esse bonuꝫ qd̄ bonū ē: qm̄ cōtra illā ē q̄ arbitrat̄ id quod bonū non est bonum esse. Age enim si ponitur ē cōtra eam opinionem que id qd̄ bonū non est bonum putat sit ea q̄ id quod bonū nō ē malū putat. sꝫ hoc fieri nō potest. Cōtrarie eni opiniones simul nunqꝫ vere sūt. possūt autem sil' he esse vere. Si quis enim parricidiū q̄ nō est bonum putet non esse bonū idē quoqꝫ parricidiū quod per nām non est bonū malū putet: vere vtraqꝫ opinione arbitratur. igit̄ non est ꝯria opinio ea que id qd̄ bonū non est non bonū putet ei que id qd̄ bonum non est malū arbitrat̄. Rursus ponatur eidē opinioni de non bono qm̄ non est bonuꝫ ꝯria ea que arbitrat̄ id qd̄ non est bonū non esse malū. Id quoqꝫ contrarium non est. Fieri enim potest vt id qd̄ bonū non

non est nec mali sit. Neqꝫ enī oīa quecūqꝫ boni non sunt mala sunt statim: sed est vt bona quidē non sint nec mala sint. Si quis enim lapidē ne quicqꝫ tacentem quod per se bonum non est non bonū esse putat vere arbitretur. idem ipsum lapidem q̄ per se bonū non est si non malum putet nihil eius opinioni falsitatis incurrit. Quare qm̄ ea que ē non boni qm̄ si bonū est ⁊ cum ea que est non boni qm̄ malum est: ⁊ cū ea que nō boni qm̄ non est malū vera aliquotiens inueniatur. neutri contraria est. Restat igitur vt ei sit contraria opinio non boni qm̄ bonum est: qm̄ opinaē id quod non est bonum esse. hec autem est non boni qm̄ bonum est: qm̄ opinatur id qđ non est bonum bonū esse. Contraria igitur est non boni qm̄ non bonum ē ei que est non boni qm̄ bonū est. Sed hic ita sese hꝫ opinio non boni qm̄ bonum est ad opinionē non bōi qm̄ non bonum est: quemadmodū opinio boni qm̄ bonum est ad eandem opinionem que est boni qm̄ non bonū est. Sed prima tertiaqꝫ contrarie. Secūda igitur quartaqꝫ ꝟm similitudinem proportiōis sunt sine vlla dubitatione contrarie. Potest v̄o ⁊ simplicius intelligi hoc modo. si boni qm̄ bonum est opinio ⁊ non boni qm̄ non bonum ē opinio similes ꝟm veritatem sunt: boni autem qm̄ non est bonum: ⁊ rursus non boni qm̄ bonum est ipse quoqꝫ similes ꝟm falsitatē sūt: si vna falsarum vm̄ verarum opinionum inuenta fuerit contraria erit reliqua falsa relique vere contraria q̄ sola efficit similitudo. Ostenditur autem vna falsa vm̄ vere quemadmodū supra exposuimus contraria hoc ē ea que dicit id quod non est bonum esse ei que arbitratur id quod non est bonum non esse bonū. Relinquitur igitur ea que arbitratur id quod bonū est non esse bonum contraria esse ei que opinatur id quod bonum est esse bonum. Qua in re colligitur negationem potiusqꝫ contrarium ponentem affirmationem vere affirmationi esse contrariā. Perplexa igitur sententia his modis quibus diximus expedita est. sed se sic habet ordo sermonum. Amplius inquit similiter se habet boni qm̄ bonum est. ⁊ non boni qm̄ non bonum est que vtreqꝫ vere sunt. ⁊ super has bōi qm̄ non bonum est: ⁊ non boni qm̄ bonum est: q̄ sunt vtreqꝫ mendaces. Illi ergo que est non boni qm̄ non bonum est vere opinioni que nam est contraria. hoc quasi interrogatiuo modo dictum est. Non ea que dicit qm̄ malum est qm̄ simul aliquando esse poterunt vere. hoc autem in contrariis non potest inueniri. nūqꝫ enim vere vera contraria est. quemadmodū aūt fieri pōt vt simul sint vere qm̄ est quiddā non bonū malum. quare contingit simul veras esse. At v̄o nec illa que est non malum. Simul enim ⁊ he erunt. i. possunt aliquando simul esse vere: in his presertim rebꝰ que inter bonum malumqꝫ sunt. Relinquitur ergo ei que est non boni qm̄ non bonū ē que vera est contraria ea que est non boni qm̄ bonum est: que falsa est ⁊ simul vera nō pōt inueniri. Quare ad similitudinē superius positā reuertitur: vt dicat ⁊ eam que est boni quoniā non bonum est contrariam ei que est boni qm̄ bonum est: q̄ si quis ea que superius dicta sunt diligentius intuetur: nec in totius sententie statu nec quicqꝫ in ordine fallitur

¶ Manifestum est autem quoniam nihil interest: nec si vniuersaliter ponamus affirmationem. huic enim vniuersalis negatio erit contraria: vt opinioni que opinatur. quoniam omne quod est bonum bonum est: ea que est. quoniam nihil horum que bona sunt bonum est.

¶ In superiori argumentatione omnia de infinitis explicuit. Sed qm̄ fortasse aliquis poterat suspicari non eandem rationem esse posse in his ꝓpositionibꝰ que sunt definite: atqꝫ in his aliquid interesse: vt in his eadem demonstratio eis que definite sunt eueniret hoc addit nihil interest verum eandem demonstrationē quam ipse superius in propositionibus indefinitis fecit. quinsqꝫ faciat in vniuersalibus que iam sine dubio definite sunt. Si quis enim ꝟm indefinitarum propositionum superiorem dispositionem definitas disponat: easqꝫ ꝟm predictum modum speculetur: non aliā vniuersalis affirmationis opinioni contrariam reperiret: quam eam que vniuersalis negatione opinio. Nihil enī īterest īter indefinitas definitasqꝫ ꝓpositiones: nisi q̄ indefinite quidem sine determinatione definite v̄o cū augmento determinationis sunt: vel vniuersalitatis vel particularitatis. hoc est enim quod ait: nihil interest nec si vniuersaliter pōatur affirmatio. vniuersali namqꝫ affirmationi vniuersalis contraria erit negatio: vt opinioni que opinatur quoniā omne quod est bonum bonum est: que. s. est vl̄is affirmationis: ea sit contraria que est: qm̄ nihil eorum q̄ bona sunt bonum est: hoc est opinio vl̄is negationis. hoc autem cur fiat ostendit.

¶ Nam eius que est boni quoniā bonum est si vniuersaliter sit bonum. eadem est ei que opinatur quicquid bonum est. quoniam bonum est. Hoc autem nihil differt ab eo quod est. qm̄ omne qđ est bonū bonum est. Similiter autem ⁊ in non bono.

¶ Gradatim indefinitam propositionem ad similitudinem vniuersalis adducit. dicit autem quecūqꝫ fuerit indefinita propositio ei si quod in sermone solemꝰ dicere quicquid addaē vniuersalis fit: vt nihil omnino differt ea que ad rem in affirmatione omne predicat: vt ea opinio vl̄ propositio que est de bono quoniā bonum est. hoc. s. opinatur quoniam bonum bonum est huic si addatur quicquid: vt ita dicamus quicquid bonum est bonum est: nihil differt ab ea que opinatur omne bonum bonum est. Quare eadem vis est superioris demonstrationis in propositionibus indefinitis que etiam in vniuersalibus que paululum quiddā distant: sed non ad qualitatem nec ad vim propositionis sed ad quantitatem refertur. Uniuersalitas enī quantitati opponitur. Et sensus quidem huiusmodi est: verba v̄o sic sunt. Superius proposuerat nihil interesse an indefinita esset propositio an vniuersalis. Cur autem nihil intersit hoc modo dicit. Nam ea q̄ est boni quoniam bonum est. i. indefinita affirmatio si vniuersaliter sit bonum. i. si bonū vniuersaliter ꝓferatur. eadem est ei que opinatur quicquid bonum est: quoniam bonū est. i. nihil discrepat ab ea opinione que opinatur quicquid bonum est bonum esse. huiusmodi autem opinio nihil differt ab ea que aperte vniuersaliter proponitur: que est omne quod est bonum bonum est: Similiter autem ⁊ in non bono. i. si bonum eadem ratione dicimus. Ea namqꝫ propositio vel opinio que opinatur non bonum esse: si ei addatur vniuersalitas: nihil differt ab ea que vniuersaliter aperte proponitur: que est omne quod bonum non est non est bonum.

¶ Quare si in opinione sic se habet. Sunt autem he que sunt in voce affirmationes ⁊ negationes no

te eorum que sunt in anima. Manifestum est quoniam affirmationi contraria quidez negatio est circa idem vniuersalis. vt ei que est quoniam omne bonum bonum est. vel quoniam omnis homo bonus est. ea que est quoniam nullum vel nullus. Cõtradictorie autem qm̃ non omne: aut non omnis.

¶ Superiores omnes argumentationes ad bonuz tollit: redigitq3 ad conclusionem omnium questionis vis. Supra enim negationes ⁊ affirmationes earum contrarietates de opinionibus pensare oportere predixerat: Nunc vero quoniam in opinionibus reperit illam cõtrariã eẽ q̃ eẽt vl'is negatio: idez refert ad ꝓpositiões: q3 manifestũ ẽ qm̃ voces sũt ⁊ significatiue al passiõis designare. In principio enim libri significatiuas voces passiones anime monstrare veraciter docuit. nũc ea velut probaturus quoniam in opinionibus illa contraria vniuersali affirmationi reperta esset: que eẽt vniuersalis negatio potius est q̃z ea que contrariam vniuersali affirmationi affirmaret: idem quod arbitratur in vocibus prouenire hoc est affirmationi vniuersali non affirmationem contrariam rẽm ponentẽ sed vniuersalem negationem esse contrariam. contradictorias vero eas que cum affirmatio vniuersalis esset particularis negatio inueniretur. Atq3 hoc quidẽ plenissime dictum est: nec aliquis in verbis error est. sed nos vt cetera nihil ambiguum relinquentes ipsorum quoq3 verborum sensum eorumq3 ordinem prosequimur: Ait enim. Quare si in opinione se sic habet. i. q opinio negationis contraria inuenitur opinioni affirmationis potius q̃z contrarium ponens affirmatio. Sunt autem he que sunt in voce affirmationes ⁊ negationes note earum que sunt in anima. Nam sicut in voce affirmatio ⁊ negatio est. ita quoq3 etiam in opinione cum ipse animus in cogitatione sua aliquid affirmat: aut aliquid negat. quod nos alio loco diligẽtius expediemus. ergo quoniam affirmationes ⁊ negationes que sunt voce note earum sunt affirmationum vel negationum que sunt in anima: manifestum est quoniam est affirmationi contraria quidem negatio circa idem vniuersalis. circa idem autem addidit ne disiunctim affirmationes ⁊ negationes cõtrarias diceremus: sed aut affirmatio ⁊ negatio esset de vna eadẽq3 re: ⁊ illam quidem vniuersaliter affirmare illam vero vniuersaliter negare. Earum autem hec sunt exempla: vt ei que est quoniam omne bonum bonuz est: vel quoniam omnis homo bonus est: ea que ẽ quoniam nullum. i. nullum bonum bonum est que contraria est: vel q nullus hoc est nullus homo bonus est. Contradictoria autem aut non omnis idest non omnis homo bonus est contra eam que dicit omnis homo bonus est. aut non omne hoc est non omne bonũ bonum est contra eam que dicit quoniam omne bonum bonum est. Constat igitur in his propositionibus quas supra posuit magis esse contrariam affirmationi que dicit omnis homo iustus est eam que dicit nullus homo iustus est pot' q̃z eam que dicit omnis homo iniustus est.

¶ Manifestum est autem quoniam ⁊ veram vere non contingit esse contrariam. nec opinionez: nec contradictionem. Contrarie enim sunt que circa opposita sunt. circa eadem autem contingit veruz dicere eundem. simul autem non contingit eidem inesse contraria.

¶ Post hec libri terminum expedit in ea speculatione ⁊ demonstratione: per quam lz verum sit manifestũ q3 omnibus duas propositiones veras non esse cõtrarias: tamẽ idipsum monstrare conatur. Est autez huius argumẽtationis ingressus huiusmodi ea que sũt contraria: opposita sunt. opposita vero non possunt eidem simul inesse. Cõtraria igitur eidẽ simul inesse nõ possunt. de quibus autem simul aliquid verum dici potest: illa simul eidem inesse possunt que vero simul eidem inesse non possunt: de his simul vere propositiones affirmatio ⁊ negatio esse non possunt. Sed contraria simul eidem inesse non possunt. que igitur sil' verum dicunt: contrarie non sunt. iccirco quoniaz de quibus affirmatio ⁊ negatio simul vere esse possunt: illa sil' eidem insunt. Quocirca que simul vere sunt cõtrarie non sunt. Sensus quidem hic est: verba autez sic constant. Manifestum est autem inquit quoniam ⁊ veraz vere non contingit esse contrariã idest duas veras propositiones non posse eẽ contrarias nec opinionem nec contradictionem. si opinio non est vera vere contraria: multo magis nec contradictio que ẽt opinionibus venit. Contradictionem autem hic pro contrarietate posuit. de ea enim non agebatur. Contrarie enim sũt que circa opposita sunt. i. omne cõtrarium est oppositum. Circa autem eadem contingit verum eundem dicere: iccirco q de his solis ⁊ negatio ⁊ affirmatio vere simul esse possunt: que eidem simul esse contingit: simul autem eidem non contingit inesse contraria: vt concludatur quoniam de quibus ⁊ affirmatio ⁊ negatio simul vere sunt: ea simul eidẽ inesse possunt. contraria vero simul eidem inesse nõ possunt. q̃ ergo sil' vere sũt: nõ possũt eẽ cõtraria.

PERORATIO

Noster quoq3 labor iam tranquillo constat portu. nihil enim (vt arbitror) relictum est: quod ad plenam huius libri noticiam pertineret. Quare si rem propositã studio diligentiaq3 perfecimus erit. perutile his qui harum rerum scientia complectendarum cupiditate tenebuntur. Sin vero minus id effecimus: quod nobis propositum fuit: vt obscurissimas huius libri sententias enodaremus. Labori nostro nihil vt alias nocituro ⁊ si non oportebit obloquitur.

FINIS.

¶Eiusdem de diuisionibus liber Incipit.

Q Uaz magnos studiosis
afferat fructus scientia
diuidendi: quãq₃ apud
peripateticam discipli
nam semper hec fuerit
in honore notitia: doc₃
⁊ Andronici diligentis-
simi senis de diuisione
liber editus: ⁊ hic idem
a Plotino grauissimo
philosopho comproba
tus: ⁊ in libri Platonis
q sophistes iscribit cõ-
mentarijs a Porphirio repetitus: ⁊ ab eodẽ p hãc
itroductionis laudata in Cathegorias vtilitas. Dicit
enim fore necessariã generis speciei differentie pro-
prij accidentisq₃ peritiam: tum propter alia multa: tũ
propter vtilitatem que est maxima partiendi. Quare
quoniam maxim⁹ vsus faciliusq₃ doctrina ẽ ego quo
q₃ id sicut pleraq₃ omnia romanis auribus tradens i
troductionis modo habita in eandem rem competen
ti subtilisq₃ tractatione ⁊ moderata breuitate perscri
psi: vt nec anxietas decise orationis ⁊ non perfecte sẽ
tentie: legentium mentibus ingeratur: nec superua-
cuam loquacitatem harum rerũ inexpertes rudes i
solertesq₃ noui audientium mentes habere est equũ
Nec vllus liuor: id quod ⁊ arduum natura est ⁊ igno
tũ nostris. nobis aũt magno labore ⁊ legentiũ vtili-
tate digestũ: obliq₃s morsib⁹ obtrectationis obfuscet.
Dent₃ potius viaz studijs nũc ignoscendo: nũc ẽt cõ
probando q̃z frena bonis artibus stringant: vñ q₃ q̃d
nouũ est ipudenti obstinatione repudiãt. Quis enim
nõ videat plurimũ ad bonarũ artiũ defectũ valere:
si apud mentes hominũ nũq̃z sit desperatio displicẽ
di. Sed hec hactenus. Nunc diuisionis ipsi⁹ nomẽ di
uidẽdũ ẽ: ⁊ s̃m vnũq̃dq₃ diuisiõis vocabulũ vniuscu-
iusq₃ ppositi pprietates p̃tesq₃ tradende sunt. Diui
sio naq₃ multis modis dicit̃. Est. n. diuisio gñis i spe
cies. Est rursus diuisio qũ totũ i proprias diuidit̃ p
tes. Est alia cũ vox significans multa i significatiões
pprias recipit sectionẽ. Preter has aũt tres ẽ alia di
uisio que s̃m accidẽs fieri dicit̃. Huius aũt ẽ triplex
modus: vnus cũ subiectum i accidẽtia separamus. al
ter cũ accidẽs i subiecta diuidimus. Tertius cũ acci
dens in accidentias secamus. hoc ita fit: si vtraq₃ eidẽ
subiecto inesse videantur. Sed harum omniũ exem
pla subdenda sunt quatenus huius totius ratio diui-
sionis elucescat. ¶Genus diuidim⁹ i spẽs: cũ dicim⁹
aialiũ alia sunt rationalia: alia irrationalia. Rationa
liũ alia mortalia alia imortalia. Uel cũ dicim⁹ colo-
ris alia q̃dẽ alba sunt: alia nigra: alia media. Op₃ aũt
omnem diuisionẽ generis in species: aut in duas par
tes fieri: aut in plures. Sed neq₃ infinite species esse
generis possunt. nec minus duabus. Hoc autem cur
eueniat posterius demonstrandum est. ¶Totum vo
in partes diuiditur: quotiens in ea: ex quibus est com
positum: vnumquodq₃ resoluimus: vt cum dico do-
mus aliud est tectum: aliud partes: aliud fundamen-
tũ: ⁊ hominẽ cõiũgi aïa ⁊ corpore. Cũq₃ hominis dici
mus partes esse Catonem Uirgilium Ciceronẽ ⁊ sin
gulos: qui cũ particulares sint: vim tamen totius ho-
minis iungunt atq₃ cõponũt. Neq₃. n. homo gen⁹ nec
singuli homines species: sed partes quibus totus hõ
coniungitur. ¶Uocis autem in significationes pro-
prias diuisio fit: quotiens vna vox multa significans
aperitur: ⁊ eius pluralitas significationis ostendit̃
vt cũ dico canis q̃d est nomẽ: ⁊ hũc q̃drupedẽ latra
bilemq₃ designat: ⁊ celestem q ad orionis pedeз mor
bidum micat. Est quoq₃ alius marinus canis qui i im
moderatam corporis magnitudinẽ crescẽs cerulcus
appellatur. Sed huius diuisionis duplex modus est.
Aut enĩ vnũ nomẽ multa significat: aut oratio iaз no
minibus verbisq₃ composita: ⁊ nomen quidem multa
significat: vt id q̃d supra posui. oratio vo multa desi-
gnat. vt est aio te eacida romanos vincere posse. ⁊ no
minis quidem per significationes proprias diuisio eq
uocationis partitio nuncupatur. orationis vo in signi
ficationes pprias distributio ambiguitatis discretio
ẽ quã greci ãphibolĩã vocant: ita vt nomen multa si-
gnificans equiuocũ. oratio vo multa designans ãphi
bola atq₃ ambigua predicet̃. ¶Eoz aũt q̃ s̃m accidẽs
diuidũt̃: subiecti in accidẽtia diuisio est vt cũ dicim⁹
omnium hominum alij sunt nigri: alij sunt candidi:
alij medij coloris. Hec. n. accidẽtia sunt hominib⁹ nõ
horum species: ⁊ homo his subiectum non horuз ge
nus ẽ. ¶Accidentis vero in subiecta sectio euenit: vt
est omnium que expetuntur: alia in anima alia i cor
poribus sita sunt. Anime namq₃ atq₃ corpori id quod
expetitur: accidens non genus est: vt bonũ quod est si
tum in anima: ⁊ in corpore nõ sunt hec species sз sub
stantia. ¶Accidentiũ vo in accidentia diuisio est: vt
omnium candidorũ alia sũt dura vt margarita: alia
liquentia: vt lac. Liquor naq₃ ⁊ albedo atq₃ duritics
hec sunt accidentia. Sed album in dura atq₃ liquida
separatum est. Cum ergo sic dicimus accidens: i alia
accidentia separamus. sed huiusmodi diuisio vicissiз
semper in alterutra permutatur. Possumus eniз di
cere eoz que dura sũt alia sũt nigra alia alba. ⁊ rur-
sus eoz que liquida sũt alia sunt alba ⁊ alia sũt nigra
Sed hec rursus conuersa diuidimus eorũ que sunt
nigra alia sunt liquentia: alia dura. ⁊ eorum que sunt
alba: alia sunt liquentia: alia sunt dura. ¶Differt aũt
huiusmodi diuisio ab omnibus que supradicte sunt.
Nam neq₃ significationem partiri possumus in voces
vbi vox in proprias significationes discernatur. Nec
partes in totum diuiduntur: q̃zuis totum separetur i
partes: nec species secantur in genera: licet genus in
species diuidatur. Quod vero superius dictum ẽ hãc
diuisionem ita fieri: si vtraq₃ contingerent eidem in
esse subiecto: si attentius perspicitur liquet. Nam cũ
dicimus eorum que sunt dura alia eẽ alba: alia nigra
vt est lapis atq₃ ebenus: manifestũ est ebeno vtraq₃
inesse ⁊ duritiẽ ⁊ nigredinem. In ceteris quoq₃ id dili
gẽs lector inueniet. ¶Quibus autẽ summa operatio
veritatis inq̃rit̃ his prius intelligendũ est que sit oïm
horum proprietas simul quibusq₃ inter se sigillatim
differentijs segregentur. Oïs. n. vocis ⁊ generis to-
tiusq₃ diuisio s̃m se diuisio nuncupatur. Relique vo
tres in accidentis distributione ponũt̃. Secundũ se
aũt diuisiõis huiusmodi differentia est: Differt enim
diuisio generis a vocis diuisione: q̃ vox quidem in p
prias significationes separatur. Genus vero non in
significationes: sed in quasdam a se quodammodo p
creationes diffũgit̃: ⁊ genus semp speciei proprie to-
tum est: vt vniuersalius in natura: equiuocatio vero
vnior q̃dẽ significata re dicit̃ tñ i voce: nõ enĩ totũ i
natura. Illo quoq₃ modo a vocis distributõe diuidit̃
q̃ nihil habent commune preter solum nomen que

sub voce sunt. Que vero sub genere collocantur: et nomen generis et definitionem suscipiunt. Amplius quoque non eadem apud omnes vocis distributio est. Quod enim apud nos dicitur canis cum eius multe significationes in lingua romana sint simpliciter fortasse predicatur in barbara: cum ea que apud nos vno nomine nuncupantur: illi pluribus fortasse significent. Generis vero apud omnes eadem diuisio distributioque permanet. Unde fit vt vocis quidem diuisio ad positionem consuetudinemque pertineat: generis vero ad naturam. Nam quod apud omnes idem est nature est. Consuetudinis vero est: quod apud aliquos permutatur. Et hec quidem sunt differentie generis distributionis et vocis. Generis quoque sectio a totius distributione seiungitur: quod totius diuisio secundum quantitatem fit. Partes enim totam substantiam coniungentes actu: aut ratione animi et cogitatione separantur. Generis vero distributio qualitate perficitur. Nam cum hominem sub animali locauero: tunc qualitate diuisio facta est. Quale namque animal est homo: idcirco quoniam quadam qualitate formatur. Unde quale animal sit homo interrogatus respondebit aut rationale aut certe mortale. ¶ Amplius genus omne naturaliter prius est proprijs speciebus: totum autem proprijs partibus posterius est. Partes autem que totum coniungunt: sed compositi sui perfectionem alias natura tamen alias ratione quoque temporis antecedunt. Unde fit vt genus in posteriora, totum vero in priora soluamus. Hinc quoque illud vere dicitur: si genus interimatur statim species deperire. Si species interempta sit: non peremptum genus in natura consistere. Contra euenit in toto. Nam si pars totius perit: totum non erit cuius pars vna sit interempta. Sed si totum pereat partes permanent distribute: vt si de integra domo quis abstulerit tectum totum quod ante fuit interimit. Sed perempto toto parietes: et fundamenta constabunt. ¶ Amplius quoque genus specierum materia est. Nam sicut es accepta forma transit in statuam: ita genus accepta differentia transit in species. Totius vero partium multitudo materia est forma vero earundem partium compositio. Nam sicut species constat ex genere et differentia: ita totum constat ex partibus: vnde fit vt totum ab vnaquaque parte sua partium ipsarum compositione differat: species vero a genere differentie coniunctione. Amplius quoque species idem quod genus est vt homo est idem quod animal: et virtus idem est quod habitus. Partes vero non semper idem sunt quod totum. Neque enim manus idem est quod homo nec idem paries quod domus. Et in his que dissimiles partes habent. hoc clarum est. Sed non eodem modo in his que similes habent partes: vt in eris virgula: cuius partes que sunt continue quoniam eiusdem sunt eris: videntur idem esse quod totum est: sed falso fortasse enim idem sunt partes huiusmodi in substantia non etiam in quantitate. ¶ Restat autem vocis et totius distributionis differentias dare. Differunt autem quod totum quidem constat ex partibus. Vox vero non constat ex his que significat: et fit totius diuisio quidem in partes: vocis autem non fit in partes: sed in eas res: quas ipsa vox significat. vnde fit vt sublata parte vna totum pereat: sublata vna re quam vox significat multa designans: vox illa permaneat. ¶ Nunc ergo quoniam huiusce diuisionis differentie dicte sunt: generis distributio pertractetur. Primum quidem genus quid sit diffiniendum est. Genus est quod predicatur de pluribus specie differentibus in eo quid est. Species vero est quam sub genere collocamus. Differentia est: qua aliud ab alio distare proponimus. Et est quidem genus quod interroganti quid queque res sit: conuenit responderi. Differentia est que ad qualis percunctationem recte sine respondetur. Nam cum quis interrogat quid est homo. recte animal. Qualis est homo conuenienter rationalis respondetur. ¶ Diuiditur autem genus alias in species: alias in differentias: si species quibus oportet genus diuidi nominibus carent: vt cum dico animalium alia rationalia sunt: alia irrationalia. Rationale et irrationale sunt differentie. Sed quoniam speciei huius que est animal rationale: nomen vnum non est: idcirco pro specie differentiam ponimus: eamque superiori generi copulamus. omnis enim differentia in proprium genus veniens speciem facit. Unde fit vt materia quedam genus sit forma differentia. Cum autem proprijs nominibus species appellatur: non in differentias sed in species fit recta generis diuisio: vnde est vt ex pluribus terminis diffinitio colligatur. Si enim omnes species suis nominibus appellarentur: ex duobus solis terminis omnis fieret diffinitio: vt cum dico quid est homo quid mihi necesse esset dicere animal rationale mortale: si animal rationale esset proprio nomine nuncupatum: quod cum reliqua quoque differentia idest mortali iunctum diffinitionem hominis verissima ratione et integra conclusione perficeret. Nunc autem ad diffinitiones specierum integras diuisio necessaria est: et fortasse in eodem diuisionis et diffinitionis ratio versatur. Nam diuisionibus iunctis vna componitur diffinitio. ¶ Sed quoniam alia sunt equiuoca alia vniuoca: et que sunt vniuoca ipsa in generum suscepimus sectiones. Que vero sunt equiuoca in his diuisio sola significationis est. videndum est prius quid sit equiuocum quid vniuocum ne cum ista fefellerint equiuocum nomen quasi in species: ita in significatiuas voces resoluamus. vnde fit vt rursus ad diuisionem necessaria sit diffinitio. Quid enim sit equiuocum quid vniuocum diffinitione colligimus. ¶ Sunt autem differentie alie per se: alie vero per accidens: et harum alie sunt consequentes statim: alie relinquentes statim. Relinquentes huiusmodi sunt: vt dormire vel sedere vel stare vel vigilare. Consequentes vero vt capilli crispi: si sint amissi: et glauci oculi: si non sint quadam extrinsecus debilitate turbati. Sed hec ad diuisionem generis sumenda non sunt. Neque enim ad diffinitiones sunt commoda. Omne enim quod ad diuisionem generis aptum est idem ad diffinitionem rectissime congregamus. Illa vero que per se sunt sola ad diuisionem generis apta sunt. Hec enim informant et perficiunt vniuscuiusque substantiam: vt hominis rationalitas et mortalitas. Sed has quemadmodum probare possimus vtrum ex eo sint genere statim relinquentium an consequentium: an in substantia permanentium hoc modo est videndum. Neque enim sufficit scire quas in diuisione sumamus: nisi illud quoque cognitum sit: quemadmodum easdem ipsas que sumende: et que reijciende sunt rectissime cognoscamus. Uidendum ergo primum est: vtrum proposita differentia discedere possit: et semper inesse subiecto. quod si ipsa vel actu vel ratione seiungitur: hec a diuisione generis separanda est. Si enim sepe et actu et ratione seiungitur: ex eorum genere sint: que statim relinquunt: vt sedere quod frequenter quidem separatur et actu ipso a subiecto diuiditur. Que vero ratione sola a subiecto diuiduntur ea sunt consequentium differentiarum: vt glaucis oculis esse a subiecto ratione seiungimus: vt cum dico animal est luminibus glaucis: vt quilibet homo. quod si hic non esset homo: non cum res

aliqua

aliqua esse hominem probiberet. Aliud rursus est qd non possit ratione separari: quod si separatū sit: species interimatur. vt cum dicim⁹ inesse homini vt solus numerare possit: vel geometriā discere. q̄ si hec possibilitas ab homine seiūgitur: homo ipse nō permanet. Sed he non statim earum differentiarū sūt que subiecto insunt. Nam non ideirco homo est quoniam hec facere potest: sed quoniam rationalis est atq̄ mortalis. He igitur differentie per quas spēs consistit: ipse & in diffinitiōe speciei: vt hominis: & in generis eius diuisione: quod continet speciem vt ipsum hominem collocantur. & vniuersaliter dicendum est: quecunq̄ differentie huiusmodi sunt: vt non modo preter eas species esse non possit: sed per eas solas fit he vel in diuisione generis: vel in speciei diffinitione sumende sunt. ¶ Quoniam vero quedam sunt: q̄ differunt: que contra se in diuisionibus poni non debēt vt in animali rationale & bipes. Nullus enī dicit animalium alia sunt rationalia: alia duos pedes habentia: ideirco q̄ rationale & bipes licet differant: nulla tamen a se oppositione seiunguntur. Constat quecunq̄ a se aliqua oppositione differunt eas solas differētias sub genere positas: genus ipsum posse disiungere. Sunt autem quattuor oppositiones: aut vt contraria: vt bonum malo: aut vt habitus & priuatio: vt visus & cecitas. Quamq̄ sint & quedam res: in quibus discernere difficultas sit: vtrum in contrarijs an ī priuatione & habitu eas oporteat collocari: vt sunt motus: quies: sanitas: egritudo: vigilatio: somnus: lux tenebre. Sed hec alias nunc de reliquis oppositionib⁹ dicendum est. Tertia oppositio est que est ſm affirmationem & negationem: vt So. viuit: So. non viuit Quarta que ſm relationem vt pater filius: dominus seruus. Secundum quas igitur harum oppositionū quattuor diuisio generis fit: rectissima ratione monstrandum est. Manifestum est enim & oppositiones eē quattuor: & genera & species ꝑ opposita separari. Nunc ergo dicendum est: ſm quam oppositionem harum quattuor vel quemadmodum species a genere disiungi conueniat. & prima quidem sit oppositio contradictionis Uoco autem contradictionis oppositionem: que affirmatione & negatione proponitur. In hac igitur negatio per se nullam speciem facit. Nam cum dico homo vel equ⁹: vel aliquid huiusmodi species sunt. Quicquid autem negatione quis protulerit speciem non declarat. Non esse hominem species nō est. omnis enim species constituit esse. Negatio vero quicquid proponit ab eo quod est esse disiūgit: vt cū dico homo quasi sit quiddam locutus sum. Cum vero non homo substantiam hominis negatione destruxi. Sic igitur per se caret diuisio generis in species negatione. Necesse est autem sepe speciem negatione componere: cum ea quam simplici nomine speciē volumus designare: nullo vocabulo nuncupatur: vt cū dico imparium numerorum alij sunt primi vt tres quinq̄ septem. Alij non primi vt nouem. & rursus figurarum alie sunt rectissime: alie non rectissime: & colorū alij sūt albi alij nigri: alij nec albi nec nigri. Ergo quā vnum nomen speciebus positū non est: eas negatiōe proferre necesse est. Hoc igitur cogit interdū necessitas non natura. Ideoq̄ quotiens negatione facim⁹ sectionem: prius aut affirmatio: aut simplex dicendū est nomen: vt est numerorum: alij sunt primi: alij nō primi. Nam si prius negatio dicta sit: tardior fit ei rei quam proponimus intellectus. Nam cum primū dicis esse aliquos primos numeros: cum quales sint primi exemplo vel diffinitione docueris: quales non sūt primi: mox auditor intelligit. Sin vero contrario feceris: aut neutrū subito: aut tardius vtrumq̄ cognoscet. Diuisio enim que propter apertissimam generis naturam reperta est: debet potius ad intelligibiliora deducere. Amplius quoq̄ prior est affirmatio: posterior vero negatio. Quod autem primum est: in diuisione quoq̄ primitus oportet ordinari. Necesse quoq̄ est semper infinitis finita esse priora: vt equale inequali: virtutem vitijs: certum incerto: stabile & firmū instabili & mutabili. Sed omnia que aut definita parte orationis aut affirmatione proferuntur: plus finita sunt: q̄ aut nomen cū particula negatiua: aut tota negatio. Quare finito potius q̄ infinito est facienda diuisio. Sed si cui per hec quedam pateatur anxietas aut obscuriora sunt fortasse q̄ ipse desiderat: nihil ad me facilem cognitionem pollicentem. Neq̄ enī rudibus hec totius artis: sed imbutis & vlteriore pene loco progressis legenda & discenda proponimus. Qui vero hui⁹ operis. i. dialectici ordo sit: cum de ordine peripatetice discipline mihi dicendum esset: diligenter exposui. Hec quidem dicta sunt de oppositione quam affirmatio & negatio constituit. ¶ Illa vero que ſm habitum priuationemq̄ fit: ipsa quoq̄ videtur superiori esse consimilis. Negat enim quodā modo priuatio habitus: sed differt q̄ semper quidem potest esse negatio. priuatio autem non semper: sed tūc quando habere habitum possibile ē. hoc vero nos iā predicamenta docuere. Quare forma quedam intelligitur esse priuatio. Non enim tm̄ priuat: sed etiam certa seipsam priuatum quēq̄ disponit. Neq̄ enim cecitas oculum solum priuat lumine: sed ipsa quoq̄ ſm se priuatum hunc disponit. cecus enim dicitur ad priuationem quodammodo disposit⁹ & affect⁹. hoc quoq̄ Aristoteles testatur in physicis. Unde fit vt priuationis differentia ad generis diuisionem frequenter vtamur. Sed hic quoq̄ eodem modo sicut in contradictione faciēdū est. prius. n. ponendus est habitus q̄ est affirmationi consimilis. post vero priuatio que negatiōi. Aliquotiens tamen priuationes quedam habitus vocabulo ꝓferuntur: vt orbus: cecus: viduus. Aliquotiens tamen particula priuatiōis: vt cū dicim⁹ finitum infinitum: & equale: inequale. Sed in his equale: & finitū ī diuisione ponenda sunt prima priuationis secunde. Ac de oppositione quidem priuationis & habitus hec dicta sufficiant. ¶ Cōtrariorū vō oppositio dubitatur fortasse an ſm priuationē & habitū eē videatur vt album & nigrum: an albū qdē priuatio nigri sit nigrum vō albi. Sed hec alias. Nunc autem ita tractandū ē tāq̄ si sit aliud oppositionis genus: sicut est ꝑdicamētis ab ipso quoq̄ Aristotele dispositum. In cōtrarijs aūt generū multa diuisio est. Fere enim cunctas differētias ī cōtraria ducim⁹. Sed quoniam cōtrariorū alia sūt medio carētia: alia mediata: ita quoq̄ diuisio faciēda ē: vt colorū: alia sūt nigra: alia sūt alba: alia neutra. Fieret autem oīs diffinitio: oīsq̄ diuisio duobus terminis nisi (vt supra dictum est) indigētia que sepe existit in nomine probiberet. Quo āt mō vtreq̄ duobus terminis fierent: erit manifestum hoc mō. Cū. n. dico aīalium alia rōnalia sūt: alia irrationalia: aīal rationale ad hominis diffinitionem cōtendit Sed quoniā aīalis rōnalis vnū nomen nō est positū ponam⁹ ei nomen. a. litteram. Rursus. a. littere qd est animal rationale: alia mortalia sunt: alia simor

talia. Volentes igit̃ diffinitionẽ hominis reddere dicimus homo est .a. mortale. Nam si ẽ hominis diffinitio aīal rationale mortale: aīal vo rōnale per .a. litteram significatur. idem sentit .a. mortale tanq̃ si diceretur animal rationale mortale. a. enim (vt dictum ẽ) animal rationale significat. Sic ergo .a. littera ꝛ mortali duobus terminis facta est hominis diffinitio. q2 si reperirentur i omnibus quoq3 nomina duobus terminis semper tota fieret diffinitio. Diuisio quoq3 nominibus positis quoniam semper in duos terminos secatur: manifestum est: si quis generi ꝛ differentie enim deest nomen imponat: vt cum dicimus figurarum que sunt trilatere: alie sunt equilatere: alie duo latera habentes equalia: alie tote inequales sunt. Trina igit̃ diuisio si sic proferetur fieret duplex: figurarum que sunt trilatere: alie sunt equales: alie inequales. Inequalium alie sunt duo latera tm̃ habentes: alie tria inequalia idest omnia: ꝛ cum dicimus rerum omnium alia sūt mala: alia sunt bona: alia indifferentia: que scilz neq3 bona neq3 mala sunt: sed si ita diceretur gemina fieret diuisio. Rerum omnium alia sunt differentia: alia indifferentia. Differentium alia sunt bona alia mala. Ita ergo diuisio omnis in gemina secaretur: si speciebus ꝛ differentijs vocabula non deessent. Quartam vo oppositionem diximus que est s̃m ad aliquid: vt pater filius: dominus seruus duplum dimidium: sensibile: sensus. Hec igitur nullam habent substantialē differentiam: qua a se inuicem discrepent: imo potiꝰ habent huiusmodi cognationem que ad se inuicem referuntur: ac sine se esse non possunt. Nō est ergo generis in relatiuas partes faciēda diuisio: sed tota huiusmodi secno a genere separanda est. Neq3 enim hominis est species seruus aut dominus: nec numeri duplum aut dimidium. Cū igitur quattuor sint differentie oppositionum affirmationis ꝛ negationis: si non necesse est: semp tamē relationis reijciēda est diuisio priuationis ꝛ habitus: ꝛ contrariorum sumende. Maxime autem contrarietas in differentijs ponenda est nec non ꝛ priuatio iccirco quoniam quiddam contra habitum cōtrarium videtur opponere: vt est finitum ꝛ infinitum. Quāq3 enim priuatio sit infinitum: tm̄ cōtrarij imaginatione formatur. Est quedam nanq3 (vt dictum est) forma. Dignum vo inquisitu est: vtrum i species an in differentias recte genera diuidantur. Diffinitio namq3 diuisionis generis est in species proximas distributio. Oportet igitur s̃m naturam diuisionis s̃m diffinitionē in proprias species semper fieri generis disgregationem. Sed hoc interdum fieri nequit propter eam quam supra reddidimus causam. Multis enim speciebus non sunt nomina. Atq3 ideo quoniam quedam sunt genera prima quedam vltima quedam media: primum quidem vt substantia: vltimum vt animal: medium vt corpus: corpus nāq3 animalis genus est: substantia corporis. Sed quemadmodum neq3 super substantiam quicq̃ inueniri potest qđ generis loco valeat collocari: sic neq3 sub animali: homo species namq3 non genus est. Quare antiquior videbitur speciei diuisio: si indigētia nominū non sit. q2 si his non habūdamus: genera prima vsq3 ad vltima conuenit in differentias separare. Hoc autem fit hoc modo: vt primum genus in suas differentias disgregemus non in posteriores: ꝛ rursus posterius in suas: sed non in posteriores. Neq3 enim eedem sunt differentie corporis que animalis. Si quis enim dicat: substantia aliud corporale: aliud incorporale: recte diuisionem fecerit. he namq3 differentie proprie substantie sunt. Si vero dicat: substantiarum alia sūt animata: alia inanimata: hic non recte substantie differētias segregauit. Corporis namq3 differentie he sunt non substantie idest secundi generis non primi. Quare manifestum est s̃m proprias differentias: nō s̃m posteriores generis proximi generum diuisionem faciendam esse. Quotiens autem genus aut in differentias: aut in species dissoluitur: post diuisionem factam mox diffinitiones: aut exempla subdenda sunt. Sed si quis diffinitionibus non abundet. satis est exempla subijcere: vt cum dicimus corporum alia sunt animata subijciamus vt homines vel feram. alia inanimata: vt lapides: oportet autem diuisionem quoq3 sicut terminum. neq3 diminutam esse. neq3 superfluum. Nam neq3 plures species q̃3 sub genere sunt: oportet apponi nec pauciores: vt in se ipsa diuisio: sicut terminus cōuertatur. conuertitur enim terminus sic virtꝰ est mentis habitus optimus. Rursus mentis habitꝰ optimus virtus est. sic etiam diuisio. omne enī genꝰ eorum aliquid que sunt species erit. Rursus quelibet species proprium genus est. Fit autem generis eiusdē diuisio multipliciter vt omnium corporum: ꝛ quecumq3 sunt alicuius magnitudinis. Sicut enim circulum in semicirculos: ꝛ in eos quos greci vocant tomeas: nos diuisiones possumus dicere: distribuimus: ꝛ tetragonum alias ducta per angulum diametro in triāgula: alias in parallelogramata: alias in tetragona separamus. Ita quoq3 genus vt cum dicimus numerorum alij sunt pares: alij impares: ꝛ rursus alij primi alij non primi. Triangulorum alia sūt equilatera: alia duo sola latera equalia habentia: alia totis inequalibus lateribus. ꝛ rursus triangulorum alia sunt rectiangula: alia acutos habentia tres angulos: alia obtusi vnū. Sic igitur generis vnius fit multiplex diuisio. Illud autem scire perutile est: quoniā genus vna quodammodo multarum specierum similitudo est: que earum omnium conuenientiam substantialem monstret. atq3 ideo collectiuum plurimarum specierum genus est. Disiunctiue vero vnius generis species: q̃ quoniam differentijs informantur (vt dictum est) iccirco sub vno genere minus duabus speciebus eē nō possunt. omnis enim differentia in differentium pluralitate consistit. Sed de diuisione generis ꝛ speciei perplura dicta sunt. Hanc igitur insistentibꝰ viam percemptor per diuisionem generis ad speciei diffinitionem facultas aperitur. Oportet autem non solum quas ad diffinitionem sumamus differentias adiscere: sed ipsius diffinitionis artem diligentissima cognitione complecti. Et illud quidem an vlla possit diffinitio demonstrari: ꝛ quemadmodum per demonstrationem valeat inueniri: ꝛ quecunq3 de ea subtilius in postremis analeticis ab Aristotele pertractata sunt p̃termittam. Solam tamen exequar diffiniendi regulam. ¶ Rerum enim alie sunt superiores: alie inferiores: alie medie. Superiores quidem diffinitio nulla complectitur: iccirco q2 earum superiora genera inueniri non possunt. Porro autem inferiores vt sunt in diuidua. ipse quoq3 specificis differentijs carēt. Quocirca a diffinitione quoq3 secluse sunt. Medie igitur que ꝛ habent genera: ꝛ de alijs generibus: vel de speciebus: vel de indiuiduis predicantur sub diffinitione cadere possunt. Data igitur huiusmodi specie que ꝛ genus habeat: ꝛ de posterioribus predicetur: primo eius summo genꝰ: ꝛ illius generis differentias diuido ꝛ

adiungo

adiūgo differentiā generi: ⁊ video vtrū illa iūcta cū
genere equalis possit esse cū specie cuiquā circūscri
¶ Similitudo sequit. que late patet. sed oratoribus et philosophis magis quā vobis. Et si enim omnes sunt omniū disputationū ad argumenta suppeditanda. tamen alijs disputationibus habundantius occurrūt. alijs angustius. Itaqꝫ genera tibi nota sint. vbi sint his vtare. questiōes ipse te admonebunt. sunt. n. similitudines. que ex pluribus collationibus perueniunt quo volunt hoc modo. Si tutor fidem prestare debet. Si socius. si cui mandaueris. si qui fiduciā acceperit. debet etiam procurator. hec ex pluribus perueniens. quo vult appellatur inductio. quā greci paragogen nolant. qua plurimū est vsus in sermonibus Socrates. Alterum similitudinis genus collatione sumitur. Cū vna res vni. par pari cōparatur hoc modo. quemadmodū si in vrbe de finibus controuersia est. quia magis agroꝝ videtur esse. quā vrbis. finibus regēdis adigere arbitrum non possis. Sic si aqua pluuia in vrbe nocet. qm̄ res tota magis agrorum est. aque pluuie arcende adigere arbitrum non possis. et eodem similitudinis loco etiā exempla sumuntur. vt crassus in causa curiana exemplis plurimis vsus est aiens de eo. Qui testamento sic heredem instituisset. vt si filius natus esset in decem mensibus. isqꝫ mortuus priusquā in suam tutelaꝫ venisset secundus heres hereditateꝫ obtinuisset. Que cōmemoratio exemploꝝ valuit. eaqꝫ vos in respōdendo vti multū soletis. Ficta. n. exempla similitudinis habēt viꝫ sed ea oratoria magis sunt quā vestra. quamq̄ vti eis etiam vos soletis. Sed hoc modo. finge mancipio aliquem dedisse id quod mancipio dari non potest. Nuꝫ icirco id eius factum est. qui accipit. aut nū is qui mancipio dedit. ob eam rem se vlla re obligauit. In hoc genere oratoribus et philosophis cōcessum est. vt muta etiā loquant. vt mortui ab inferis excitentur. vt aliquid. qḋ fieri nullo mō possit. augende rei gratia dicat. aut minuende. que ὑπερβολὴ dicitur et multa alia mirabilia. sed latior est campus illoꝝ. eisdem tamen ex locis vt antedixi. et in maximis et minimis questionibus ducuntur argumenta.

¶ De similitudinis loco plane atqꝫ expedite disserunt omnēqꝫ aperiunt intellectū similitudinū diuidens formas: prescripsitqꝫ apertissime: quibus magis ex similitudine argumēta contingerent. i. philosophis: atqꝫ oratoribus. et enim similitudo persuasionibus videtur aptissima. Namqꝫ in vnam vel plures extra eam de qua queritur causam cadere solet: facile credi potest in eā quoqꝫ de qua ambigitur conuenire. Idcirco ex similitudine tracte argumentationes magnū oratoribus vsum prestant: philosophis quoqꝫ qm̄ non in omnibus questionibus demonstratione vtunt: sed aliquotiens vniuersalia colligunt: quo id facilius persuadeant: qḋ nituntur ostendere. vnde similitudo rerū sepe est conquirenda. atqꝫ idcirco locus a similitudine oratoribus maxime philosophisqꝫ conducit: nō tn̄ solis. Oēs. n. loci cōes sunt cuiusqꝫ materie: sed in alias vberius incidunt: in alijs angustius inueniunt. Quocirca cognitis atqꝫ ante perceptis locis questiones ipse: que tractabuntur: quibus vti debeat: solertē animum poterūt admonere. Omnis vero similitudo duplex est. aut. n. ex pluribus rebus similitudo colligitur: et inductio nuncupat. qḋ greci paragogē nolant aut singule res per similitudinem comparant. ac prior quidem huiusmodi est. si tutor fidem prestare debet. si socius: si cui mandaueris; si qui fiduciam acceperit: debet et procurator. nam cum in talibus rebus fides prestari debeat: vnaqꝫ similitudo fit in fide prestanda: tam in tutore quam socio: atqꝫ ei cui mandatum fit: eiqꝫ qui fiduciam accepit: debet eadem similitudo procuratori etiam conuenire. fiduciam vero accepit: cuicunqꝫ res aliqua mancipatur. vt eam mancipanti remancipet: velut si quis tēpus dubium timens amico potentiori fundum mancipet: vt ei cum tempus quod suspectū est preterierit: reddat. hec mancipatio fiduciaria nominatur. idcirco q restituendi fides interponitur. hac similitudinis collectione plurimum. Socrates esse vsus dicitur: vt in Platonis aliorumqꝫ eius sectatorum voluminibus inuenitur. Quotiens vero vna res vni rei per similitudinem comparatur. hoc modo colligitur argumentum. regendorum finium arbitri esse dicuntur: qui finalia litigia discernunt. vt si fuerit de finibus orta contentio: eorum diriniatur arbitrio. sed fines in agrorum tantum limitibus esse dicuntur. arbitri autem finium regendorum in ciuitate esse non possunt. Item arceri aquam in agris tantum dici solet vbi si ex aliquo loco aq̄ pluuia colligatur: et defluēs in campos vicini pascua frugesue corrumpat: arbitri arcende aque a magistratibus statuebāt. queritur ergo an in vrbe arcende aq̄ arbitrū possimus adigere. et argumentum capitur ex similitudine: si regendorum finium: quia solius agri sunt: in vrbe arbitrum adigere non possis. ne aque quidem arcende: quia soloruꝫ esse vr̄ agrorum: in vrbe arbitruꝫ possis adigere. hic igitur vna res vni rei similitudine coniuncta est. ex eodem etiam similitudinis loco illa sumi proponit. q̄ vocantur exempla. veluti Crassus in causa curiana: que fuit huiusmodi quis

dam pregnantem vxorem relinquens scripsit heredē posthumū: eiqꝫ alium substituit scđm q Curius vocabatur ea conditione vt si posthumus: qui intra menses decem protinus nasceret: ante moreretur quā in suam tutelā peruenisset. i. ante obiret diē quā testamentum iure facere posset: scđus heres succederet. quod si ad id tēpus peruenisset: quo iā firmo iudicio in suā tutelam receptus iure cuiuis instituto posset herede defungi: scđus heres. i. Curius non succederet. que vocaṫ substitutio pupillaris. quesitum est an valeret ita instituta ratio. Crassus igitur plurima protulit exempla: quibus ita institutus heres obtinuisset hereditatē: que exemploꝝ cōmemoratio iudices mouit. dicit ēt ipsos quoqꝫ iurisconsultos vti sepius exemplis: veluti cū fingitur propositio vel causa: vt casus de quo agitur per similitudinē intelligatur hoc modo si quis. n. iurisperitus adiiciat id: qđ non iure contractū est: nullius esse momenti. adhibeatqꝫ exemplū tale. velut si quis rem non mancipi mancipauerit: num idcirco aut rem alienauit: aut se reo facto potuit obligasse: minime. Quod. n. non iure contractum est: nil retinet firmitatis. ꝛ alia huiusmodi apud iurisperitos inueniunṫ: in quibus oratores maxime valent. qbus ēt infantiā fingere licet: vt eorum oratione ēt mortui sepe ab inferis excitentur. quod Tullius in ea facit oratione qua Celiū defendit. sed latior inquit est illoꝝ cāpus id est oratorum: quibus spaciari ac deuagari licet. nec idcirco minus ceteris quoqꝫ facultatibus similitudines prosunt: qm̄ eadeꝫ argumenta maximis minimisqꝫ causis conueniunt. quo fit vt loci quoqꝫ argumentorum diuersarum artium questionibus accōmodentur.

¶ Sequitur similitudinē differentia: res maxime cōtraria superiori: sed ē eiusdē facultatis dissimile ꝛ simile inuenire. eiꝰ generis hec sunt. non quemadmodū quod mulieri debeas: recte ipsi mulieri sine tutore auctore soluas: ita quod pupillo aut pupille debeas: recte possis eodem modo soluere.

¶ Eiusdem facultatis est similitudines differentiasqꝫ cognoscere. qui. n. scit: quid sit idem nosse poterit: qđ sit diuersum. Omnis vero similitudo idem aliqđ esse constituit: quod. n. idem est scđm qualitatem: id simile esse necesse est. Omnis quippe res: aut substātia eedeꝫ sunt aut q̄litate: aut ceteris predicamentis. quod si ita est: ꝛ animus intelligere hoc idem in pluribus predicamentis pōt. sed cum hoc ipsum idem in predicamentis notat: eodem mō in eiusdem predicamentis: quod diuersum est intueṫ. sed simile idem ē. differentia vero diuersum. Idē igitur animus eadēqꝫ intelligentia similitudinem differentiāqꝫ cognoscit. Differētiaꝝ vero multe sunt species. alie quippe sūt substātiales: vt homini rōnale. alie non substātiales sed inseparabiles: vt nigrū ethiopi: atqꝫ coruo. alie vero mobiles neqꝫ constātes: vt sedere stare: ꝛ huiuscemodi cetere quibus ꝛ ab aliis hoībus ꝛ a nobisipsis sepe distamus. Item differentie alie aliquo modo sunt generꝫ diuisibiles. aliquo modo vero specierum constitutiue. sed si a cōstitutiuis argumentū ducatur velut a genere ducitur. nā sicut genus continet speciem: ita differentie continent species. sane si differentie constitutiue vt genera intelligenṫ: fides ab his ad ea aptabitur: que constituūt. hec. n. talium differentiaꝝ veluti quedā forme sunt. sin vero sint diuisibiles siquidē ad ea probāda: que diuidunt: earuꝫ ducitur fides: a forma argumentum fieri videtur: nā tales differentie eorum que diuidunt forme quedā sūt qꝛ si ad ea probāda referuntur: que in contrariā partem genus diuidunt tunc proprie a differentia fieri argumentum videtur: qr contrarie velut differentie comparantur. Quod vero ad exemplum attinet Tullii huiusmodi est. Mulieres antiquitus ꝑpetua tutela tenebātur. pupilli item sub tutoribus agunt sed mulieribus si quid debitū fuisset: sine tutoris auctoritate poterat solui. pupillis vero minime. ergo si queratur: an id quod debeaṫ pupillo cuilibet. remote tutore possit exolui. a differentia sumiṫ argumentum sic. Non sicut mulieri sine tutoris auctoritate debitum possis exoluere: eodem mō nisi auctoritas tutoris accesserit pupillo soluere: qđ debeas possis. ille. n. perpetua tutela ēt prouecta iam etate continētur illoruꝫ tutele certus annoꝝ numerus terminū facit. atqꝫ idcirco soli pupillo sine auctoritate non poterit. Differt enim persona mulieruꝫ a persona pupilloruꝫ: vel in eo qꝛ pupilli nō perpetua reguntur tutela. mulieres vero perpetua vel qꝛ pupillus nullū sue etiā ministrande vtilitatis iudiciuꝫ habere potest. cū sit aliquis mulieribus ꝛ non firmus in explicanda familiaris rei vtilitate delectus.

¶ Deinceps locus est qui a contrario dicitur. Cōtrarioꝝ autē genera sunt plura: vnuꝫ eorū que in eodeꝫ genere plurimuꝫ differunt: vt sapientia stulticia. eodeꝫ auteꝫ genere dicūtur: quibus propositis occurrūt tanquā e regione quadam contraria: vt celeritati tarditas non debilitas ex quibus contrariis argumenta talia existunt. Si stulticiā fugimꝰ: sapientiā sequamur: ꝛ bonitatē: si maliciā hec que ex eodem genere contraria sunt: appellantur aduersa. sunt alia contraria: que priuantia licet appellemus latine: grece appellantur. στερητικά. Prepositio eniꝫ in priuat verbuꝫ ea vi quaꝫ haberet. si in prepositū nō fuisset. vt dignitas indignitas hūanitas inhūanitas. ꝛ cetera generis eiusdē. quoꝝ tractatio est eadē. q̄ superioruꝫ. q̄ aduersa dixi. Nā alia quoqꝫ sunt cōtrariorum genera. velut ea que cuꝫ aliquo conferuntur. vt dupluꝫ. simplū. multa. pauca. longū. breue. maius. minus. Sunt etiā alia valde cōtraria. que appellanṫ negātia ea ἀποφατικά. grecis contraria aientibus. vt si hoc est. illud non est. Quid enim opus exemplo est? tantuꝫ intelligaṫ in argumento querendo contrariis omnibus contraria non conuenire.

¶ Diuiso differentie loco nunc de contrariis tractat. atqꝫ vti rei ordo clarius colliquescat: pauca mihi ex Aristotele sumenda sunt. q̄ ille vir oium longe doctissimus de hac diuisione tractauit. quāq̄ꝫ. M. Tullius re quidē Aristoteli fere consentit: sed ab eo nominum interpretatione diuersus est. Nā que Aristoteles opposita. i. ἀντικείμενα. vocat: ea Tullius cōtraria nolat: sed hec paulo posterius: nunc Aristotelis diuisio cōsideretur. Oppositoꝝ igitur scđm Aristotelem alia sunt ꝯria. alia priuatio ꝛ habitus. alia relatiua. alia cōtradictoria. Contraria quidē: vt albū: atqꝫ nigrū habitus vero ꝛ priuatio: vt visus ꝛ cecitas. dignitas ꝛ indignitas. Relatiua vero vt pater filius. dñs seruus. Contradictoria est dies. nō est dies. hoꝝ omniū tales inter se differentie considerantur. Nā que

contraria

contrarie sunt. ptim mediate sunt. partim vo medio carēt mediata sunt. vt album nigrum. est enim horū cuilibet medius alius color: vt rubeus vel pallidus. ⁊ hoꝝ contrarioꝝ non necesse est alterum semper inesse corporibus. Neqꝫ enim omne corpus aut albuꝫ: aut nigrum est. sed aliquotiens in hoꝝ medietate est constitutū: vt sit rubrum vel pallidum. immediata vo ꝯtria sunt: quoꝝ nihil medium poterit inuēiri: vt grauitas ⁊ leuitas. hoꝝ enim nihil est medium. Nam que leuia sunt: sursum feruntur. que grauia deorsum. Qd autem sit corpus: quod neqꝫ sursum: neqꝫ deorsuꝫ feratur: nihil poterit inuēiri. Sed immediata contraria talia sunt: vt alterū eoꝝ cui potest accidere: semp inhereat. vt in proposito superius exemplo. Necesse ē enim omne corpus vel leue esse vel graue: q2 leuitas ⁊ grauitas medium non habēt. q preterea inesse corporibus possit. At ea que in priuatione ⁊ habitu sunt ut cecitas ⁊ visus: distant quidem ab his contrariis: que claudunt aliquā medietatē: q ipa medietatē non habēt. ab his vo contrariis differūt: que sunt immediata. qm hoꝝ contrariorum alterū semp subiecto inesse necesse ē: vt corpori grauitatē vel leuitatē: priuationem vo ⁊ habitum non semper: vt cū sit habitus quidem visus: priuatio autem cecitas. nō omne quod videri potest: aut videt aut cecum est. infans quippe nondum editus neqꝫ videt: q2 nōdū processit in lucem: neqꝫ cecus est: q2 nondum habuit visum: quē potuisset amittere. idem de catulis dici pōt: qui statī nati nequeūt intueri. nam tūc eos nec cecos dicere possumus nec vidētes. Et postremo contraria semper in suis qualitatibus considerant̄. priuationes aūt nō q2 ipse sint aliquid. s; ex habitus absentia colligūtur. neqꝫ enim cecitas est aliquid: sed a visus intelligit̄ abscessu. tam vo priuatio q̄ꝫ ꝯtietas differūt a relationis oppositiōe eo qd neqꝫ ꝯtria neqꝫ priuatoria simul esse possunt. idem enim vno eodemqꝫ tempe. vno eodēqꝫ in loco album nigrūqꝫ: vel videns cecūqꝫ esse non poterit. sed relatiua a se nequeūt separi. neqꝫ enim p̄t eē filius sine patre. nec seruus si dn̄s non sit. amplius cōtraria ad se ⁊ priuatoria non referūtur. Nemo enim dicit albuꝫ nigri vel nigrū albi: vel cecitatē visus vel visū cecitatis. q̄ vo i relatiōe sūt posita in ipsa relationis predicatione ꝯsistunt vt duplū dimidii. dn̄s serui ⁊ cetera ad hunc modum. tā vo ꝯtria q̄ꝫ ēt relationes differunt a contradictionibus q2 contradictiones quidem semp in or̄one ꝯsistūt: ⁊ in altera earꝫ parte veritas. in altera falsitas inuenit̄. contraria. vo ⁊ priuatoria ⁊ relationes in simplicibus partibus or̄ois ⁊ in his neqꝫ veritas neqꝫ falsitas inest. nā cū dico albū: nigruꝫ. cecitas. visus. dn̄s. seru⁹ simplices or̄onis partes sunt: neqꝫ verum neqꝫ mendacium continētes. in simplicibus enī partibus or̄onis veritas vel falsitas nulla est. cū autē dico dies est. dies non est. vtreqꝫ ꝓpositiones. vna in affirmatione altera in negatiōe posita: orationes sunt. sed. M. Tullius non tā ꝓpriis nominibus quam notioribus vtit̄. ait enim contrarioꝝ alia esse que aduersa vocent̄: alia que priuantia: alia que in comparatione sint. alia que aientia ⁊ negātia nuncupant̄: sed que contraria nominat. opposita verius dicerentur: que aduersa dicuntur. cōtrarioꝝ melius susciperent nomen. que in collatione notat. ea relatiua vel ad aliquid certi⁹ vocarētur. sed vtit̄ nosb⁹ vt volet: dū res ipse certa ꝓprietatis sue r̄one signentur. nos vero in ceteris quos edidimus libris eo vsi cupimus modo: quo sepius in Aristotelis dictum est

diuisione ſm. M. T. igit̄ contrarioꝝ alia sunt aduersa: vt sapientia stulticia. alia priuantia vt dignitas ⁊ indignitas alia vo que cum aliquo cōferūt̄. vt duplū simplū. alia vo que appellant̄ negātia econtrario aiētibus constituta. vt si hoc est: illud nō est. aduersa igitur sunt: que sub vno genere posita plurimum differunt. vt album nigrumqꝫ a se plurimum distant sub vno genere posita sub colore. Itē celeritas tarditas aduersa ē positis vtrisqꝫ sub motu. neqꝫ enī celeritati debilitas opponenda est: q2 debilitati firma valitudo ꝯtria est: quod in diuisione omisit Cicero: sed docuit exemplo. illa quoqꝫ dicunt̄ aduersa q̄ in diuersis generibus sita plurimuꝫ a se discrepare intelligūtur. vt sapia stulticie. Illa enim sub genere boni est: hec vo sub mali. q̄q̄ꝫ hmōi exemplum priuationem potius spectare videat̄: nam stulticia priuatio sapie est: nec quicq̄ꝫ est aliud stulticia nisi saple: ⁊ rōis absentia. s; q̄ sint: q̄ priuantia Cicero appellet: posterius demonstrabo. Ex his hoc mō argumenta sument̄. Si stulticiam fugimus: sapiam sequamur. si bonitatem appetimus: maliciam fugiamus q̄q̄ꝫ malicia quoqꝫ secūdum eundem modū qui supius dictus est: priuationibus possit adiungi. Priuantia vo ſm Ciceronē sunt: que grece. στερητικα. appellant̄: que habent eam ptem or̄ois ꝓpositā: que cū fuerit adiecta. sp fere aliquid demit. ea in ꝓposito. hec enim syllaba cū fuerit apposita demit fere aliqd ex ea vi: quā ēēt res q̄libet habitura: si in syllabam ꝓpositam non hr̄et. vt hūanitas inhūanitas. namqꝫ preposita in id de quo dr̄ hūanitate priuauit. vt dignitas ⁊ indignitas. ⁊ tullius quidem ea tantū priuantia eē confirmat: in qbuscūqꝫ syllaba ista ꝓponit̄. priuantiū quippe nā ſm tulliū hui⁹ syllabe cōmemoratiōe fiūt̄. a peripateticis vo accepimus priuatiōes tū cū simplicibus nōibus. tū cum priuatoriis syllabis efferri. simplicibus nōib⁹: vt cecitas Cum priuantib⁹ vo syllabis. vt indignitas. inhūanitas. quocirca ſm. M. T. cecitas non erit priuatio visus: sed ei aduersum atqꝫ icirco forsitan stulticiaꝫ inter aduersa numerauit. qm̄ non habet in syllabā ex q̄ priuatiōes arbitrat̄ existere. Ex quib⁹ eodē mō vt in superi⁹ positis aduersis argumēta ducūtur. Inhūanitatem auersemur. si hūanitas consectanda est. Illa vo ꝯtria ut ait tullius; que cū aliquo conferunt̄: talia sunt vt duplum simpli. Id tātundē ē tanqꝫ si diceret duplū dimidii. simplū .n. dupli dimidiū est. ⁊ pater filii. ea que sunt sp reciprocātia. aliquotiēs quidē septio casu: aliquotiēs vo gtīo. nā fili⁹ pr̄is ē fili⁹ ⁊ pater filii hec scd̄m gtīū ꝯuersio est. ⁊ duplum simplo duplū ē. hec scd̄m septimum casuꝫ sunt etiā que accusatiuo: vt pauca ad multa: ⁊ magnū ad paruū. Itē negātia sūt q̄ in affirmationib⁹ ⁊ negationibus posita sunt. vt si hoc est: illud non est. veluti si dies est nox nō est: atqꝫ hāc oppositionē Cicero dicit valde eē ꝯtriam Ex quibus or̄ib⁹ secūdū supi⁹ dictū modū argumētoꝝ facultas est: nā ex relatiuis ꝯtriis ita sumimus argumētū. si pater est fieri non potest quin ei filius sit. Ex negantibus autem que. αποφατικα. (ut ait) greci vocāt. ita si sol supra terrā fuit: nox esse non potuit: hec eniꝫ affirmatio illā perimit negationē. cur vero hec negātia eē cōstituerit mirandū est. Nā que negantia sūt: aientibus opponūt̄ ⁊ simul esse non possunt. vt diem esse ac diem non esse. hoc vero est ꝯsequens cum ita dicatur. si hoc est: illud non est. vt si dies est: nox non est. atqui affirmationē negationemqꝫ valde tullius dicit esse contrariā. sed in hac consequētia nequit eē

r

contraria. Nam quod est consequēs contrariū non ē.

¶ Ab adiunctis autem posuit equidez exemplum. Paulo ante multa adiūgi: que suscipienda essent: si statuissem⁹ ex edicto scdm eas tabulas possessionē dari quas is instituisset. cui testi factio nulla eēt. Sed locus is magis ad coniecturales causas: que versantur in iudiciis valet. Cū querit̄ quid aut sit: aut euenerit: aut futurū sit: aut qd omnino fieri possit. Ac loci quidem ipsius forma talis est. Admonet autem hic locus: vt queraf: quid ante rē. quid cū re. qd post rem euenerit. nihil hoc ad ius. Ad Ciceronem inquibat Gallus noster: si quis. ad cū quid tale retulerat: vt de facto qreretur. tu tñ patiare nullum a me artis institute locū preteriri: ne si nihil nisi quod ad te ptineat scribendum putaris: nimium te amare videar. Est enim magna ex parte locus hic oratorius: non modo non iurisconsultorū: sed ne philosophoꝝ quidē. Ante rem enī. q̄runtur: que talia sunt apparatus: colloquia: locus: constitutum conuiuium. cum re autē pedū crepit⁹ strepitus hominum: corporū vmbre: ⁊ siquid eiusmodi est. At post rez: pallor: rubor: titubatio: ⁊ si q̄ alia signa cōturbationis ⁊ conscientie. Preterea restinctus ignis: gladius cruentus. ceteraq̄ que suspitionem facti possunt mouere.

¶ Quid sit ad adiunctis locus breui superi⁹ mōstrauit exēplo: eo scꝫ quo dixit. si scdm mulieris nunq̄ capite diminute tabulas possessio bonoꝝ daret̄: ꝯsequēs esse: vt scdm quoq̄ puerorū ⁊ seruoꝝ possessio ꝑmitteret̄. sed nunc formam ipsā ⁊ quasi habitū loci monstrare proponit: que est hmōi ab adiunctis enim loc⁹ est. cuꝫ ex eo qđ proponit̄ aliquid aliud vel eē vel fuisse: vel futurū eē argumētatione colligit̄. vt in eo ipso qđ dudū posuit exēplo. approbat̄ enī non debere secundū mulieris nunq̄ capite diminute tabulas bonorum possessionem dari. q: si id fuerit positū: id futuꝝ est: vt secūdū puerorum quoq̄ ac seruoꝝ tabulas bonoꝝ possessio ꝑmittat̄. Talia vō sūt que dicunt̄ adiūcta: vt circa rem fere que querunt̄: sed eueniant neq̄ tñ necesse sit ei semꝑ adherere. ⁊ forma quidem hui⁹ loci talis est: vt hanc quoq̄ diffinitionē possit admittere. ab adiunctis locus est cū ex aliqb⁹. q̄ sūt proxima eis: de qbus querit̄ rebus: id qđ q̄rit̄ vel fuisse: vel eē vel futurū esse monstrat̄: qui locus est cōiecturalib⁹ causis maxime necessari⁹. Cū enim de facto queritur tū si id factū est qđ dubitat̄: qd vel fuerit vel sit vel futuꝝ sit: cōsiderari solet: multa enī sūt que vnicuiq̄ adiuncta rei varioꝝ euentu tēpoꝝ colligunt̄. iccirco: n. quid ante rem: quid cū re: quid post rem euenerit: in cōiecturalibus causis inquirit̄: que ab oratoribus tractant̄ solis: neq̄ iurisconsultꝭ in hmōi negociis cū rethorica facultate vlla cōmunio est. iuris enī ꝑitus de facti qualitate: non ēt de ipsius facti veritate rñsdet: iccirco quotiens ad gallū peritū iuris facti qđ deferebat̄: nihil ad nos inquibat: ⁊ ad Ciceronē poti⁹ consulentes. i. ad rethorem remittebat. In quo tulli⁹ facete ad trebatiū iocū miscuit dicēs. q̄q̄ loc⁹ hic ab adiunctis coniecturalib⁹ causis maxime est vtilis nihil consultorū iuris prudentiaꝫ iuuet. patere me tñ inquit nullā suscepti opis partē preterire. ne si in hoc libro nihil preter tue artis exempla conscripsero: tue tantum gratie videat̄ addictus ab adiunctis vō loc⁹ qui non mō iuriscōsultis: s̄ ne philosophis quidē preter oratores non patet: tri⁹ sepe temporꝫ rōne tractādus est. Nā de facto si querit̄: quid vel ante id vel cū eo vel post fuerit necesse est vestigari. ante rē quidē hoc mō apparatus. verisimile est enī effecisse aliquē qđ ante efficiendum parauit colloquia. fieri enī potuit vt amauerit: qui sepe fuerit collocutus. Locus velut cum ad aliquid faciendum oportunus locus eligatur. Constitutū conuiuium velut si qs constituto ante cōuiuio in eo fecisse aliquid arguatur: capiatur q̄ coniectura facti ex eo ipso qđ sit conuiuiū constitutū: atq̄ hoꝝ omniū ante rem de qua queritur exempla sunt. Cum re vō hoc mō. Pedū crepitus: velut si esse in quempiā locum aliquis accusetur: pedum crepitu deprehensus esse ꝓbabit̄: vel si fuisse adulter in cubiculo ex vmbra corporis designet̄. hec cum ipsis de quibus queritur inspecta eisdē tñ intelligūtur adiuncta. Postremo vō si quas cōscientie maculas pallor rubor: titubatioq̄ prodiderit: restinctus ignis. velut si clam factum aliquid extincto igni velimus ostendere vt tunus noticiā submouētibus tenebris cōmitteretur. Itē gladius cruentus peractū facinus monstrat. Hec oīa post rem facto intelligūtur adiuncta. ⁊ semper ante rem: cum re: ⁊ post rē secūdū rōnem temporum intelligendū est. neq̄ ita ut in antecedentibus ⁊ consequentibus: Illic. n. nāe rō cōsiderat̄. Oīa quippe sil' sunt. nā qđ antecedit: si positum sit stati ē id qđ consequit̄. vt si ponas hominē stati aīal esse necesse est. nec ante secundum tempus esse hō dici pōt. post vō subsequi aīal: ut ante aliqs appare⁹ ē scdm tps posterior effect⁹. Itaq̄ illic antecedētia ⁊ cōseq̄ntia nominantur: hic aū rē. cū re: ⁊ post rem. Iccirco q̄ illa qdem nō scdm tps sed scdm principalitatē nāe se cum sil' aliquid trahentis antecedens dr̄ vel ꝯñs: id quod antecedens comitat̄. Ea vō que scdm tēporis priorē posteriorem ve rōnem cōsiderātur: sunt adiūcta: iccirco ante reꝫ: cū re ⁊ post rē cepere vocabulū.

¶ Deinceps est locus dialecticorum proprius ex cōsequētibus ⁊ antecedentibus ⁊ repugnantibus. nam coniuncta de quibus paulo ante dictū est: non semper eueniūt. Consequētia aūt semper. Ea. n. dico consequentia que rem necessario consequūt̄. Itēq̄ ⁊ antecedentia ⁊ repugnantia. Quicquid enim antecedit quamq̄ rem: id coheret cum re necessario. ⁊ quicquid repugnat. id eiusmodi est. vt coherere nunquā possit.

¶ Expedito adiunctoꝝ loco: nunc de antecedētibus ⁊ cōsequentib⁹ ⁊ repugnantib⁹ differit. Qui locus cū sit vnus in tria velut mēbra diuisus ē. M. qdē Tulli⁹ loci hui⁹ vocabulū tacuit. mihi āt tot⁹ cōditiōalis appellādus videt̄. Cuius cū promptissime nā clarueit nomē quoq̄ ei: qđ nos posuim⁹ recte inditū māifestū appebit. ꝑmū igit̄ singularū ꝑtiū diffinitio pridēda est. itaq̄ antecedens ē: quo posito aliud necesse ē ꝯseq̄tur. itē consequēs alicuius ē. quod esse necesse est. si illud cui est ꝯñs precessisse cōstiterit. Repugnans est qđ simul cū ea cui repugnare dicit̄ eē nō possit. antecedentiū igit̄ atq̄ consequētiū ⁊ repugnātiū vnū locū esse ꝑdiximus: qui quō sit vn⁹ paucis ostēdā. Primū igitur dū quereret̄ quo nā mō vnus eēt locus a cōsequētibus ⁊ antecedētib⁹ ⁊ repugnātib⁹: dicebat̄: qm̄ eiusdē mētis ē: atq̄ intelligētie: tā cōsentānea sibiinuicē

q̄ȝ dissidētia

q̄ dissidētia pendere. iccirco hūc quoqȝ locū vnū vidē
ri. Consentaneorū namqȝ due sunt ptes: antecedens
vna altera consequēs. Nam cum altero precedēte co-
mitatur alterum: illa sibi in ipsa nature consequentia
consentire necesse est. Repugnantium vo tā ꝛ si due
ptes sunt vnū tn̄ est vtrisqȝ vocabulum. vtraqȝ enim
repugnātia nominant. duo vo esse: que sibimet re-
pugnent. atqȝ a se dissentiant nullus ignorat: sed eo
distant q antecedentiū ꝛ cōsequentiū duo sunt noīa
h3 vnus vtrisqȝ consensus: repugnātibus vo vnū no-
men ē: cū sit vn9 in vtrisqȝ dissensus. ergo eadē mēs:
eadēqȝ intelligētie rō: id qd̄ pcedit ꝛ id qd̄ comitatur
intelligit. neqȝ enim fieri potest vt antecedēs aliqd in
telligat: nisi in eodē quid sit ꝯn̄s cōsideret. Eodē quo
qȝ mō nec cōsequēs nisi appareat. qd pcedat. item re
pugnans aliquid intelligere nemo pōt: nisi intelligat
cui repugnet. sed qm̄ eadē rō potest similia dissimilia
qȝ perspicere: antecedentiū vo ꝛ cōsequētiū ꝯsensus
qdam: ꝛ p nāe similitudinē concordia est. Dissensus
vo: in repugnātib9: ac dissimilitudo necesse ē vt vna
atqȝ eadē rō ꝛ antecedentiū consequentiūqȝ nām ꝛ
repugnātiū spectet. quo fit vt vn9 quoqȝ loc9 sit: quē
vna intelligentia cōprehēdit. sed hic oppōebat. Cur
igit aliū ex similitudine: alium ex cōtrario locū Mar
cus tullius superius enumerauit. Nam scd̄m proposi
tam rationem; qm̄ similitudinem ꝛ contrarietatē in
telligentia vna perpendit: vnus locus similiū ꝯtrario
rumqȝ esse debuisset. sed respondebat. qm̄ non eodē
mō sibi antecedentia ꝛ consequētia consentire dicū-
tur: sicut ea: que similia nūcupātur. In his nāqȝ vna
tantum qualitas inuenitur: ꝛ secūdū eandē qualitatē
similia esse dicuntur. at in antecedentib9 ꝛ ꝯsequen
tibus non qualitatis similitudo: sed qdam nāe consen
sus est; ꝛ q̄ similia sunt sine se esse possunt: anteceden
tia vo ꝛ cōsequentia sine se esse nō possunt. atqȝ iccir
co non videtur esse consequentiū ꝛ antecedentiū cū
similitudine vlla cōmunio nāe: que rō nō valde vide
tur idonea: nec explicat: quod demonstrare conat. il-
lud certe firmissimum esse constat: q hui9 loci tracta
tus conditionalibus semp propositionibus accōmo-
daret. Cōditionalis vo propositio est: que cū condi-
tione pronunciat esse aliqd. si aliud fuerit. veluti cū di
cimus si dies est lucet Hec igit rerum cōsequētia fa-
cile in repugnantiā vertitur. Nam si rebus consequē
tibus negatio interponatur: ex cōsequētib9 repugnā
tia redduntur hoc mō. Si dies est lux est Repugnan
tia sunt ita. Si dies est: lux non est. repugnant enim
diem esse ꝛ lucem non esse. Que repugnātia in cōdi
tione consistit. Dicimus enim si dies est: lux non est.
nā dies ꝯtrium est nox. Consequens vo noctis: lucē nō
esse. quare esse diē ꝛ non esse lucē repugnat. Argumē
tū vo est hanc repugnantiā in conditione consistere
q si conditio deficeret: nulla est repugnātia hoc mō
dies ē lux nō est. vtreqȝ enī disiuncte ppositiōes su-
as sentētias gerunt: nec quicq̄ intelligūt hīc tōc. at
qȝ iō diuersis accepte tpibus vere sūt: nec repugnāt.
nā sicut in his ppositiōibus dies est: lux est: nulla est
cōsequētia. qm̄ cōditio deest; q̄ ppositionē facit cōne
xam: sed vtreqȝ a se disiuncte suā sententiā claudūt.
ita in his quibus ppoīt. dies est. lux non est. nulla ē
repugnātia: qm̄ seruat suā vtraqȝ sepata sententiam
at si his cōdictio interueniat superiorū quidē ita sen
tentia copulat: vt ꝯsequentes fiant. posteriorū vo ita
ut repugnantes hoc mō: si dies est lux est. Hec conse
quēs propositio ex duabus p conditionē mediā effe-
cta est vna. At si sit ita. Si dies est lux non est. repu-
gnat. Negatū enī qd sequit: repugnare necesse ē. Am
plius argumentū qd ex antecedentibus ꝛ cōsequēti-
bus fit: ex vnius propositionis connexe ptibus nascit
nā conditionalis propositionis cōnexe vna pars ē an
tecedens alia consequēs: q si a repugnātib9 argumē
tū fiat. rursus ab vnius propositiōis mēbris tale ar-
gumētū nasci oportebit. igit ex his ppositiōib9 dies
est. lux est vna esse non pōt nisi conditione copulent:
vt vnū sit antecedēs: aliud ꝯn̄s: ꝛ ideo in his ex an-
tecedēti ꝛ cōsequenti argumētū esse nō pōt: qm̄ due
sunt ēt ex illis quoqȝ ꝓpositiōib9 que sunt dies est lux
nō est: vna esse non poterit: nisi conditiōis adiunctio
ne in vn9 quodāmō ꝓpositionis sentētiā reducāt. cu
ius ꝓpositionis partes sunt repugnantes. nam vt in
cōnexa ppositione vna pars antecedēs: alia est ꝯn̄s.
ita in repugnanti vtraqȝ pars ꝓpositionis a semet in
uicē repugnat; ac dissidet. Ampli9 repugnātia ppō cō
nexe ptem ꝯtrariam tenet. nā vt in illa. qd antecedit
secū id qd sequit trahit: ita in hac ꝓpōe ptes sibi ē nō
psit. Contrarie vo dr̄e sub eodē gn̄e poni solent. Si
igit ꝯnexa ppō in ꝯditione est constituta: repugnans
quoqȝ in ꝯdictione ꝯsistit. q ꝛ ꝯtitiam ꝓpōni ꝛ re-
pugnantiā ꝯditio facit: non est dubium qn locus hic
iure ꝯditionalis vocet: ac sit vnus positus in ꝯditiōe
diuisis ptibus. i. in antecedentē ꝯsequentēqȝ ꝛ repu
gnantē. Cōnexe nāqȝ ppositiōis vna ps ans̄ est: alia
ꝯn̄s. Repugnātis vo ꝓpositiōis vtraqȝ repugnat ac
dissidet. Itaqȝ cōnexe ppōnis partes ans̄ ꝛ ꝯn̄s sunt:
repugnātis vo repugnātes ptes sūt. Nec illud itelli-
gentiā turbet q dies ē ꝛ lux ē: qdā sibi rōne ꝯsentiūt
Itē dies ē ꝛ lux nō est: quasi a se dissentiunt atqȝ di
scordant. nā cōnexa ē ppō si cū aliud acciderit aliud
ꝯsequat. Itē repugnās si vno posito falso aliud ifera
tur: qd eē nō pōt: nisi id ius cōditionis efficiat. Qua-
circa aperte demōstratū esse arbitror ꝯditiōalē hūc
locū vocari ꝛ recte vnū eē a. M. T. ꝯstitutū. quō vo
fiat ab antib9 ꝛ ꝯn̄tibus ꝛ repugnātibus argumē-
tū posterius dicā. s3 qm̄ nullius facultatis alteri9 est:
qd quāqȝ rē ꝯseqt: vel cuiqȝ qd repugnet īspicere nī
si dialectice tm̄; q̄ hui9 cē materie rei pitiā pstet. iccir
co ait hūc eē locū totū dialecticoꝝ: q ēt ab adiūctis lō
ge diuersus ē. Primū q adiuncta prodere sese: atqȝ
ostare inuicē psīt: non vo perficere atqȝ implere na-
turam veluti ambulationem pedum strepitus signa-
re quidem ac denunciare pōt efficere vero nō potest
Neqȝ enim ambulationem efficit pedum strepitus.
nec vo ex necessitate ambulatio vt pedum strepitus
sit: auctor est: sed sepe ita ābulatur: vt null9 pedū stre
pitus exaudiat. sepe non mutato loco moueri pedes:
ac strepere preter ambulationē queūt. precedētia vo
ꝛ ꝯn̄tia ꝛ repugnantia nūq̄ desunt: iccirco nō sp in-
ueniūtur adiuncta; ꝓpositoqȝ termino: quē pbare cō
tēdimus: sepe ex adiūctis argumēta deficiunt: q ipsa
quoqȝ aliquotiēs deficere vident adiūcta. Preceden
tia vo ꝛ ꝯn̄tia: ꝛ repugnātia nūq̄ desunt: oē enī qc
qd in rebus est: h3 qd se aut sequat nālr: aut pcedat
Est ēt a quo nāe diuersitate dissideat: velut homo se
quit qdem aīal: precedit vo subam. dicim9 enī si hō
est. aīal est. subaz vo pcedit. cū ꝓponim9. si aīal ē sba
est. Repugnat vo mortuo cū enunciam9. Si aīal est:
mortuū nō est. Preterea que sunt adiuncta tpib9 distri
buta sūt: vt an rē: cū re: vel post rē. que vo sunt ance
dentia: ꝯn̄tia: ꝛ repugnātia: quolibet in tpib9 sint ni-
hil refert. Nā priora sepe tpibus cōmitant: ꝛ tpibus

posteriora ꝓcedunt: ⁊ que sit ꝑtibus sunt: alias ꝓcedũt
alias vo ꝯsequunt: vt supi⁹ quoq; sepe diximu⁹. am
plius q̃ añcedentia sũt ⁊ ꝯñtia relinquere sese nõ pñt
nec sibi repugnãtia coherere: ⁊ sũt necessario sibimet
cõnexa vel incõnexa: que vo sunt adiũcta nihil obti-
nent necessitatis: qȝ ⁊ iungi sibimet: ⁊ a se separari q̃
unt. Que cũ ita sint: qȝ difficilis vehementer oboritur.
vr̃ enĩ minus intuentibus: nihil hic locus differre his
locis: qui dicti sunt vel a gñe vel a spẽ vel a ꝯtrꝭ. nã
genus semper spẽs seqr̃. spẽs gen⁹ ꝓcedit: ꝯria sit eẽ
nõ pñt. Que soluenda est hoc modo. Primũ qȝ nõ oẽ
ꝯñs gen⁹ est: nec spẽs añcedens. Repugnãtia vo nõ
ipsa ꝯria: sed ꝯtrarioꝝ sunt ꝯñtia: vt i locoꝝ. q. a. M.
T. ꝓposit sit expõne mõstrauim⁹ de hinc qȝ cũ a gñe
fit argumentũ: ipm genus assumitr̃ eodẽ quoq; modo
spẽs: cũ ab ea aliqd volum⁹ approbare cũ vo ab añ-
cedentibus ⁊ ꝯñtibꝰ aliquid monstrare ꝯtẽdimus eo
qȝ in ꝯditionali ꝓpõne ꝓcessit: vtimur in assumptiõe
ẽt si non fuerit genus. Item si a ꝯñti argumẽtũ fiat:
etiã si spẽs non fit: a ꝯñti pte ꝯdinonalis ꝓpõnis du
citur argumẽtũ. veluti cũ ita dicim⁹. Si ignis ẽ. leuis
est. Ignis añcedit leuitas: sequitr̃. ħ neutrũ neutri est
genus aut spẽs. assũitr̃ itaq; at qȝ ignis ẽ. Nũc igitr̃ id
qȝ añcedebat assumpsi. ex quo monstratr̃ ꝯclusio. le
uis igitur est. At si ita assumatr̃. sed non est leuis. id qȝ
ꝯsequebatr̃ assumpsi. Concluditr̃ ergo atq; mõstratr̃.
non est igitr̃ ignis. vides igr̃ vt de his ꝓcedentibus ⁊
ꝯñtibus nũc loquimur. q̃ in ꝯditionali ꝓpõne posita:
vel precedere vel ꝯseq intelliguntur. Cũ vo fit ex gñe
argumentũ: spẽs qdẽ est: de q̃ aliqd ꝓbare intẽdim⁹
genus quidem assumimus: nõ q̃si precedens: sed qua
si continens: vt qcqd esse consideratur in gñe: id etiã
forme quoq; debeat aptari. Genus enim quoad per
manet: a sua spẽ non recedit. cum vo de spẽ sumim⁹
argumentũ: genus quidẽ est: de quo aliquid queritur
sed id laboramus: vt id qȝ de gñe conamur ostẽdere
ex spẽ possit facili⁹ agnosci. Ut cũ vxori fabie relictũ
fuisset legatũ: si materfamilias fuisset: qm̃ nõ conue
nerit in manuȝ. s. ab in manum ꝯuentione: que spẽs ẽ
vxoris: vxorem qȝ est matrisfamilie genus: a legati
iure seiungim⁹: ⁊ legatum ad spẽm. i. matrẽfamilias
deriuamus: sed illud interi⁹ dispiciendũ vr̃. Nã loc⁹
ab antecedentibus ⁊ consequẽtibus totus supervaca
neus esse videatr̃: cũ quolibet mõ fuerint ex eo argu-
menta cõposita: a ceteris locis: quos supius descripsi-
m⁹: si recedãt. Nã quodcũq; ab añcedẽtib⁹ ⁊ ꝯñtib⁹
ducitr̃ argumentũ: id vel a toto: vel a ptibus: vel a cõ
iugatis: vel ab aliquo reliquoꝝ tractum eẽ perpenditr̃
hoc modo. si vtilis est equitas constituta ad res suas
optinendas: vtile est ius ciuile: at id qȝ ꝓcedit: quod
seqtur igitr̃. Hoc ẽ a diffinitiõe argumẽtũ. s. ab assum
ptione precedentis. At si ita dicã. sed non est vtile ius
ciuile. non est igitr̃ vtilis equitas cõstituta ad res suas
obtinendas: hic per consequẽtis assumptionẽ a diffi
nitionis loco sumptũ est argumentũ. Item a partiũ
enumeratione: si neq; censu neq; ceteris: neq; est li-
ber at censu vel ceteris. est igitr̃ liber. at nõ est liber
neq; censu igitr̃ neq; ceteris manumissus est sed notã
dum est: que sit vis vniuscuiusq; argumẽti: ⁊ quo nã
mõ ꝓferatur. Sunt enim argumenta: q̃ predicatiuis
apta sint syllogismis. vt a diffinitione sic. Ius ciuile ẽ
equitas constituta ⁊ reliqua. Id vo vtile. est vtile est
igitr̃ ius ciuile. Item a partibus: qui neq; censu neq;
vindicta: neq; testamento est manumissus: hic ex ser
uitute liber factus non est. Stichus vo neq; testamẽ

to neq; censu: neq; vindicta manumissus est. Stich⁹
igitur liber non est. ⁊ in ceteris eodẽ mõ. Oia vo que
cũq; per categoricum syllogismũ proferri possunt: ea
dem per conditionale dici queunt. Ois nãq; predica
tiua propositio in conditionaleȝ verti potest hoc mõ
Ois hõ aial est predicatiua est. hec facile vertitr̃ in cõ
ditionalem ita. si hõ est: aial est. Non vo ois conditio
nalis in predicatiuã verti potest. velut hec. si peperit
cuȝ viro concubuit. Nemo enĩ dicere potest ipsius pe
perisse id esse qȝ cum viro concubere: quomodo dici
mus hominẽ id esse qȝ animal sit. alia enim ratio est
in his propositionibus que ita dicuntur: que peperit
cum viro concubuit. hec enim similis est ei que dicit.
si peperit cum viro concubuit: sed ꝓdicatiua propõ id
esse subiectum dicit: quod fuerit predicatum. Con
ditionalis vo id põit: vt si id qȝ antecedẽs fuerit cõn
tetur necessario qȝ subsequitur. Cũ vo predicatiua ẽ
propositio: si ea vertatur in cõditionalẽ: alia minimẽ
reditur propositio. Nam cum dicitur omnis hõ aial
est. ipse hõ aial esse proponitr̃ cuȝ vo si hõ est animal
est: non id sentitur: vt ille qui homo est animal sit: sed
proposito eẽ hominẽ consequi vt si animal. ergo cõ
ditionalis syllogismus in antecessione ⁊ consecutione
positus lȝ per diffinitionem licet per partiuȝ enume
rationem: licet per coniugationem ⁊ quolibet alio
fiat modo: tamen in propria forma se continent: ⁊ est
conditionalis. i. vtens propria conditiõe: vt quodam
modo cetera argumenta sue veluti nature videatur
habere subiecta: vt cum sit a diffinitiõe argumẽtũ si
quidem per predicatiuam formaȝ factus fuerit sylo
gismus: a diffinitione deductum esse dicatur. Sin vo
per hypothesin facta fuerit argumentatio: conditio
nalis sit syllogismus: quem discernat assumptio: vtrũ
ab antecedentis: an a consequentis parte promatur.
Quo fit vt etiam si per ceteros locos conditionale ar
gumentuȝ feratur: tamen suam quandaȝ habeat for
mam quãdo quidẽ in antecessione ⁊ consecutione est
constitutus. Tunc enim diffinitio: partes: coniugatio
⁊c. veluti res ipse fiunt: ac non locus cum venerint i
conditionem. at si conditio cesset: ex ipsis perfectum
videbitur argumentum. qȝ si propositionem conditio
copulauerit: ipsa quidem ea sunt: que in propositioni
bus continentur veluti quedam argumenti partes.
locus vero in conditione est constitutus. atq; hec ita
dicta sunt: quasi aliter conditionalis hic locus tracta
ri non valeat: nisi eorum aliquem: quos prediximus i
cludat. nam potest preter eos etiam sepe reperiri: vt
cum dicimus. Si hõ est: risibilis est. Si coruus est. ni
ger est. hic enim nec diffinitionẽ: nec partes: nec vllũ
alium locũ supius enumeratoꝝ continet argumenti.
Amplius facile est in singulis coꝝ differẽtias ꝓuiderẽ
locus quippe a toto a substãtia trahitr̃. a partib⁹ vo a
rei cõpositiõe nã in simplicib⁹ terminis tale argumẽ
tum non põt inueniri. a nota ab interꝓtatione a ꝯiu
gatis: ab eo qȝ ex eodẽ vtrũq; diducitur. a gñe: a cõ
tinenti: a forma ab eo qȝ cõtinetr̃. a differentia. ab eo
qȝ discrepat. a similibus: ab eadeȝ qualitate: a ꝯtrꝭ:
ab eo qȝ a se longe diuersa sint. a causis efficientibus
ab effectis: ab his que vim alterius efficientie susce
perunt. ab adiunctis a vicinitate nãe. a cõparatione
maiorũ: parium: vel minoꝝ: a relatiõe: ad equalẽ vel
inequalem quantitatẽ: ab antecedẽtib⁹ vo longe ali⁹
modus est. Cõstat enĩ in eo qȝ si ꝓpositũ quid fuerit
aliud quiddã modis oĩbus existet: qȝ ꝯñs appellatur
huius vo intelligentia consistit in eo qȝ precedẽte quo
libet

liber aliud subsecutū est repugnantiū. vo intelligētia consistit: nō mō q neqꝫ sequi neqꝫ antecedere possūt verum etiam q sil' esse non possunt. que in conditiōe consistere dubium non est. His igitur ita expeditis: qm̄. M. T. pprietatem loci. vt in transcursu potuit: euidenter expressit: nūc quibus modis eodē loco vti conueniat: adiungit. Que Topicorū pars: quoniam diligentius explananda est: finē quarto volumini faciam Quinto cetera redditurus.

Eiusdem Boetii in Ciceronis Topica commentariorum liber quintus.

De oībus qdēz hypotheticis syllogismis Patrici rhetoꝝ pitissime: plene habundanterqꝫ digessimus his libris: quos de eorum principaliter institutiōe conscripsimus: a quibus integram perfectāqꝫ doctrinam: cui reuoluendi illa vacuū tēpus est lector accipiet. Sed qꝛ nunc Ciceronis topica suspsimus exponēda: atqꝫ in his aliquorū. M. T. modoꝝ meminit; dicendum mihi breuiter existimo de his septem conditionalibus syllogismis: que eorū sit: ppositioniqꝫ contextio vt cum hec ad sciēnā nte prelibata peruenerint: Tulliana facilius noscāt exēpla. Oē igit̄ quod in questione dubitatur: aut verisimilibus: aut necessariis pbabitur argumentis. argumētū vo oē aut in syllogismi ordinem cadet aut ex syllogismo vires accipiet. Syllogismus vo oīs ppositionibus constat. Propositiones aūt oēs vel simplices sunt: vel cōposite. Simplices que simplicibus orationis ptib' cōiungunt̄. Copulant aūt incompositam ppositionē simplices orōnis partes nomē ⁊ verbum velut cū dicim' dies est: vel dies vernus est: vel dies serenus est. hic enī oēm vim ppositionis nomen connectit ⁊ verbum. Omnis aūt simplex ppositio ex subiecto predicatoqꝫ consistit. Subiectum est de quo dicitur id qđ predicatur. Predicatum est: qđ de eo dī qđ subiectum est. verbū aūt aliquotiēs predicato nomini adiungit̄. aliquotiēs ipsum predicat̄: predicato nomini adiungit̄ in hac ppositione: que dicit. dies serenus est. dies enim subiectus est. serenus predicat̄: ē vo verbum sereno adiunctum est. qđ diximus esse pdicatum. At si talis sit ppō: que solo nomine cōstet ⁊ vbo veluti cū dicim' dies est. tūc dies subiicitur. est verbum sine dubio predicatur. sine verbo autē nulla est ppositio. Oīs enim ppō vel vera vel falsa est. nisi autem verbū sit quolibet adiunctum: quo esse aliqd aut non esse dicat̄: nulla veritas aut falsitas in propositionibus deprehendit̄ sepe aūt ppositiones etiā ex totis orōnibus constant: vt si dicam'. trāsire in Affricā vtile est romāis hic. n. subiectū qdē ē trāsire i affricam. vtile aūt romanis predicatum. esse vo pdicato cōiungit̄. Hō mōi igit̄ oēs ppositiones predicatiue dicūtur. pdicatiue vo appellant̄: qꝛ aliđ. de alio pdicāt Oēsqꝫ qui ex his ppositionibus fiunt syllogismis: sꝫ enunciationum suarum formas predicatiui appellantur. Ex his aūt predicatiuis ppositionibus existūt cōposite ppositiones: quaꝝ alie quidem copulatiua cōiunctiōe nectuntur. vt ⁊ dies est ⁊ lux est. alie vo per cōditionē fiunt. que ēt cōditionales enunciationes vocantur. He vo sunt: que coniunctione qđā partibus interposita ad cōiunctam conditionemqꝫ ducuntur. Age enim sint due ppositiones predicatiue. vna quidēz q dicit aīal est: alia vo que ppōit hō est: His si cōiunctio interueniat: faciet. si hō est: aīal est. Vides igitur vt duas predicatiuas ppositiones in vnā cōditionē cōiunctio copulauerit. Que cū ita sint: oēs he ppositiones hypothetice. i. cōditionales vocantur: atqꝫ ex his syllogismi tales existunt: quibus hypotheticis vel cōditionalibus nomen est. Oīs aūt hypothetica ppositio vel p cōnexionē sit vel per disiunctionē. Per cōnexionē hoc modo. Si dies est: lux est Per disiunctionem ita vt dies est: aut nox est. Eaꝝ vo que per cōnexionē fiunt alie ex duabus affirmatiuis copulate sunt: vt si dies ē lux ē: nāqꝫ dies ē ⁊ lux ē: vtreqꝫ aliqd affirmāt alie ex duabus negatiuis; vt si lux non est: dies nō est vtraqꝫ negatio est. alie vo ex affirmatiua negatiuaqꝫ coniuncte sunt. vt si dies ē nox nō est. Alie vo ex negatiua Atqꝫ affirmatiua copulant̄. vt si dies nō est: nox est oēs hē in cōnexione sunt posite. Aut enim affirmatio affirmationē sequtur. aut negō nagationē: eiqꝫ cōnexa est: aut affirmationem negatio: aut negationē affirmatio. sed ex connexis repugnantes manifestuꝫ est nasci. namqꝫ vbi affirmatio seqt̄ affirmationem: his si media negatio interposita sit: repugnātiam faciat hoc mō. si dies ē lux ē. hic affirmatio seqt̄ affirmationem. at cū dico si dies est: lux non est: repugnant inter se ptea ppositiōis cōnexe interposita negatōe. itē quotiens negatio sequit̄ negationem: si posteriori ppōnis parti negatiuum demat̄ aduerbiuꝫ: repugnātes fiunt: hoc mō: si aīal non est: hō non est. hec cōnexa est ex duab' pposita negatiuis At si posteriori pti homo non est: negatiuū detrahatur aduerbium: fiet si aīal non est hō est. quod repugnat. at si affirmatio negationem sequat̄: siue posteriori parti negatio iūgat̄ siue priori auferat̄: repugnantes fiūt. hoc modo si dies non est nox est. hic igitur affirmatio sequitur negationē. siue igit̄ posteriori parti nox ē negatio copulētur vt sit ita si dies nō est: nox non est. siue priori auferatur. vt sit ita si dies est: nox est repugnantem fieri propositionēz necesse est. q si negatio affirmationem sequat̄ ⁊ posteriori pti negatiuū aduerbium subtrahatur: ppositionis cōnexe partes in repugnātiaꝫ cadunt. hoc modo. si vigilat non stertit. hic affirmationem seqt̄ negatio sed si posteriori parti. i. non stertit negatio demat̄ fiet: vigilat stertit: ⁊ erit repugnans. sed in cōnexis atqꝫ disiunctis ppositionib' illud intelligendū est: q in earuꝫ partib' ⁊ vis questionis includitur ⁊ argumenti. Age eniꝫ dubitet̄: an lux sit. idqꝫ approbandū sit: eo q dies est. Si igit̄ ita fiat propositio. si dies est: lux est ea qdē pars totius ppositionis que sequitur. i. lux est: qōnis est. De ea namqꝫ queritur: an lux sit. Ea vo que prior est: idest dies est vim continet argumenti. Ex eo enim q dies est: lux esse probabitur. ⁊ in ceteris quidēz vel connexis: vel disiunctis eadē ratio ē. In oībus vo his qm̄ syllogismus atqꝫ argumentatio ad demonstrandā partē alteram qōnis accōmodatur: questio vo omnis dubitabilis ē. Oportet syllogismos: qui accōmodātur ābigue questiōi. indubitabiles esse atqꝫ perspicuos. q vt sint tales ex claris atqꝫ apertis ⁊ i veritate parētib' ppositionibus necesse est constēt. propositiones vo pnū p se note sūt: partiꝫ aliquibus probationibus īdigebūt Omnis vo syllogismus enunciatione pposita hꝫ alicuius partis assumptionem: vt quod est in qōne concludat. hoc modo. si dies ē: lux est. vt igitur lucē eē demonstrem: assumam vnā partē propositionis supius constitute: dicamqꝫ: sed dies ē: ac tūc demū id qđ est in questiōe cōcludā: lux est igitur. ergo cū ad syllogismi cōclusionem: ⁊ tota enunciatione in proponēdo ⁊ i assumēdo pte enūciatiōis vtamur: necesse ē. vt ea q

bus vtimur nil babeãt dubitabile. Siquidẽ ex bis ea
que sunt ambigua capient fidez: q̄ si ꝓpõ aliquotiẽs
quidem per se nota est atqꝫ perspicua: aliquotiẽs vo
probationis indigens inuenitur: assumptio quoqꝫ ali
quotiens per se vera esse notabitur: aliquotiẽs appro
bationis indiget adiumentis: Quo fit: vt si ⁊ proposi
tio ⁊ assumptio demonstrande sint: quiqꝫ partitus (vt
Cicero etiã in rhetoricis auctor est) syllogismus fiat
constans ex ꝓpositione cuiusqꝫ probatione: assumptio
ne: eiusdemqꝫ probatione et conclusione: q̄ si neutra
sit approbãda tripartitus sit: Ex ꝓpositiõe. s. ⁊ assum
ptione ⁊ conclusione. q̄ si altera earum demonstran
da sit: fit quadripartitus: ex propositione. s. ⁊ assum
ptione: atqꝫ vnius earum approbatione ⁊ conclusiõe
Conclusionis vo ipsius approbatio precedente pro
positione atqꝫ assumptione perficitur. que cũ ita sint
cũqꝫ omnis ꝓpositio hypothetica in connexionẽ disi
unctionemqꝫ diuidatur: in connexis propositionibus
aliud dicimus precedens: aliud consequens. Idem au
tem consequens ⁊ connexum vocamus: velut in hac
propositione. si dies est: lux est. Dies est precedit: an
nectitur: lux est. In disiunctis aũt non est eadem rõ:
quia cum ea que proponuntur simul esse non possunt
nullo modo dicuntur eẽ connexa. Precedens autem
⁊ subsequens inde iudicatur: qꝛ quod primum ponit̃
iure antecedens vocatur qð posterius iure subseq̃ns
dicitur. Ex his igitur propositiõibus: que cõnexe sũt
fit primus ⁊ secundus hypotheticoꝝ syllogismorum
modus. addita vo negatione ꝓpositioni connexe ex
duabus affirmationibus copulate eaqꝫ insuper dene
gata tertius accedit. ex disiunctis vo propositionibus
diuerso modo assumptiõibus factus: quartus ⁊ quĩt⁹
Utrisqꝫ vo p negationẽ ꝯpositis: sext⁹ ⁊ septim⁹ at
qꝫ he septẽ sũt hypothetice ꝯclusiões. quaꝝ. M. T.
in Topicis meminit. quaꝝ omnium deinceps ordo at
qꝫ exempla subdẽda sunt. Primus igitur modus est
cum in connexa propositione assumpto eo quod pre
cedit: volumus monstrare qð sequitur ita esse opor
tere: vt est in connexione prolatuz. In quo si id quod
connexum est: ac sequitur assumpserimus: null⁹ ꝯno
fit syllogismus. Huius exemplum tale est: si dies est:
lucet. si igit̃ lucere monstremus: assumam⁹: necesse ẽ
diem esse hoc modo. atqui dies est, consequitur ergo
ex necessitate lucere. q̄ si lucere assumamus: atqꝫ ita
dicamus. atqui lucet. non necesse est diem esse: atqꝫ
iõ nulla necessitas euenit conclusiõis: vbi nulla neces
sitas est: nec syllogismus qdez intelligi potest. Est igi
tur primus modus i hanc formã Si dies ẽ lucet: dies
aũt ẽ: lucet igitur. inueniuntur tñ in quib⁹ equo mõ
valet assumptio. siue precedens: siue subsequens assu
matur. vt in homine atqꝫ risibili. Si enim homo est:
risibile est. atqui homo est. risibile igitur est. At qui ri
sibile est homo igit̃ est: sed in his hec cã est qꝛ homo
atqꝫ risibile equi sunt termini. atqꝫ iccirco vno posito
alterum comitari necesse est. sed quia hoc in omnib⁹
non est iccirco dicimus non esse vniuersale: vt assum
pto posteriore: quod precedebat probetur. Secund⁹
vero modus est; quotiens assumpto posteriore atqꝫ
consequenti qð antecesserat aufertur: hoc modo: Si
dies est lucet: hic si assumamus non lucere: contrario
modo atqꝫ in propositione prolatum est assumamus
dicentes: atqui non lucet in eo igitur sequitur non eẽ
diem. q̄ si diem negemus. i. quod antecedit in assum
ptione contrario modo atqꝫ positũ est ⁊ in proposi
tione proferamus: non tollitur quod est connexũ: vt

si dicamus atq non est dies: non mox sequitur non lu
cere. Potest enim non esse dies: ⁊ tamen lucere. Est
igitur secundi modi forma hmõi. Si dies est lucet
atqui non lucet. nõ ẽ igitur dies. Primus igitur mo
dus assumit qð precessit: vt approbet quod connexũ
est. non potest vo assumere qð cõnexuz est: vt probet
quod precessit: Secundus autem assumit econtrario
quod sequit̃: vt quod precessit euertat. nõ potest aũt
dā ꝑturbationis vel ignorātie cecitate confunditur.
Tunc. n. qd̄ dici: quid taceri debeat: minime distin-
guēs veꝝ q̄ occultū erat: ꝓdit: atqꝫ effundit in luceꝫ.
Nā iracundia sepe ⁊ q̄libet al perturbatio: q̄ occultā
dū foret haud cōtinet. q̄ idcirco hꝫt auctoritatē ad fi
dē: q̄ simplr ꝓdita sunt: Nec vlla calliditatis arte ꝑ
lata. qn̄ ēt ignorātia pueroꝝ: vinolētia: somnus q̄dā
sepe produxit in mediū: in qbus si iudiciū suisset vllū
prolata nō eēnt. Sepe ēt hoīes preter vllā al pertur
bationē iprudentes ꝓpria confessiōe obligati sūt: dū
cuncta simplr effundūt: q̄ sibi nocitura non estiment:
vt staterio euenisse ꝓposuit: q interposito pariete te-
stibus audiētibus ea cōfessus ē imprudēs se ab insidi
antib⁹ audiri. qbus vulgatis in iudiciūqꝫ ꝓlatis ca-
pitali snia condēnatus est. atqꝫ hec quidē ignorātia
in necessitate ē ꝯstituta. Nā qui nescit id q̄ ignorat:
ne si velit qdē poterit euitare. Que āt necessitas ex-
torquet: ipsa quodāmō vr̄ veritas dicere. atqꝫ iō eis
veluti auctoritate subnixis fides adhibet. Cōcursio ēt
reꝝ fortuitaꝝ facit fidē: q̄ cum aliquotiens falsa desi
gnet: tn̄ ita ē vehemens: vt se ab ea veritas explicare
vix possit. q̄le est q̄ de palamede narrat. phryx enim
ctus q q̄si a priamo missus videret. repte priami lrē
phrygia man⁹ imitata: q̄ cōcurrentia fidē facerēt ꝓ-
ditiōis Hinc dicit, talia ēt fortuitaꝝ reꝝ concursio ē.

¶ Nam

¶ Nam ⁊ ingeniosos ⁊ opulentos: ⁊ etatis spatio probatos dignos quibus credatur putant: non recte fortasse: sed vulgi opinio mutari vix potest: ad eamq; omnia dirigunt: ⁊ qui iudicant. ⁊ qui existimant. Qui enim rebus his quas dixi: excellunt: ipsa virtute videntur excellere. sed reliquis quoq; rebus: quas modo enumeraui: quam ꝙ in his nulla species virtutis est: tamen interdum confirmatur fides: si fortuna aut ars quedam adhibetur. Magna est enim vis ad persuadendum scientie: aut vsus: plerumq; enim creditur his qui experti sunt. Facit etiam necessitas fidem: que tum a corporibus tum ab animis nascitur. Nam ⁊ verberibus: tormentis: igni fatigati: que dicunt: ea videtur veritas ipsa dicere. Ea que etiam a perturbationibus animi sunt: dolore: cupiditate: iracundia: metu: quia necessitatis vim habent: afferunt auctoritatem ⁊ fidem. Cuius generis illa etiam sunt: ex quibus verum nonnunꝙ inuenitur: pueritia: somnus: imprudentia: vinolentia: insania. Nas ⁊ parui sepe indicauere aliquid quod pertineret ignorari. ⁊ per somnum. vinum. insaniam multa sepe patefacta sunt. multi etiam in res odiosas imprudenter inciderunt. vt stalerio nuper accidit. qui ea locutus est bonis viris subauscultantibus pariete interposito quibus patefactis in iudiciumq; prolatis ille rei capitalis iure damnatus est. huic simile quoddam de Lacedemonio Pausania accepimus. concursio autem fortuitorum talis est. vt si interuentum est casu cum aut ageretur aliquid quod proferendum non esset aut diceretur. In hoc genere etiam illa est in palamedem coniecta suspicionum proditionis multitudo. Quod genus refutare interdum veritas vix potest. huius etiam generis est fama vulgi quoddam multitudinis testimonium. Que autem virtute fidem faciunt. ea bipartita sunt. ex quibus alterum natura valet. alterum industria. Deorum enim virtus natura excellit. hominum autem industria. Diuina hec fere sunt testimonia. primum orationis. oracula enim ex eo ipso appellata sunt. ꝙ inest his deorũ oratio. Deinde rerum in quibus insunt quasi quedam opera diuina. Primum ipse mundus. eiusq; omnis ordo ⁊ ornatus. Deinceps aerei volatus auiũ atq; cantus. Deinde eiusdem aeris sonitus ⁊ ardores multarumq; rerum in terra portenta. atq; etiam per exta inuenta presensio. a dormientibus quoq; multa significata visis. Quibus ex locis sumi interdum solent ad fidem faciendã testimonia deorum. in homine virtutis opinio valet plurimum. Opinio est autem. non modo eos virtutem habere qui habeant. sed eos etiam qui habere videantur. Itaq; quos ingenio: quos studio. quos doctrina preditos vident. quorumq; vitam constantem ⁊ probatam. vt Catonis. Lelij. Scipionis. aliorumq; plurium. videntur eis esse. quales seipsi velint. Nec solum eos censent esse tales qui in honoribus populi req; publica versentur. sed oratores ⁊ philosophos ⁊ poetas ⁊ historicos ex quorum ⁊ dictis ⁊ scriptis sepe auctoritas petitur ad faciendam fidem. Expositis omnibus argumentandi locis illud primum intelligendum est nec vllã esse disputationem in qua non aliquis locus incurrat nec fere omnes locos incidere in omnem questionem. ⁊ quibusdam questionibus alios quibusdam alios esse aptiores locos. Questionum duo sunt genera. Alterum infinitum. Definitum alterũ. Definitum est quod hypothesim greci. nos causam. infinitum quod Thesin illi appellant. nos propositum possumus nominare. Causa certis personis locis temporibus actionibus. Negocijs cernitur aut in omnibus aut in plerisq; eorũ. propositum aut in aliquo eorum aut pluribus. nec tamen in maximis. Itaq; propositũ pars est cause. sed omnis questio earum aliqua de re est quibus cause continentur. aut vna aut pluribus aut nonnunquam omnibus. Questionum autem quacunq; de re sint. Duo genera sunt vnum cognitionis. Alterum actionis. Cognitionis sunt de quarum est finis. scientia vt si queratur an a natura ius profectum sit. an ab aliqua quasi conditione hominum ⁊ pactione. Actionis autem huiusmodi exempla sunt. Sitne sapientis ad rempub. accedere? Cognitionis Questiones tripartite sunt aut sit ne. aut quid sit. aut quale sit queritur. harũ prima coniectura. secũda diffinitione. tertia iuris ⁊ iniurie distinctione explicatur. Coniecture ratio in quattuor partes distributa est. Quarũ vna est cum queritur. Sit ne aliquid. Altera vnde ortum est. Tertia que id causa effecerit. Quarta in qua de mutatione rei queritur. Sic nec ne sit vt quidnam sit honestum. ⁊ quid equum re vera. an hec tantum in opinione sint. Unde autem ortum sit. vt cum queritur. natura an doctrina possit effici virtus. Causa autem efficiens sic queritur quibus rebus eloquentia efficiatur. De commutatione sic. Possit ne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam. Cum autem quid sit queritur. notio explicanda est ⁊ proprietas ⁊ diuisio ⁊ partitio. Hec enim sunt diffinitioni attributa. additur etiam descriptio quam υπογραφην greci vocant. Notio sic queritur. Sit ne id equum ꝙ ei qui plus potest vtile est. Proprietas sic. In hominem ne solum cadat. an etiam in beluas egritudo. Diuisio ⁊ eodem pacto partitio. tria ne genera bonorum sint. Descriptio qualis sit Auarus. Qualis assentator ceteraq; eiusdem generis in quibus natura et vita describitur. Cum autem queritur. Quale quid sit aut simpliciter queritur aut comparate. Simpliciter expetenda ne sit gloria. Comparate preponenda ne sit diuitijs gloria. Simplicium tria genera. De expetendo fugiendoq;. De equo ⁊ iniquo. de honesto ⁊ turpi. Comparationum autẽ duo vnũ

de eodem et alio alterum de maiore et minore. De expetendo et fugiendo huiusmodi. Si expetende diuitie fugienda paupertas. De equo et iniquo. equum ne sit vlcisci a quocunqȝ iniuriam acceperis. de honesto et turpi. Honestum ne sit pro patria mori. Ex altero autem genere quod erat bipartitum vnum est de eodem et alio vt si queratur. quid intersit inter amicum et assentatorem. Regem et Tyrannum. Alterum de maiore et minore. vt si queratur eloquentia ne pluris sit. an iuris ciuilis scientia. de cognitionis questionibus hactenus. Actiones relique sunt. Quarum duo genera. Unum ad officium. alterum ad motum animi vel gignendum vel sedandum planeue tollendum. Ad officium sic vt cum queritur. Suscipiendi ne sint liberi: ad mouendos animos cum fiunt cohortationes ad defendendam rempublicam ad laudem ad gloriam. Quo ex genere sunt querele incitationes miserationesqȝ flebiles. rursusqȝ oratio. tum iracundiam restinguens: tum metum eripiens: tum exultantem leticiam comprimens: tum egritudinem abstergens. hec cum in propositis questionibus genera sint eadem in causis transferuntur. Loci autem qui ad quasqȝ questiones accōmodati sunt: deinceps est videnduȝ. Oēs illi quideȝ ad plerasqȝ: sed alij ad alias: vt dixi aptiores. Ad coniecturā igitur maxime apta: q̄ ex causis: que ex affectis: q̄ ex coniunctis sumi possunt. Ad diffinitionē autem pertinet rō et scientia diffiniendi: atqȝ huic generi finitumū est illud: qḋ appellari de eodeȝ et de altero diximus. Quod genus forma quedā diffinitionis est. Si. n. queratur Idem ne sit pertinatia et perseuerantia: diffinitionis iudicandū est. Loci aūt conuenient in eius generis questione: ꝯsītis: antecedentis: repugnantis: Adiūcti ēt hi qui sumunt ex causis et effectis. Nā si hanc rem illa sequitur. hanc aūt non sequit. aut si huic rei res illa antecedit: huic non antecedit: aut si huic repugnat. illi non repugnat. aut si huic rei hec. illius alia causa est. aut si ex alio hoc. ex alio illud effectuȝ est. Ex quouis horum id de quo queritur. idēne an illud sit. inueniri pōt. At tertiuȝ genus questionis. in quo quale sit. queritur. In comparatione ea cadunt. que pauloante in comparationis loco enumerata sunt. In illud autem genus in quo de expetendo fugiendoqȝ q̄ritur adhibent ea. q̄ sunt. aut aīe. aut corporis. aut externa vel cōmoda vel incōmoda. Itēqȝ cum de honesto turpiqȝ q̄ritur. ad aīe bona aut mala oīs oratio dirigenda ē. Cum aūt de equo et iniquo disseritur. eqtatis loci colligentur. Hi cernuntur bipartite. et natura et instituto. Natura ptes hȝ duas tuitionē sui et vlciscēdi ius. Institutio āt equitatis tripartita ē. vna ps legitima est. Altera conueniens. Tertia moris vetustate firmata atqȝ ēt rursus equitas tripartita dr esse. vna ad superos deos. altera ad manes. tertia ad hoīes pertinere. Prima pietas. scḋa sanctitas tertia iusticia aut equitas nominatur. De proposito satis multa deinceps de cā pauciora dicenda sunt. pleraqȝ. n. sunt ei cum proposito cōia. Tria igitur sunt genera cāruȝ. Iudicij. Deliberationis. Laudationis: quarū fines ipsi declarant: qbus vtendū locis sit. Nā iudicij finis est ius: ex quo ēt nomen: Iuris autē partes tum exposite cū equitatis. Deliberandi finis vtilitas: cuius he partes: q̄ mō sunt exposite rerū expetendarū. Laudationis finis honestas: de qua itē est antedictū. Sed diffinite questiones a suis quoqȝ locis: quasi proprijs: instituuntur: Que in accusationē: defensionēqȝ partite. In quibus existunt hec genera. vt accusator personaȝ arguat facti: defensor aliqd opponat de tribus: aut non esse factū: aut si sit factū: aliud eius facti nomē esse. aut iure esse factū. Itaqȝ: aut inficialis: aut cōiecturalis prima appellet. diffinitiua altera. Tertia q̄uis molestum hoc nomen sit: Iuridicialis vocetur. Harum cārum proprija argumenta ex his sumpta locis: quos exposuimus. in preceptis oratorijs explicata sunt. Refutatio autem accusationis in qua est depulsio criminis: qm̄ grece stasis dicit appelletur latine Status. in quo primum insistit: quasi ad repugnandum congressa defensio. Atqȝ in deliberationibus ēt et laudationibus iidem existunt status. Nam et negantur sepe ea futura: que ab aliquo in snīa dicta sunt fore: si aut oīno fieri nō possunt: aut sine sūma difficultate fieri non possint In qua argumentatione status coniecturalis existit: aut cum aliquid de vtilitate: honestate. equitate disseritur. Deqȝ his rebus que sunt his contrarie: Incurrunt status aut iuris: aut nominis: quod idem contingit in laudationibus. Nam aut negari potest id factum esse quod laudetur. aut non eo nomine afficienduȝ quo laudator affecerit: aut omnino nō esse laudabile: q non recte: nec iure factuȝ sit. Quibus generibus vsus est nimis imprudenter Cesar contra Catonem meū. sed q̄ ex statu cōtentio efficitur. eā greci ἐρρόμενον vocant: mihi placet id qm̄ quidem ad te scribo qua de re agitur vocari. Quibus autem hoc: qua de re agitur continetur: hec continentia vocentur: quasi firmamēta defensionis: quibus sublatis defensio nulla sit. Sȝ qm̄ lege firmius in controuersijs disceptandis el nihil debet: danda est opera: vt legem adiutricem et testem adhibeant. In qua re alij quasi status existunt noui. sed appellantur legitime disceptatiōes tum. n. defenditur: non id legem dicere: quod aduersarius velit: sed aliud: Id autem contingit cuȝ scriptū ambiguū est: aut due sententie differentes accipi possunt: tuȝ opponitur scripto voluntas scriptoris: vt queratur verba ne plus: an sententia valere debeant. tum legi lex contraria affertur. Ita sunt tria genera: que controuersiam in omni scripto facere possunt. Ambiguuȝ. Discrepantia scripti: Et voluntati scriptura contraria. Iam hoc perspicuū est: non magis in legibus q̄ in testamētis: in

stipulationibus

stipulationibus: in reliqs rebus que ex scripto agūtur: posse controuersias easdem existere. Horum tractationes in aliis libris explicantur. Nec soluʒ ꝑpetue actiões: sed ꝑ ptes orationis isdẽ locis adiuuanṫ ptes ꝑpriis: ptum cōibus. Ut in principiis quibus vt beniuoli. vt dociles. vt attenti sint qui audiant. efficiendum est proprius locis; Itemqʒ narrationes. vt ad suos fines spectent idest vt plane sint: vt breues. vt euidẽtes. vt credibiles; vt moderate. vt cum dignitate. Que q̄q̄ in tota orãtiõe debent esse. magis sunt propria narrandi. Que autẽ sequitur narrationem. fides ea persuadendo, quoniam perficitur qui ad persuadendum loci maxime valeant. Dictum est in his. in quibus de omni ratione dicendi. peroratio autem ⁊ alia quedaʒ habet: ⁊ maxime amplificationem. Cuius effectus hic debet esse. vt aut perturbentur animi aut tranquillentur. ⁊ si ita iam affecti ante sint. vt augeat eorum motus. aut sedet oratio. Huic generi in quo ⁊ misericordia ⁊ iracundia ⁊ odium ⁊ inuidia ⁊ cetere animi affectiones perturbantur; precepta suppeditantur aliis libris quos poteris mecum legere cum voles. Ad id autem quod te velle senseraʒ cumulate satisfactuʒ esse debet voluntati tue. Naʒ ne preteriret aliquid quod ad argumentum in omni ratione reperiendum pertineret plura quam a te desiderata erant. sum complexus. feciqʒ quod sepe liberales venditores solent. Ut cuʒ edes fundumue vendiderint rutis cesis receptis. Concedant tamen aliquid emptori quod ornandi causa apte. ⁊ loco positum esse videatur. Sic tibi nos ad id quod quasi mancipio dare debuimus. ornamenta quedam voluimus non debita accedere.

Finis Topice.

¶ Eiusdem de differentiis Topicis liber primus.

Omnis ratio disserendi quã logicen peripatetici veteres appellauere in duas distribuiṫ partes: vnã inueniendi: alteraʒ iudicandi: Et ea quidẽ pars que iudicium purgat: atqʒ instruit: ab illis analytice vocata est: a nobis põt resolutoria nũcupari. Ea vero q̄ inueniendi facultatẽ subministrat: a grecis topice: a nobis localis dr̄. Ac de illa qdem parte q̄ iudicandi magistra est: alias disputabitur. Nunc vo consiliũ est aperire q̄ sint loci: ⁊ que eoꝝ drīe ⁊ qui ẽt quibꝰ apti sint syllogismis. Nec id simplr̄ atqʒ vniformiter vr̄ esse faciendũ: veꝝ duplex est tradenda partitio: vna qdem a grecis voluminibus eruta. Altera vo ex. M. T. topicis sumpta. Atqʒ in his illud ad perfectionẽ speculationis est astruendũ: vt qbus vtraqʒ modis diuisio differat: qbusqʒ conueniat explicet quoqʒ mõ altera alteram vicissim possit includere. ⁊ nunc quidẽ nõ in singulis lucrabimur: sed de tota diuisione cõiter disseremus. Locoꝝ tñ ex quibus argumenta nascuntur diffinitiones: exẽpla drīasqʒ colligentes. Singula vo pro qualitate opis diligentius in his. viii. voluminibus expedita sunt: qbus Aristotelis topica in latinaʒ vertimus orationẽ: vel his. vii. quibꝰ. M. Tullii Topicis lucẽ plene expositionis infudimus Illic igr̄ cuncta sunt ꝓpriis atqʒ enodatis partibus expedita. Hic vero q̄ alias per mẽbra patefacta sunt: cõi speculatione tractanṫ. Nec dialecticos solũ locos: sed ẽt rhetoricos quoue hi inter se atqʒ a dialecticis differãt: cura est exequẽdi: vt oĩbus vndiqʒ locis plena cõsideratiõe propositis coniũqʒ drīus inter se ⁊ cõitatibus pernotatis ⁊ argumentoꝝ copia comparetur ⁊ locoꝝ clara possit esse distinctio. Ut igiṫ cuncta perspicuis rõnibus constent: paulo altius ordiendũ est. ¶ Propositio est oratio veꝝ falsumue significans: vt si qs dicat celũ esse volubile. hec ⁊ enunciatio ⁊ proloquiũ nũcupatur. ¶ Questio vo est in dubitationem ambiguitatẽqʒ adducta propositio: vt si qs querat: an celũ sit volubile. ¶ Conclusio est argumẽtis approbata ꝓpositio: vt si qs celum ab aliis rebus probet eẽ volubile. ¶ Enunciatio qppe siue sui tm̃ cã dr̄. siue ad aliud afferatur approbandũ ꝓpositio est: si de ipsa q̄ratur q̄stio est: si ipsa ẽ approbata cõclusio est. Idẽ igiṫ est ꝓpositio q̄stio ⁊ conclusio: sed differunt mõ supradicto.

Argumentum est ratio rei dubie faciens fidẽ. Nõ vero idẽ est argumentũ ⁊ argumẽtatio. Nam vis sñie ratioqʒ ea q̄ clauditur oratione cũ aliquid probaṫ ambiguum argumentũ vocatur. Ipsa vero argumenti elocutio: argumentatio dr̄. Quo fit vt argumentum quidẽ virtus ⁊ mens argumentationis sit atqʒ sñia. Argumẽtatio vo argumenti per orationẽ explicatio. ¶ Locus aũt sedes argumenti vel id: vñ ad propositã q̄stionem conueniens trahitur argumentũ. Que cũ ita sint: singuloꝝ nã diligentius tractãda est: coniũqʒ per spẽs ac mẽbra figurasqʒ diuisio facienda. Ac priꝰ d ꝓpositione dicendũ est. Hanc esse diximus orõnem veꝝ vel mendatiũ continentẽ. Huius due sunt spẽs affirmatio vna: altera vero negatio. Affirmatio vt si quis sic efferat celum esse volubile. Negatio si quis ita pronunciet celũ volubile non esse. Haꝝ vero alie sũt vniuersales: alie particulares: alie indefinite: alie singulares. vniuersales vt si quis ita ꝓponat. oĩs hõ iustus est: nullus hõ iustus est. Particulares vero vt si quis hoc mõ dicat. Quidã hõ iustus est. Quidam hõ iustus non est. Indefinite hoc mõ. homo iustus ẽ. hõ iustus non est. Singulares vero que indiuiduuʒ: aut quid singulare ꝓponunt: vt Cato iustus est. Cato iustus nõ est. Et. n. Cato indiuiduus est ac singularis. Harum vero alias predicatiuas: alias conditionales. ¶ Predicatiue sunt que simpliciter proponuntur. i. quibus nulla vis conditionis adiungitur: vt si quis celum esse volubile simpliciter dicat. At si conditio huic copuleṫ: fit ex duabus ꝓpositionibꝰ vna cõditionalis hoc modo. Celum si rotundũ est volubile ẽ. Idem enim conditio hec efficit: vt ita demum celum volubile esse intelligatur si sit rotundum. Quoniaʒ igitur alie propositiones predicatiue sunt: alie conditionales: predicatiuarum partes terminos appellamus hi sunt predicatus terminus ⁊ subiectus. Terminos autem verba voco ⁊ nomina quibus propositio connectitur: vt in ea propositione qua dicimus. homo iu

stus est. hec duo nomina .i. iustus et hō propositionis partes vocamus: easdem et terminos dicimus. Quorum quidē alter subiectus est: alter predicatus. Subiectus est terminus qui minor est: predicatus vero qui maior ē: vt in ea propositiōe qua dr̄ hō iustus est. hō quidē minus est q̄ iustū. Non. n. in solo hoīe esse pōt iustitia: verum et in incorporeis substātiis diuinisq;. Atq; ideo maior est terminus iustus hō vero minor. quo fit vt homo quidem subiectus terminus sit iust⁹ vero predicatus. Oēs vero hmōi propositiones simplices alterū habent predicatum terminū: alterū vero subiectū a maioris priuilegio partis predicatiua propositio vocata est. Sepe aūt euenit: vt hi termini sibi inuicem inueniantur equales hoc mō. homo risibile est. hō nāq; et risibile vterq; sibi equus est terminus. Nā neq; risibile vltra hoīem porrigitur: neq; hō vltra risibile. Sed in his necesse est hoc euenire. vt si quidem inequales termini sint: maior semper de subiecto predicetur. Si vero equales vterq; conuersa p̄dicatione de se dicatur: vt vero minor de maiori predicetur: in nulla propositione contingit. ¶ Fieri autē pōt vt propositionum partes quas terminos dicim⁹ non solū in noībus: vex in orationibus inueniantur. Nam sepe oratio de oratione predicatur hoc mō. Socrates cum Platone et discipulis de phie ratiōe pertractat. hec quippe oratio que est cum Platone et discipulis subiecta est. Illa vero que est de phie ratiōe pertractat predicatur. Rursus aliquādo nomen subiectum est: oratio predicatū hoc modo. Socrates de philosophie ratione pertractat. hic. n. Socrates subiectus solus est: oratio vero qua dicimus de phie ratione pertractat predicatur. Euenit et vt supponatur oratio: et simplex vocabulum predicetr̄ hoc modo. Similitudo cum superis diuinisq; substantiis iustitia ē. hec. n. oratio per quā profertur similitudo cum superis diuinisq; substantiis subiicitur: iustitia vero predicatur. Sed de huiusmodi propositionibus in his cōmētariis: quos in περὶ ἑρμηνείας Aristotelis libro conscripsimus: diligentius disseruimus. ¶ Conditionalium vero propositionum quas greci hypotheticas vocāt: partes sunt simplices propositiones. Quare propositionis hypothetice pars quidē ea q̄ prius dicitur antecedens: que posterius consequens appellatur: vt in hac propositione que dicit. Si celū rotundum est volubile est. Rotundum esse antecedit volubile esse consequitur. Harum quoq; alie simplices conditionales: alie vero coniuncte: simplices sunt q̄ predicatiuas habent propositiones in partibus: vt ea est quā superius diximus. Si celum rotundum est volubile est. Rotundum est. n. et volubile est: vtreq; diuise ac sigillatim intellecte predicatiue sunt. Coniunctarū vero multiplex differentia est: de quibus in his voluminibus diligentissime perspexim⁹: que de hypotheticis composuimus syllogismis. Simplicium vero hypotheticarū propositionum quattuor sunt differētie. aut enim ex duabus affirmatiuis categoricis constāt vt si rotundum est: volubile est. vtraq; enim affirmatiua est: aut ex duabus negatiuis: vt si celum rotundum non est: volubile non est. Nam rotundum non esse et volubile non esse: vtreq; negationes sunt: aut ex affirmatiua et negatiua: vt si quadratum est volubile non est. Quadratū enim esse affirmatio est: volubile nō eē negatio est. Aut ex negatiua et affirmatiua: vt si rotundum non est: stabile est. Rotundū non esse negatio est: stabile vero esse affirmatio. ¶ Propositionum quoq; alie sunt per se note: et quarū probatio nequeat inueniri: alie quas tamēsi animus audientis probet eisq; consentiat: tamen possunt aliis superioribus approbari. Et ille quidem quarum probatio nulla est: maxime ac principales vocantur: quibus illas necesse est approbari: que vt demonstrari valeant: non recusant. Est autem maxima propositio vt hec: si de equalibus equalia demas. equalia que relinquuntur sunt. Ita. n. hoc per se notū est: vt aliud notius quo probari valeat: non possit esse. Que propositiones cū fidem sui nā gerant: non solū alieno ad fidem non egent adiumento: verum ceteris quoq; probationis solent esse principium. Igitur per se note propositiones: quibus nihil est notius: indemonstrabiles: ac maxime et principales vocantur. Que vero cūiuis auditoris iudicio comprobētur: hēt tñ aliquid notius naturaliter: ex quo si de eis fiat q̄stio: velut ex alieno fidem capiant: he demonstrabiles ac minores posterioresq; dicuntur. Et de propositionibus quidē ista sufficiant. ¶ Questio vero dubitabilis est propositio in qua necesse est eadē fere oīa cōsiderari: que dudū in propositione dicta sunt. Alie nāq; sunt simplices: alie cōposite. Simplices vt he q̄ ex simplici propositione descendunt hoc mō: vt si q̄ratur: an sit celum volubile. Hec. n. ab ea venit ppositione q̄ dicit esse celum volubile. At si ex conditionali cōposita propositione principiū sumat: ipsa erit conditionalis atq; composita hoc mō. an si celū rotundū est volubile est. hec nāq; a conditionali propositione sumpsit initium que est. Si celū rotundū est: volubile est. Et q̄stio ergo alia quidē predicatiua est: alia cōditionalis. Quo fit vt eedē sint partes quoq; q̄stionis: q̄ dudum esse dicte sunt propositionis. ¶ Predicatiue igitur questiones habent terminum predicatū atq; subiectum: vt in ea qua dubitatur: an celū sit volubile. Nam volubile predicatur: celū vero subiectum est. Maior. n. est terminus volubile q̄ celum. Neq; .n. solum celū volubile dici pōt. Que vero coniuncta est questio. habebit partes q̄d antecedit: et quod sequitur: vt in ea que dicit: an si celum rotundum est volubile est. Antecedit quidē rotundum esse. sequitr̄ vero volubile esse. Que cum ita sint: in predicatiua sola q̄stione dubitatur: an subiecto termino predicatus inhereat. In hypotheticis vero q̄stionibus id tm̄ queritur: an illam rem q̄ precedit: comitetur id quod sequens esse proponitur. Oīa vō que de predicatiuis ppositionibus dicta sunt. i. q̄ alie vniuersales: alie particulares: alie indefinite: alie singulares: eadē dici et in predicatiua questione conuenit. Hoc. n. tm̄ questio a propositione diuersa est: q̄ propositio vel enunciatiua simplr̄: vel aliud probans oratio est vex: falsūne significans. Questio vō cum sit ipsa quidem oratio: tñ est dubitabilis propositio. Addita igitur dubitatione que in propositione considerantur: eadem et conuenit in questione tractari. ¶ Questionis aūt due sunt species: vna que dicitur a dialecticis thesis: hec huiusmodi est: que de re ceteris circūstantiis nuda querat ac disserat. Quales a dialecticis maxie ad disputationem sumuntur: vt voluptas ne summū bonū sit. Ducenda ne vxor: hec a nobis ppositio vel propositum dicitur. Altera vero est que vocatur a grecis hypothesis: a nobis dicitur causa: hec questio est personis temporibus factis ceterisq; circunstātiis implicita ea est hmōi. Iure ne Cicero in exilium dubio. R. P. tēpore detrudatr̄ quia iniussu Ro. populi ciues Romanos

manos necauerit. Minus autem duplicis questionis
subdiuisiones alias esse necesse est: ꝛ thesis quidem
philosophis: hypothesis vero oratoribus attributa ē
Sed cuius quidem questionis que est hypothesis po-
sterius diuisiones dabo. ¶ Nunc vero de theseos di-
uisione pertractabo que ī quatuor diuiditur species
In omni enim dialetica questione predicatus dubi-
tatur: an ei quod subiectum est: id quod predicatur ī-
hereat. Cum vero aliquid alicui īesse proponitur: id
aut maius erit eo de quo predicatur eiqꝫ substantiali-
ter inesse contenditur. Aut maius qdē eo erit: sed nō
de eius substantia predicabitur: aut ei erit equale: ꝛ ī
substantia pradicabitur: aut ei erit equale: ꝛ minime
eius substantiam continebit. Nā vt id quod minus ē
de eo qđ mai⁹ ē: pdicem⁹ fieri nō potest. Sꝫ si tale est
qđ in qſtiōe ppoīt vt subiecto sit mai⁹: ꝛ de subiecti
substantia pdicet erit gen⁹. omne enim genus est ma
ius eo de quo predicatur: ꝛ de substantia eius dici-
tur: vt animal hominis. At si maius quidem fuerit:
sed minime de substantia eius predicetur: erit acci-
dens: vt album homini ꝙ si equale quidem sit: sꝫ sub
stantiale: subiecti erit diffinitio: vt animal rationale
mortale homini: hec nāqꝫ conuertitur: ꝛ subiecti .i.
hominis substantiam monstrat. ꝙ si equale quidē sit
sed a ratione substātie seiunctum erit propriuꝫ: vt ri
sibile homini. Itaqꝫ dialectice simplices questiones:
aut de genere: aut de accidēti: aut de diffinitiōe: aut
de proprio sunt. Possunt ṽo fieri etiā de differentia:
cum queritur celestia corpora an rationalia sint nec
ne: vel cum dubitatur ea ne sit tyrāni ac pricipis dif
ferentia ꝙ hic legibus sumpsit imperium: Ille violē-
ta dominatione populum premit. Sed tātūdē est de
differentia querere: quantum si de genere dubitetur
Aut enim constitutiua erit differentia: aut diuisibilis
Sed si constitutiua fuerit: quasi generis obtinet lo-
cum vt rationabilitas homini: vel si ratione degunt
celestia corpora: celestibus quoqꝫ corporibus. At si di-
uisibilis velut spēs consideratur: omnis enim species
cum diuisibili differentia est: ꝙ si differentia nunc gē-
dem generis: nūc vero speciei loco est: ambigi nō po-
test: cuꝫ de ea querit de genere dubitari. ¶ Accidere
vero potest vt aliquid in certamen comparatione du
catur: velut cum ambigitur: an melior sit fortitudo
iustitia. Sed hec questio in accidentis necesse est du-
bitatione ponatur. Namqꝫ ad comparationem nihil
nisi accidens venit: hoc enim solum recipit magis et
minus. ¶ Rursus potest fieri de eo quod est idē cer-
tamē: vt an idem sit vtile quod honestum. Sꝫ hec q̄-
stio diffinitioni est agreganda. Quarum enim reruꝫ
eadē ē diffinitio: ipse quoqꝫ sunt eedē. Quarum ṽo
diuersa substātie ratio ē: ipse etiam sunt diuerse. Igi
tur simplicis dialectice q̄stionis recte quatuor spēs
se dicūtur: de qbus sufficiēter dictū ē. ¶ Nūc igitur
de conditionalib⁹ q̄stionibus tractanduꝫ est: quarū
qđē alie cōstant ex affirmatiuis duabus: alie ex dua
bus negatiuis: alie ex affirmatiōe ꝛ negatiōe: alie ex
negatiōe ꝛ affirmatiōe. Si igit ex duab⁹ affirmatiōi
bus conditionalis constat ppositio: id querit an affir
matio affirmationē sequat. ꝙ si ex duab⁹ negationi-
bus ppositio iūcta sit: id in decertatiōe ē: an negatio
negationē comitet. ꝙ si ex affirmatiōe ꝛ negatiōe: vł
negatiōe ꝛ affirmatione copulet id ābigit: an affir-
mationē negatio: an affirmatio negationeꝫ comitet.
Ac prius quidē eius questionis diuisio facieda ē: in q̄
disceptat: an affirmationē affirmatio cōsequat que

predicatiuarū questionū nō effugit diuisioneꝫ. Nam
vt precedat aliquid ꝛ aliud cōsequat: ī his ī fere reb⁹
euenire solet q̄s paulo superi⁹ cōmemoraui. Spēm
quippe sequit genus vel differentia vel diffinitio vel
propriū vel inseparabile accidēs. Item propriuꝫ aut
diffinitionē sequit species. proprium vero sequit dif-
ferētia ꝛ diffinitio: ꝛ diffinitioneꝫ sequit propriū vel
differētia hoc modo. Nā si homo ē aial ē. ꝛ si homo
est rationale ē. ꝛ si homo ē: aial rōnale ꝛ mortale. est
ꝛ si homo ē risibile ē. Si etiops ē niger est. Si risibile
est homo ē: si aial rationale mortale ē: homo ē. Si ri
sibile rationale ē. Si risibile est aial rōnale mortale
est. Si animal rationale mortale ē: risibile vł bipes ē
Preter hec auteꝫ alias quidē effectus causā: alias q
dē effectū causa sequit: effect⁹ causā ita. Si sol presto
ē lucet: effectum causa hoc modo. Si quid exustum ē
ignis affuit: vel sic. Si sol videtur lucet. Itē totuꝫ se-
quuntur partes: vt si integra domus est: ꝛ tectum et
parietes ꝛ fundamentum consistunt. Modus etiā se-
quitur nomen principale: vt si iustitia bona est: ꝛ qđ
iuste bonum est. Nomen etiam principale sequit mo
dum: vt si quod iuste est bonum est: ꝛ iustitia bona ē.
Accidentia quoqꝫ comitatur id quod subiectū est: vt
si album est corpus est. Que cum ita sint: conditiona
lis quoqꝫ simplicis ex duabus affirmationibus copu
late illa fere diuisio est questionis ꝙ in ea vel de ge-
nere vel de proprio vel de diffinitione vel de accidē-
ti: vel de cā atqꝫ effectu vel toto ac partib⁹ vel de mō
ac pncipali nomē dubitetur. Atqꝫ hec de ea questio-
ne ītelligēda sunt: que cū sit hypothetica simplex: ex
duab⁹ tamē iūgitur affirmatiuis. In hisdeꝫ et diffe-
rētijs illas quoqꝫ cōsistere necesse ē questiones: que
ab his veniūt ppositiōib⁹ que ex vtraqꝫ negatiōe cō
sistūt. Nā si genus nō est spēs non est. Itē si differen-
tia vel diffinitio vel proprium non sit: spēs non erit.
Et de ceteris qdē que superius dicta sunt: eodeꝫ mo-
do cōsiderandū ē. Quicquid enim antecedit vt aliud
cōsequatur: si id qđ sequitur non fuerit: nec illud est
qđ antecedit. Earꝫ ṽo q̄stionū que ex affirmatione et
negatione cōsistūt: illa fere diuisio est: ꝙ vel ī diuer-
sis generib⁹ vel ī diuersis specieb⁹ vel ī cōtrarijs: vel
ī priuatiōe atqꝫ habitu cōtinētur: vt eniꝫ affirmatio
nē negatio cōsequatur: aut diuersū ponitur gen⁹: vt
ꝙ ab eo diuersuꝫ ē abnuatur hoc mō. Si homo ē al-
bedo non est: vel si substātia ē q̄litas non ē: vel si sub
eodē genere diuerse spēs proponant hoc modo. Si
homo est equus nō est: vel si cōtraria: si albū ē nigrū
nō ē: vel si priuationes: si cecus ē non videt: ꝛ postre-
mo in omnib⁹: quecūqꝫ eadeꝫ nō sūt euenit. Si vnuꝫ
ē alterū non est. Ita vt propositā affirmationē nega
tio comitetur: aut diuersa erunt genera: aut diuerse
spēs: aut cōtraria: aut priuātia: vel quolibet alio mō
sibi inuicē icōueniētia. Ut aūt negationeꝫ affirmatio
cōsequatur que erat quarta cōditionalis propositio-
nia differētia fieri nō pōt nisi in his cōtrarijs q̄ me-
dio carent: ꝛ quorū alterū semp inesse necesse ē hoc
modo. Si dies nō ē nox est. Si tenebre non sūt lux ē.
¶ Facta igitur predicatiuarū questionū ac cōditiona-
lium diuisione illud insuper videtur esse addendū: ꝙ
ōis questio vel ex ratione differēdi vel ex naturali vł
ex mortali trahitur speculatione. Ex differendi rōne
hoc mō an affirmatio ꝛ negatio spēs sint enunciatio
nis. Ex nāli ita an celū rotundū sit. Ex morali sic: an
virtus ad btitudinē sola sufficiat. Preterea q̄stio ōis
vel simplex vel composita ē. Simplex affirmatione ꝛ

negatione diuidit̃ ita vt totuʒ alteri affirmare alteri negare necesse sit hoc mō, an celū rotūdū sit nec ne. hic enī vna ps questionis affirmationē tenet alia negationē. Nā cū alter esse defendit affirmat: alter vo negat cū nō esse cōtēdit. Composita vo q̄stio est que in plures distrahit̃ affirmationes hoc mō. vtrū celū rotundū sit an quadratū an longū an cuiuslibet alterius forme. hic enī plures affirmatiōes pbare necesse est: qui diuersa defēdūt. Et de questione qdē quātū ad presēs negociū pertinebat sufficiēter dictuʒ est ℭ Conclusio vo ē argumētis approbata propositio: de qua eadē fere dici possūt que de ppositione. Que quoniā diligēter superi⁹ explicata sūt: de argumēto deinceps tractādum videt̃. ℭ Argumētum est ratio rei dubie faciens fidem. Hanc semper notiorem questione esse necesse est. Nam si ignota notis probantur argumentum vo rem dubiam probat: necesse est; vt q̄ ad fidem questionis affertur: sit ipsa notius questione. ℭ Argumentorum vero omnium alia sunt probabilia ꝛ necessaria: alia vo probabilia ꝛ non necessaria: alia sunt necessaria sed non probabilia: alia nec probabilia nec necessaria. Probabile vo est qđ videtur vel omnibus vel pluribus vel sapientibus: et his vel omnibus vel pluribus vel maxime notis atqʒ precipuis: vel quod vnicuiqʒ artifici ɓm propriam facultatem: vt de medicina medico: gubernatori de nauibus gubernādis: ꝛ pterea quod videtur ei cū quo sermo conseritur: vel ipsi qui iudicat. In quo nihil attinet an verum falsumue sit argumētū: si tamē verisimilitudinē tenet. Necessariū vo est quod vt dicitur ita ē atqʒ aliter esse nō pōt. Et pbabile ac necessariū est: vt hoc est si quid cuilibet rei sit addicū totum maius efficitur. Neqʒ.n. quisq̄ʒ ab hac propositione dissentiet: ꝛ ita sese habere necesse est. Probabilia vero ac nō necessaria sūt: quibus facile anim⁹ acquiescit: sʒ veritatis non tenent firmitatem: vt hoc. Si mater est diligit filium: necessaria vo sunt ac non probabilia: que ita sese vt dicuntur habere necesse est: sʒ his facile nō cōsētit auditor: vt ē hoc obiectu lunaris corporis solis euenire defectū. Neqʒ necessaria vo neqʒ probabilia sūt que neqʒ ī opinione hominū neqʒ ī veritate cōsistūt: vt hoc habere que nō pdiderit cornua Diogenē. Quoniā habet id quisqʒ quod non pdiderit. Que quidē nec argumēta dici possunt. Argumēta enim rei dubie faciunt fidē. Ex his autem nulla fides est que neqʒ ī opinione hominū neqʒ in veritate sūt constituta. Dici autē pōt nec illa quidem eē argumenta que cum sint necessaria: minime tamē audientibus approbantur. Nā si rei dubie sit fides: cogēdus ē animus auditoris p ea quib⁹ ipse acquiescit: vt conclusiōi quoqʒ quā nōdū probat possit accedere. Qđ si que tm̄ necessaria sunt ac nō pbabilia: nō probat ille q̄ indicat: necesse est: vt ne illud quidem probet: qđ ex huiusmodi ratione cōficitur. Itaqʒ euenit ex huiusmodi ratione que tm̄ necessaria sunt ac non probabilia: non esse argumenta. Sed non est ita atqʒ hec interpretatio non recte probabilitatis intelligentiam tenet. Ea sunt enim probabilia: quibus sponte atqʒ vltro consensus adiungitur scilicet vt mox audita sunt approbentur. Que vero necessaria sunt ac non probabilia: alijs probabilibus ac necessarijs argumentis antea demonstrantur. Cognitaqʒ ꝛ credita ad alterius rei de qua dubitat̃: fidē trahūtur: vt sūt speculationes oēs. i. theoremata que ī geometria cōsiderātur. Nā que illic proponūt̃ nō sūt talia: vt his sponte animus discentis accedat. Sed quoniam demonstrātur alijs argumentis: illa quoqʒ scita ꝛ cognita ad aliarum speculationum fidem ducuntur. Itaqʒ que probabilia non sunt sed necessaria: his quidem auditoribus: quibus nondum demonstrata sunt: ad aliud aliquid approbandum argumenta esse nō possunt. His autem qui prioribus rationibus eorum: quibus non acquiescebant fidem ceperunt possunt ea si quid ambigunt ad argumentum vocare. ℭ Sed quia quatuor facultatibus disserendi omne artificium continetur: dicendum est: que quibus vti nouerit argumentis vt cui potissimum disciplinelocorum atqʒ argumentorum pareatur vbertas euidenter appareat. Quatuor igit̃ facultatibus earumqʒ velut opificibus disserendi oīs rō subiecta. i. dialectico: oratori: philosopho sophiste. Quorū quidē dialecticus atqʒ orator in cōmuni argumētorum materia versantur. Vterqʒ enī siue sint necessaria siue minime: pbabilia tamen argumēta sequitur. His igitur ille due species argumēti famulātur q̄ sūt pbabile ac necessariū: pbabile ac non necessarium. Philosophus vero ac demōstrator de sola vitate pertractat: atqʒ ideo siue sint probabilia siue nō: nihil refert dū mō sint necessaria. His quoqʒ duabus spēbus vtit̃ argumēti q̄ sūt pbabile ac necessariuʒ: necessariū ac nō pbabile. Patet igitur ꝉ quo philosophus ab oratore ac dialectico ꝉ ppria ɔsideratiōe dissideat in eo scilicet q̄ illis probabilitatē huic vitatē ɔstat eē ppositā. Quarta vo spēs argumēti: que neqʒ argumētū quidē recte dici pōt: vt mōstrauimus supra: sophisticis solis attributa ē. Topicorum vo ītentio est verisimilium argumētorum copiā demonstrare. Designatis eniʒ locis ex quib⁹ probabilia argumēta ducūtur: habūdās ꝛ copiosa necesse ē fiat mā disserēdi. Sed qm̄ (vt supra dictū ē) probabiliuʒ argumētorū alia sunt necessaria alia non necessaria cum loca probabilium argumentorum dicuntur: euenit vt necessariorum quoqʒ dicant̃. Quo fit vt oratoribus quidē ac dialecticis hec principaliter facultas paretur. Secundo vero loco philosophia. Naʒ ꝉ quo probabilia quidē oīa cōquirūtur: dialectici atqʒ oratores iuuātur. In quib⁹ vero pbabilia ac necessaria docētur philosophie demōstratiōi ministratur vbertas. Nō mō igitur dialecticus atqʒ orator: verū ēt demōstrator: ac vere argumētatiōis effector hēt quod expositis locis possit assumere cū iter argumentoruʒ pbabiliū locos necessarioꝝ quoqʒ pncipia traditio mixta cōtineat. Illa vero argumēta: q̄ necessaria quidē sūt: sed nō pbabilia: atqʒ illud vltimū gen⁹. i. nec probabile nec necessariū: a propositi operis cōsideratione seiūctā ē: nisi quod īterdū quidam sophistici loci exercendi gratia lectoribus adhibebuntur. Quocirca topicorum pariter vtilitas intentioqʒ patefacta est. His enim ꝛ dicendi facultas ꝛ īuestigatio veritatis augetur. Nam q̄ dialeticos atqʒ oratores locoruʒ iuuat agnitio: orationi per inuentionem copiam prestat: q̄ vero necessariorum doctrinam locorum philosophis tradit: viam quodāmodo veritatis illustrat Quo magis peruestiganda est rimandaqʒ īterius disciplina: eaqʒ cū cognitiōe percepta sit: vsu atqʒ exercitatiōe firmāda. Magnū eniʒ aliqd locoꝝ cōsideratio pollicetur. s. inueniēdi vias. Quod quidē hi q̄ sūt huius rationis expertes: soli prorsus deputāt ingenio neqʒ ītelligūt quātum hac cōsideratiōe queratur q̄ ī artē redigit vim ꝛ potestateʒ nature. Sed de his hactenus. Nunc de reliquis explicemus.

¶ De differentijs Topicis. Liber secundus.

Omnia que superioris serie voluminis expedita sunt: minus forsitan eruditis supuacanea quodāmō ⁊ q̄si depēdentia videbūt. Nā cū de differētijs topicis lector titulū legerit: omissis doctrīe gradib⁹ statī ad finē opis tēdūt. Mihi autem vl' necessarium videtur quod nisi sit precognitum: ad vlteriora discentis animus peruenire non possit bi quoqꝫ qui nunc omnem primi voluminis disputationem superfluam putant: si cuncta perlegant contertionēqꝫ operis mente ac ratione collustrent: desinent profecto iudicare superfluum: quod necessario viderint in parte operis collocatum. Atqꝫ hec hactenus: sed quoniā de his que antea posuimus: idest de propositione q̄stione conclusione argumento sufficienter dictum ē: nunc de argumentatione tractemus. ¶ Argumentatio est per orationem argumenti explicatio. Huius autem species due sunt: vna quidem que syllogism⁹: altera que vocatur inductio. ¶ Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis ⁊ concessis: aliud quiddam per ipsa que concessa sunt: euenire necesse est q̄ꝫ sint ipsa que concessa sunt. Huius diffinitionis rationem secundus quidem liber eorum: quibus institutionem ī categoricos scripsimus syllogismos plene continet. Sed propter intellectus facilitatem idem breuiter aperiem⁹ exēplo. Sit enim syllogismus hic.

Omnis homo animal est.
Omne animal substantia est.
Igitur. Omnis homo substantia est.

¶ Totum igitur hoc oratio est: in q̄ positis q̄busdā et cōcessis .i. duabus propositionib⁹ que sunt: oīs homo aīal est: oē aīal substātia est: per ea ipsa que concessa sūt: efficitur aliqd id. s. qδ ē cōclusio: oīs hō substātia ē: p ppositiōes enī que cōcesse sūt: cōsequētia necessario cōclusiōis īfertur. Sūt aūt ppositiōes: oīs hō aīal ē: ⁊ oē aīal substātia ē: atqꝫ ex his efficit aliδ qddā: q̄ꝫ sūt ipsa que cōcessa sūt. Cōcludit. n. oīs homo substātia ē. Quod lōge diuersū ē: ⁊ ab ea ppositione que dicit: oīs hō aīal ē: ⁊ ab ea q̄ proponit: omne aīal ē substātiā. ¶ Syllogismorū vero alij p̄dicatiui sūt: qui categorici vocantur: alij cōditiōales: quos hypotheticos dicimus. ¶ Et p̄dicatiui quidē sūt: qui ex oībus p̄dicatiuis ppositionib⁹ cōnectūtur: vt is quē exēpli gratia superi⁹ annotaui. oībus enī p̄dicatiuis propositionib⁹ texitur. ¶ Hypothetici vero sunt: quorū propositiones conditione nectuntur. vt hic.

Si dies est lux est.
Est autem dies.
Igitur. Lux est.

¶ Propositio enī prima cōditionē tenet hāc quoniā lux ē si dies est. Atqꝫ ideo syllogismus hic hypotheticus: idest conditionalis vocatur. ¶ Inductio vō est oīo per quā fit a particularib⁹ ad vniuersalia pgressio hoc mō. Si ī regēdis nauibus nō sorte ꝫ arte eligitur gubernator: si ī regendis equis auriga nō sortis cašu ꝫ artis cōmēdatiōe assumitur. Si ī administrāda republica nō sors pncipē facit: sed ptia moderandi: similiaqꝫ ī plurib⁹ cōquirūtur: quibus īfertur ⁊ in oī quoqꝫ re quam quisqꝫ regi atqꝫ administrari grauiter volet: non sorte accomodat sed arte rectorē vides igitur quomodo p singulas res currat oratio: vt ad vniuersale pueniat. Nam cum nō sorte regī nauium sed arte curriū rēpublicā collegisset quasi ī ceteris quoqꝫ ita se hēat qδ vniuersale erat cōcludit hoc mō. In oībus quoqꝫ reb⁹ vō sorte ductū sed arte pncipē debere p̄poni. ¶ Sepe āt multorū collecta particularitas aliud qddā particulare demonstrat: vt si qs dicat. Si neqꝫ nauib⁹ neqꝫ currib⁹ neqꝫ agris sorte p̄ponūtur rectores: neqꝫ rebus quidē publicis rectores sorte ducēdi sūt. Oδ argumētatiōis gen⁹ maxime solet eē pbabile: ⁊ si nō eqūā syllogismo habeat firmitatē. Syllogismus nāqꝫ ab vniuersalib⁹ in particularia decurrit: estqꝫ ī eo si veris ppositiōib⁹ cōtexat: firma atqꝫ īcōmutabilis v̄itas. At q̄ inductio hēt maximā pbabilitatē: sed īterduꝫ veritate deficit vt in hac. Qui scit canere cantor est: ⁊ qui luctari luctator ē: quiqꝫ edificare edificator ē. Oībus multis simili ratione collectis īferri pōt: qui scit igitur malū: malus ē: qδ nō pcedit. Mali qppe notitia deesse nō pōt bono: virtus enī sese diligit ⁊ aspernatur cōtraria: nec vitare vitiō nisi cognitū queat. His igitur duobus velut pncipijs ⁊ generib⁹ argumētādi: duo quidē alij deprehēdūtur argumētatiōis modi: vnus quidē syllogismo: alter v̄o īductiōi suppositus: In quibus quidē prōptū sit cōsiderare: q̄ ille quidem a syllogismo: ille v̄o ab īductione ducat exordium: nō tā aut hic syllogismum: aut ille īpleat īductiōeꝫ. Hi āt sūt entimema: atqꝫ exēplō. Entimema qppe ē imperfectus syllogismus: idest oīo in qua nō oībus antea ppositionib⁹ cōstitutis īfertur festinata cōclusio vt si qs ita dicat. hō animal ē. substātia igitur est: pretermisit enī alterā ppositionē qua pponitur: omne aīal ē substātia. Ergo q̄ñ entimema ab vniuersalib⁹ ad particularia probanda contendit: quasi simile syllogismo est: q̄ vero omnibus que conueniunt syllogismo non vtitur propositionibus a syllogismi rōne discedit atqꝫ iδ īperfect⁹ vocat⁹ ē syllogismus. Exemplū quoqꝫ īductioni simili rōne copulat ⁊ ab ea dissidet. Est enī exēplū quod p particulare ppositū: particulare quoddā cōtendit ostēdere hoc modo. Oportet a Tullio consule necari Catilinā: cū a Scipione graccus fuerit īterempt⁹. Approbatū ē enī Catilinā a Cicerone debere perimi q̄ a Scipiōe gracc⁹ īterēptus ē. Que vtraqꝫ pticularia eē ac nō vlla singularū designat īterpositio psonarū. Qm̄ igit pars parte approbat quasi īductiōis similitudinē tenet id qδ exemplum vocamus: q̄ v̄o non plures quibus id efficiat: colligit partes ab īductione discedit. Ita igit due sūt argumentandi species pncipales: vna q̄ dicit syllogism⁹: altera q̄ vocat īductio. Sub his aūt: velut ex his manātia entimema atqꝫ exēplū. Que quidē omnia ex syllogismo ducunt: ⁊ ex syllogismo vires accipiūt. siue enī ī entimema: siue īductio: siue exēplū ex syllogismo q̄ꝫ maxime fidē capit. Quod in prioribus resolutorijs q̄ ab Aristotele trāstulim⁹: demōstratū ē. Quocirca satis ē de syllogismo disserere q̄si principali ⁊ ceteras argumētationis species cōtinēte. ¶ Restat nūc qd sit loc⁹ aperire. Loc⁹ nāqꝫ (vt. M. Tullio placet) sedes argumēti est. Cui⁹ diffinitionis que sit vis: paucis absoluā. Argumēti enī sedes partī maxima ppositio ītelligi potest: ptī maxime ppositionis differētia. Nā cū sint alie ppositiones q̄ cum per se note sint: tamē nihil vlterius habeant quo demōstrarent: atqꝫ maxime ⁊ pncipales vocētur: sintqꝫ alie q̄rū fidē pme ac maxime suppleāt propositiones necesse est: vt omnium que dubitantur: ille antiquissi

maim teneāt probationē: q̄ ita alijs facere fidē possūt vt ipsis nihil notius queat inueniri. Nā si argumentū ē qḋ rei dubie facit fidē: idq̄ʒ notius ē: ꝛ ꝓbabili⁹ eē opʒ q̄ʒ illud ē qḋ ꝓbat̄ necesse ē vt argumētis oībus illa maximā fidē tribuant: q̄ ita ꝑ se nota sūt: vt aliena probatione nō egeāt. Sed huiusmōi ꝓpositio qdē aliquotiēs itra ābitū argumēti cōtinet̄: aliquotiens vero extra posita argumēti vires supplet ac perficit. Exēplum quidem est ei⁹ argumēti quod maximam ꝓpositionem tenet huiusmodi. Sit enim questio an sit regnum melius consulatu. Ita igitur dicemus.

Regnū diuturni⁹ ē q̄ʒ cōsulat⁹: cū vtrūq̄ʒ sit bonum.
At vero quod diuturnius est bonum eo quod parui temporis est; melius est.
Regnum igitur melius est q̄ʒ consulatus.

Hunc igit̄ argumētatōi maxima ꝓpositio. i. loc⁹ isert⁹ ē: illa. s. q̄ q̄ sūt diuturniora bona: melioris sūt meriti q̄ʒ ea q̄ parui tpis sūt: hoc. n. ita notū ē: vt extrīsecus ꝓbatiōe nō egeat: ꝛ ipsa alijs possit eē ꝓbatio. Atq̄ʒ iō ꝓpositio hec totā cōtinet ꝓbationē: ꝛ cū īde nascitur argumētū: recte loc⁹. i. argumēti sedes vocat̄. Ut vō extra posita ꝓpositio maxia vires afferat argumēto: tale sit exemplum. Sit propositum demonstrare: quoniam inuidus sapiens non est.

Qui enim inuidus est: alienis affligitur bonis.
Sapiens autem bonis non affligitur alienis.
Inuidus igitur sapiens non est.

a comparatione.	
Uel maiorum	a maiore.
Uel minorum	a minore.
Uel parium	a similibus.

Omnis quidem. M. Tullii partitio locorum in Themistii diuisione superioris descriptiōis formula videtur conclusa. Nunc Themistii diuisio ad marci Tullii diuisionē reducenda est. Cuius quidem multa pars Ciceroni conuenit: sicut prior etiam descriptio docet Quod vero ex Themistii superest diuisione: id si ad Tullii partitionis ordinem referatur: facili compendio quemadmodum ad seinuicem partitiones reducantur ostenditur. Nam continue marci Tullii diuisioni ex themistii locis hi superiore descriptione conuenerant Ciceronis quidem a toto themistij a substantia. a partium enūeratione Cicerōis diuisiōe themistij. A notatōe Cicerōis ab interp̄tatiōe themistij a coniugatis vtrorumque cōmunis. a genere Cicero. a toto themist. a forma Cicero. a parte. i. spē Themis. a similitudine communis a differentia Cicero. a toto

vel a parte Themist. A contrario Cicero. idem apud themist. ab oppositis. et ab iunctis Cicero. eundem a communiter accidentibus Themist. dixit. ab antecedentibus et consequentibus mixti cum pluribus. a repugnantibus Cice. idem a Themistio. ab oppositis dicitur. ab efficientibus Cicero. a causis themist: ab effectis Cicero. a fine themist. a comparatione maioris ac minoris. M. Tul. idem sunt a maiore ac minore themist. a comparatione parium Cicero. a similibus Temist. CCũ igitur Marci Tullii plena diuisio aliquibus membris themistiane diuisionis aptetur: fieri non potest: vt nõ membra Themistiane diuisionis statim ad tulliane conuenientia reducantur. Quocirca si quid reliquum est in themistii diuisione: quod superiori formale non videatur ascriptuz plene marci Tullii diuisioni sic poterimus aptare. Inuicem igitur diuisiones alterna reciprocatione coniuncte sunt. Restant autem ex Themistii locis hi: ab vsibus ab effectibus et corruptionibus: et proportiõe et trãsumptione. Quorum quidem ab vsib⁹. si vsus alicuius rei semper effector est: ei loco ciceronis adhibendus est: qui ab efficientibus nuncupatur Quod si ipse vsus efficitur. ei loco ciceronis aptandus est qui ab effectis vocatur. ab effectibus vero. si quidem efficit aliquid effectus: ab efficientibus causis est: si vo ipse effect⁹ plenum aliquid confectumqz demonstrat. Is locus e quem ab effectis. Tullius dixit. a corruptionibus vo ab efficientibus dici potest. Nam cum omnis generatio efficiat aliquid idest substantiam forme corruptio rursus ipsa quoqz efficit quiddam idest substantiali forma spoliat ac priuat: velut mors facit corporis dissolutionem. a proportione vo idem est: quem Tullius a similibus dixit nam multorum in multis similitudo est proportio. Transumptio vero si quidez ad maiora fit: locus a maiorum comparatione est. sin vero ad minora: locus est a minorum comparatiõe qp si ad paria: locus est a pariũ comparatione. atqz in his omnibus reductidis tale satis est descriptionis exemplum.

ab vsibus	Si ipse vsus aliqd efficit	a causis
	Si ipse vsus efficit	ab effectis.
ab effectibus	Si effect⁹ aliqd efficit.	a causis.
	Si effectus efficitur	ab effectis.
a corruptionibus		a causis.
a proportione		a similibus.
	Si fit ad maius	a cõpatiõe maior.
a trãsumptiõe	Si fit ad minus	Minorum.
	Si fit ad par	Parium.

CHec de dialecticis quidem locis: quantum propositi operis ratio postulabat explicuimus. Nunc vero de Rhetoricis dicenduz est quid sint: vel quid a dialecticis discrepare videãtur. Ad cuius plenã disputationẽ

CDe differentiis Topicis. Liber quartus.

SI quis operis titulum diligens examinator inspiciat: cum de topicis differentiis conscribamus: non id a nobis tantum expectare debebit: vt locoruz inter se dialecticorum: vel etiaz rethoricorum differentias demus. veruz id multo magis vt dialecticos locos a rethoricis segregemus: qd nos efficatius aggredi posse arbitramur si ab ipsa facultatum natura disputãdi sumamus exordium. Ostensa enim dialectice: ac rethorice similitudine ac dissimilitudine ab ipsarum facultatum necesse est forunis etiam locorum qui eisdem facultatibus deseruiunt cõitates discrepantiasqz dicam⁹. dialectica igitur thesim tm̃ cõsiderat. Thesis vo est sine circunstantiis questio. rethorica vo de hypotesibus. i. de questionibus circunstantiarum multitudine inclusis tractat: et differit. Circunstantie vo sunt quis. quid. vbi. quãdo: quomodo. quibus adminiculis. Rursus dialectica quidem si qñ circunstantias: velut personam factum ve aliquod ad disputationem sumit: non principaliter: sed omnem eius vim ad thesim: de qua differit trãsfert. Rhetorica vo si thesim assumpserit ad hypothesim trahit: et vtraqz suam materiã quidem tractat: sed alterius quidem sumit: vt promore in sua materia facultate mitatur. Rursus dialectica interrogatione: ac responsiõe cõstricta est. Rethorica rem propositam perpetua oratione decurrit. nã dialectica perfectis vtitur syllogismis Rethorica enthimematum breuitate contenta est. illud etiam differentiam facit: qp Rethor habet aliũ p̃ter aduersarium iudicem: qui inter vtrosqz disceptat. Dialectico vero ille fert sententiam: qui aduersarius sedet. ab aduersario enim responsio veluti quedam sententia subtilitate interrogationis elicitur. Que cum ita sint omnis earum differentia vel in materia. vel in vsu vel i fine ẽ cõstituta. In materia qp thesis atqz hypothesis materia quidẽ vtriqz subiecta est. in vsib⁹ qp hec interrogatione illa perpetua oratione disceptat: vel qp hec integris sillogismis. illa vero enthimematibus gaudet. In fine vo qp hec persuadere iudici: illa quod vult ab aduersario extorquere conatur: Quib⁹ ita p̃cognitis paulo posterius et questiones Rhetoricasqz in constitutionibus posite sunt: et propria generis enumerabimus locos. Nũc paulisper mihi videt de tota admodum breuiter facultate tractandũ magnũ op⁹ atqz difficile. qñta enĩ sibimet ars Rhetorica cognatione iungat: non facile considerari põt: vixqz est et vt auditu animaduerti queat: neduz sit facile reptũ. De cuius quidẽ retractatione nihil ab antiquis preceptorib⁹ accepimus. De vnoquoqz enĩ p̃cipiunt nihil de communium laborantes. Quã partẽ doctrine vacuã vt possumus aggrediamur. Dicemus igit̃ de genere artis: et speciebus et mã et partibus: et instrumento instrumẽtiqz partibus: ope etiã officioqz actoris et fine: post hec de questiõib⁹ ac de locis. Quocirca qd i communi speculandũ est hic differẽdi sumam⁹ exordium. Rethorice igit̃ genus est facultas. Species vo tres iudiciale demõstratiuũ: deliberatiuũ. et genus quidem id esse: qd dixim⁹ patet. Species autem iccirco sunt: quas enumerauimus superius: quoniam in his ẽ tota facultas. Rhetorice i iudiciali genere cãrũ integra est. Itẽ in demõstratiuo; vel deliberatiuo. sz hec genera sũt causaꝝ. Omnes enĩ cause vel speciales vel indiuidue sub horum triũ generũ vno cadũt: vt sub iudiciali quidẽ speciales vt maiestatis: vel repetũdarum. Sub deliberatiuo vo cadunt quecũqz cãe consultationẽ hñt: vt si specialiter accipias de bello vl pace. Eodem modo etiaz in demõstratiuis quecũqz veniunt in laudem: aut vituperationez: spãlr quidem vt laus viri fortis. Indiuidue vo vt laus scipiõis sub demonstratiuo ponũtur. Materia vo huius facultatz ẽ omnis res quidem ꝓposita ad dictionem fere ãt est cuilis questio. In hãc spẽz a Rhetorica veniẽtes qñ

quedas

quedam forme capiunt sibi materiam: et triplici informatam tenent figura quod posterius liquebit. vt cum hec questio: que adhuc informis secundum species erat: fiat accepto fine vniuscuiusque specierum Rethorice subiecta: vt informis adhuc ciuilis questio cum acceperit et iudicialem finem iusti fiat ipsa ciuilis questio in iudiciali genere constituta. Cum vero ex deliberatiuo sumpserit vtile vel honestum tunc fiat ipsa ciuilis questio in deliberatiuo causarum genere constituta. Si vero ex demonstratione sumpserit bonum tunc fit demonstratiua ciuilis questio. veniunt autem in materiam species ex Rethorica iccirco: quod aliter in materia sua quelibet facultas non potest operari: quam si suas adhibeat partes. Absentibus enim cunctis partibus. suis Rethorica quoque ipsa est absens. sed quoniam de speciebus dictum est Rhetorice. quoniam sunt genera causarum. ita sunt; vt omnium negociorum que in ciuili questione constituta sunt accepto fine iusti; iudiciale sit genus. omnium vero que constituta sunt in ciuili questione: honestum vel vtilem finem ceperunt. Deliberatiuum sit genus: omnium quoque que in ciuili questione posita finem honesti tantum boni ve sumpserunt. fit demonstratiuum genus. sed de his hactenus. Nunc de partibus Rethorice prouidendum est. Partes autem Rethorice sunt quinque. inuentio. dispositio. elocutio. memoratio. pronunciatio. Partes autem vocantur iccirco: quod si aliquid harum defuerit oratori imperfecta facultas est. atque ideo que vniuersam formant oratoriam facultatem ea partes facultatis eius dicere ius est: Sed he partes quoniam Rethorice facultatis sunt: totamque Rethoricam facultatem componunt. necesse igitur est: vt vbi fuerit Rethorica integra: ipse quoque partes consequantur in propriis speciebus: omnes igitur Rethorice partes inerunt rethorice speciebus. Quocirca ciuilibus negocius tractandis adhibentur: que a predictis speciebus Rethorice informantur. eque igitur in iudiciali negocio: et in deliberatiuo: et in demonstratiuo: inuentio: dispositio: elocutio: memoria: pronunciatioque conueniunt. Quoniam vero omnis fere facultas instrumento vtitur ad faciendum quod potest erit etiam Rethorice facultatis aliquod instrumentum. hoc vero est oratio: que partim in ciuili genere versatur. partim minime. De ea autem oratione nunc loquimur: que aliquam habet questionem: vel que ad finem expediende questionis accommodatur. ea vero oratio: que in ciuili genere versatur: continue decurrit. Ea vero que non est in ciuilibus: causis interrogatione et responsione explicatur. sed prior rethorica. secunda Dialectica nuncupatur: que hoc a superiore differt. primum quod illa ciuilis hypothesin: hec thesin considerat: dehinc quod hec intercisa oratione: illa continua peragitur: et quod Rethorica oratio habet preter aduersarium iudicem. Dialectica vero eodem iudice: quo aduersario vtitur. Hec igitur Rethorica oratio habet partes sex: prohemium quod exordium est: narrationem: partitionem confirmationem: reprehensionem: perorationem: que sunt partes instrumenti Rethorice facultatis: et quoniam Rethorica in omnibus suis speciebus inest: eisdem inerunt. Nec potius inerunt: quam eisdem ea que peragunt: administrabunt. Itaque etiam in iudiciali genere causarum necessarius est ordo prohemii et narrationis: atque ceterorum: et in demonstratiuo deliberatiuoque necessaria sunt. Opus autem rethorice facultatis est docere mouereque: quod nihilominus eisdem partibus fere sex instrumenti. idest oratione partibus administratur. Partes autem Rethorice: quoniam partes sunt facultatis: ipse quoque sunt facultates. quocirca ipse quoque orationis partibus: quasi instrumentis vtentur in partem atque. vt his operentur eisdem inerit. Nam in exordiis nisi quinque sint predicte partes Rethorice; vt inueniat: disponat: eloquatur meminerit pronunciet. nihil agat orator. eodem quoque modo et reliquae fere partes instrumenti nisi habeant omnes Rethorice partes: frustra sunt. Huius autem facultatis effector est orator: cuius est officium dicere apposite ad persuasionem. Finis autem tum in ipso tum in altero. In ipso quidem benedixisse. idest dixisse apposite ad persuasionem. In altero vero persuasisse. neque enim si qua impediunt oratorem quo minus persuadeat: officio facto finis non est consecutus. sed is quidem: qui officio fuit contiguus: et cognatus: consequitur: facto officio. is vero qui extra est: sepe non consequitur neque tamen Rethoricam suo fine contentam honore vacuauit. hec quidem ita sunt mixta: vt Rhetorica insit speciebus: species vero insunt causis. Causarum vero partes status esse dicuntur: quos etiam aliis nominibus: tum constitutiones: tum questiones nominare licet. qui quidem diuiduntur ita: vt rerum quoque natura diuisa est. Sed a principio questionum differentias ordiamur: quoniam rhetorice questiones circunstantiis inuolute sunt. omnes autem in scripti alicuius controuersia versantur: aut preter scriptum ex re ipsa sumunt contentionis exordium. et ille quidem questiones que in scripto sunt: quinque modis fieri possunt: vno quidem cum hic scriptoris verba defendat. ille sententiam Atque hoc appellatur scriptum et voluntas. Alio vero modo; si inter se leges quedam contrarietate dissentiant; quas cum ex diuersa parte defendunt faciunt controuersiam. Atque hic vocatur status legis contrarie. Tertio cum scriptum: de quo contenditur sententiam claudit ambiguam. hec suo nomine ambiguitas nuncupatur. Quarto vero cum ex eo; quod est scriptum aliud non scriptum intelligitur: quod quia per ratiocinationem: et quandam syllogismi consequentiam inuestigatur ratiocinatio: vel syllogimus dicitur. Quinto vero quod cum sermo est scriptus: cuius non facile vis: et natura clarescat: nisi diffinitione detecta sit: hic vero dicatur finis vel inscriptio. Quos omnes a se differentias non est nostri operis: verum rethorici demonstrare. hec enim speculanda doctis non rudibus discenda proponimus: quamuis de eorum differentia in topicorum comentis per transitum disserimus. Earum autem constitutionum: que preter scriptum ipsarum rerum contentione sunt posite: ita differentia segregatur: vt rerum quoque ipsarum diuersa est natura. In omni enim rethorica questione dubitatur: an sit: quid sit: quale sit: et preter hec an iure an more possit exercere iudicium. Sed si factum; vel res que intenditur ab aduersario negetur: questio est vtrum sit ea que coniecturalis constitutio nominatur. Quod si factum esse constiterit quid vero sit id quod factum est ignoretur quoniam vis eius diffinitione monstranda est: diffinitiua dicitur constitutio. Ac si et esse constiterit: et de re de diffinitione conueniat. sed quale sit inquiratur: tunc quod cui generi subiici debeat: ambigitur generalis qualitas nuncupatur. In hac vero questione et qualitatis et quantitatis: comparationis ratio versatur. Sed quoniam de genere questio est: secundum generis formam in plura necesse est hanc constitutionem membra distribui. omnis igitur questio generalis idest cum de genere et qualitate et quantitate queritur facti: in duas distribuitur partes. Nam aut in preterito

quia de qualitate propositi. aut in presens. aut in futurum. si in preteritum iuridicialis constitutio nuncupatur. Si presentis vel futuri temporis teneat questionem. negocialis dicitur. Iuridicialis vero: cuius inquisitio preteritum respicit: duabus partibus segregatur. aut enim in ipso facto vis defensionis inest: et absoluta qualitas nuncupatur: aut extrinsecus assumitur: et assumptiua dicitur constitutio: Sed hec in quattuor partes deriuatur. Aut enim conceditur crimen: aut remouetur: aut refertur: aut quod est vitium comparatur. Conceditur crimen: cum nulla introducitur facti defensio: sed venia postulatur: Id fieri duobus modis potest: si depreceris: aut purges. Deprecaris cum nihil excusationis attuleris: purgas cum facti culpa his ascribatur: quibus obsisti: obuiarique non possit. neque tamen persone sint: id enim in aliam constitutionem cadet. Sunt vero hec imprudentia: casus: atque necessitas. Remouetur vero crimen: cum ab eo: qui incessitur: transfertur in alium. Sed remotio criminis duobus modis fieri potest. si aut causa referatur: aut factum. Causa refertur: cum aliena potestate aliquid factum esse contenditur. Factum vero: cum alius aut potuisse: aut debuisse facere demonstratur. Atque hec in his maxime valent: si cuius nominis in nos intendatur actio: quod non fecerimus id quod oportuit fieri. Refertur crimen cum iuste in aliquem facinus commissum esse contenditur: quoniam is in quem commissum fit iniurius sepe fuerit atque id quod intenditur meruit pati. Comparatio est: cum propter meliorem vtiliorem ve factum quod aduersarius arguit commissum esse defenditur. Horum vero omnium sunt proprie differentie: atque adeo minutissime diuisiones quas Rhetorum in his docendis explicandisque conscripti libri diligentius continent. Nos hec a M. Tullio sumpsisse sufficiat. Ad aliud enim tota operis festinat intentio. De quibus omnibus hoc modo inspiciendum est. M. enim Tullius causarum partes constitutiones esse demonstrat eo loco quo contra Hermagoram nititur dicens quod si generis cause non possunt recte partes putari multo minus recte partes cause partes putabuntur. Pars autem cause constitutio omnis est. partes cause constitutiones esse designans. Qua de re multa questio est quomodo enim partes esse putabantur cause. Si enim ita partes: vt species quomodo fieri potest: vt in vna causa plures constitutiones sint. Nam species sibimet inuicem impermixte sunt. At veniunt in causam plurime constitutiones: non sunt igitur partes causarum: velut species status. Illud quoque: quod nulla species aliam sibi speciem oppositam ad subsistendum iuuat. Constitutio vero constitutionem confirmat ad fidem. Nec vero fieri potest. vt ita sint causarum: quasi totius partes. nullum enim compositum ex vna parte totum. atque integrum esse potest. Ac in causa constitutio vna idonea est constituere causam. Quid igitur est dicendum: patet via rationi. Neque enim cause eius pars dicitur esse constitutio: que in controuersiam venit. et quam status constituit: cum presertim qui additur ad causam status: vna iam constitutione firmata: non fit principalis: sed accidentalis atque in vno negotio tot veniant controuersie quot sunt constitutiones. et quot controuersie: tot cause et licet eas vnum contineat negocium: cause tamen impermixte sibi variantur: vt qui iuuenem de lupanari exeuntem vidit: paulo post de eodem loco vxorem suam vidit egressam: accusat iuuenem adulterii. hic vnum negocium hoc quod vertitur est. cause autem due vna: coniecturalis: si neget se fecisse. Altera diffinitiua: si in lupanari concubitum dicat non posse adulterium putari. Sed neque neganti pars eiusdem controuersie coniecturalis status: neque diffinienti diffinitio. totam enim continet causam: causam autem voco non generaliter: sed controuersiam constitutione aliqua formatam. sunt autem constitutiones partes cause: generalis hoc modo. Si enim omnis causa coniecturalis esset: nec alius status inueniretur. non esset status coniecturalis cause pars: sed ipsa causa esset sine dubio coniectura. sed quoniam partim coniectura: partim fine: partim qualitate: partim translatione cause omnes tenentur: pars est constitutio cause non eius: quam tenendo informat: sed eius quam diuidit generalis: cuius scilicet quasi membrum aliquod abscidens suum facit vnumquodque constitutio. Sunt igitur partes vt species constitutiones cause generalis non eius: quam vnaqueque tenens informauerit. Quare genus est Rethorice facultas. Rhetorice vero species tres iudiciale: demonstratiuum: deliberatiuum. Materia autem ciuilis questio: que dicitur causa. partes huius materie constitutiones. rethorice partes inuentio: dispositio: elocutio: memoria pronunciatio: instrumentum oratio. instrumenti partes exordium: narratio: partitio: confirmatio: reprehensio: peroratio: opus est docere et mouere. actor est orator. officium bene dicere. finis tum benedixisse: tum persuadere. est vero tota Rhetorica in speciebus. Species vero ita totam materiam informant: vt tamen vicissim totam sibi vendicent. quod ex hoc intelligi potest: quoniam omnes materie partes singule species tenent. Nam in iudiciali quattuor constitutiones inuenies: et in deliberatiuo: demonstratiuoque easdem quattuor inuenire queas. Unde ostenditur: si omnes partes cause generalis que est ciuilis questio: singule species habent. omnes vero partes causa ipsa est. causam idest ciuilem questionem a speciebus vicissim vendicari totam eodem modo: quo vox vno tempore ad plurimorum aures peruenit cum suis integra partibus idest elementis: nam eodem tempore tota causa ad diuersas species cum suis partibus transit. Sed cum species in materiam venerint idest in ciuilem questionem: et eam cum suis obtinuerint partibus inferunt secum et ipsam Rhetoricam facultatem. Quare et Rhetorice partes in singulis constitutionibus inerunt. Sed illata materia Rhetorica infert secum instrumentum suum: infert igitur secum orationem: et hec etiam proprias partes: et itaque in constitutionibus tractandis exordium: et cetera. Sed cum instrumentum venerit in ciuilem questionem: operam quoque suam simul infert. Hec docebit igitur: ac persuadebit in omni constitutione. sed hec per se venire non poterunt: nisi sit: qui hec moueat velut artifex atque architectus. Hic autem est orator: qui cum ad causam accesserit: faciat officium suum. bene igitur dicet et in omni genere causarum: et in omni constitutione orator: faciat etiam finem: tum ut benedixerit in omni constitutione: tum ut persuaserit. De singulis igitur nunc quidem in commune tractauimus. De vnoquoque vero separatim post si erit ocium: commodum differemus. Atque hec hactenus nunc de inuentione tractandum est. et enim prius quidem dialecticos edidimus. nunc rhetoricos promimus locos. quos ex attributis persone ac negocio venire necesse est: persona est que in iudicium vocatur: cuius dictum: factum ve reprehenditur. Negocium factum dictum ve persone propter quod in iudicium vocatur. Itaque

in his

In his duobus omnis locorum ratio constituta est que enim habent reprehensionis occasionem. eadē nisi omnino ad inexcusabilem partem vergunt: defēsionis copiam subministrant: et eisdem enim locis oīs accusatio defensioq; consistit. Si igitur persona in iudicium vocatur: neq; factum dictum vt vllum reprehenditur: causa esse non poterit. Nec vero factum: dictum ve aliquid in iudicium proferri potest: si persona non extet. itaq; in his duobus omnis iudiciorum ratio versatur in persona atq; negocio. Sed (vt diximus) persona est que in iudicium vocatur: negocium factum dictumq; persone: propter quod reus statuitur. persona igitur et negocium suggerere argumenta nō possunt. De ipsis enim questio est. De quibus autem dubitatur ea dubitationi facere fidem nequeūt argumentum vero erat ratio rei dubie faciens fidē: faciūt autem negocio fidem ea que sunt personis: ac negociis attributa. Ac si quando persona negocio faciat fidem: veluti si queratur contra remp. fecisse catilinam quoniam persona est viciorum turpitudine denotata tunc non in eo q persona est: et in iudicium vocatur: fidem negocio facit: sed in eo q et attributis persone quandam suscipit qualitatem. Sed vt rerum ordo clarius colliquescat: de circumstantiis arbitror esse dicendum. Circumstantie sunt. que conuenientes substantiā questionis efficiunt. Nisi enim sit qui fecerit: et quod fecerit: causaq; cur fecerit: locus: tempusq;: quo fecerit: modus etiam facultatesq; si desunt causa non stabit. Has igitur circumstantias in gemina cicero partitur: vt eam que est quis circumstantiam in attributis persone ponat. Reliquas vero circūstantias in attributis negocio cōstituat: et primam quidem circūstātiā eam: que est quis: quoniam persone attribuit. secat in .xi. partes: nomē vt verres naturā vt barbarus. victum: vt amicus nobiliū studiis: vt geometer: fortunam: vt ciues rōm vt exul. affectionē vt amās: habitum: vt sapiens: consilio: vt Imo age care pater cervici imponere nostre facta. et orationes. ea que extra illud factum: dictumq; sunt: quod nūc in iudicium devocatur. Reliquas vero circūstātias: que sunt quid: cur quomō: quibus auxiliis. vbi: quādo: in attributis negocio ponit. Quid et cur dicens continentia cum ipso negocio. Cur in causa constitutēs. ea enī causa est vniuscuiusq; facti. propter quam factū est. Quid vero secat in quattuor partes in summā facti: vt parentē occisio et hac maxime locus sumitur amplificationis. Ante factum: vt concitus gladium rapuit. dum fit vt vehementer percussit. post factum in abdito sepeliuit. Que cum omnia sint facta: tñ quoniam ad gestum negotium. de quo queritur pertinent: non sunt facta que in attributis persone numerata sunt: illa enim extra negocium: de quo agitur posita personaz informantia fidem ei negocio prestant: de quo versatur intentio. Nec vero facta. q̄ continētia sunt cū ipso negocio: ad ipsum negocium: de quo queritur pertinent. Postremas vero quattuor circūstantias: Cicero ponit in gestione negocii: que est secunda pars attributorū negociis: et eam quidem circunstantiam: que est quando: diuidit in tempus: vt nocte fecit. et in occasionem vt cūctis dormientibus: eam vero circunstātiam que est vbi. locum dicit: vt in cubiculo fecit. quomodo vero et circunstantiis modum: vt clam fecit. Quibus auxilius circunstantiarum facultatē appellat: vt cū multo exercitu. Quorum quidem locorum et si ex circunstantiarum natura discretio data est: nos tamen beniuolentius faciemus si vberius eorum a se differentias ostendamus. Nam cum ex circunstātiis alia Tullius posuerit esse continentis cum ipso negocio. alia vero in gestione negocii. Atq; in continentibus cum ipso negocio illum enumerauit locum: quē appellauit dum fit: ex ipsa prolationis significatione idē videtur esse locus hic: dum fit ei qui est in gestione negocii. sz non ita est. qz dum fit illud est: quod eo tempore admissum est: dum facinus perpetratur: vt percussit. In gestione vero negocii ea sunt: que ante factum: et dum fit: et post factum quod gestum est: continent. in omnibus enim tempus: locus: occasio modus: facultas inquiritur. Rursus dum fit factum est: quo administratum est negocium: que igitur sunt in gestione negocii: non sunt facta: sed facto adherentia: nullus enim tempus: occasionem: locum: modū facultatem facta esse consenserit: sed (vt dictum est) que cuilibet facto adherentia sunt. atq; id nullo modo relinquūt quadam ratione subiecta sunt ipsi quod gestum est negocio. Item ea que sunt in gestiōe negocii: sine his que sunt continentia cum ipso negocio esse possunt. Potest enim et locus: et tempus: et occasio: et modus et facultas facti cuiuslibet intelligi etiam si nemo faciat: q illo in loco vel tempore: vel occasione: vel mō vel facultate fieri posset. itaq; ea: que sunt in gestiōe negocii sine his que continentia cum ipso negocio eē possunt: illa vero sine his esse non possunt factum enī preter locum: tempus: occasionem. modū. facultatēq; esse non poterit: atq; hec sunt que in attributis psōne: ac negocio constant: veluti in dialecticis locis ea que in ipsis herent: de quibus queritur. Reliqua vero que vel sunt adiuncta negocio: vel gestum negocium consequūtur talia sunt: qualia in dialecticis locis ea: q̄ sm Themistium partim rei substantiam consequuntur: partim sunt extrinsecus: partim versantur in mediis sm Ciceronem uero inter affecta numerata sunt vel extrinsecus posita. Sunt enim adiuncta negocio ipsa etiam que fidē faciunt questioni affecta quodā modo ad id: de quo queritur: et respicientia negociū: de quo agitur hoc modo. Nam circunstantie septem in attributis persone: vel negocio numerate sunt: he cū ceperint cōparari. et qsi in relationē venire: si qd ad se continēs referatur: vel ad id quod continet sit: aut spēs: aut genus. at si ad id referatur. quod ab eo lōgissime distet contrarium est: at si ad finē suū atq; exitum referatur: euentus est. eodē quoq; modo maiora: ad minora: et paria comparantur. Atq; omnino tales loci in his: que sunt ad aliquid considerantur. nā maius: aut minus: aut simile: aut eque magnum: aut disperatum accidunt circunstantiis: que in attributis negocio. atq; persone numerate sunt. vt dum ipse circunstantie aliis comparantur. fiat ex his argumētum dicti. facti vt. quod in iudicium trahitur. Distant autem a superioribus: q superiores loci vel facta continebant: vel facta ita adherebant: ut separari non possint: vt locus. tempus: et cetera que gestum negocium non relinquunt. hec uero: que sunt adiuncta negocio non adherent ipsi negocio: sed accidunt circunstantiis: et tunc demum argumentum prestāt. cū ad comparationem venerint. Sumuntur vero argumenta non ex contrarietate: sed ex contrario: et nō ex similitudine: sed ex simili: ut appareat non ex relatōe sumi argumenta: sed ex adiunctis negocio: et ea esse adiuncta negocio: que sunt ad ipsum de quo agitur negocium affecta. ¶ Consecutio uero que pars quar

ta eorum'que negocijs attributa sunt:neqꝫ in ipsis in est rebus:neqꝫ rerum substantiam non relinquit:neqꝫ ex comparatione reperitur:sed rem gestam vel antecedit;vel etiam consequitur. Atqꝫ hic totus locꝰ extrinsecus est.primum enim in eo queritur id quod factum est:quo nomine appellari cõueniat.in quo nõ de re:sed de vocabulo laboratur:qui deinde actores eius facti.ꝛ inuentionis comprobatores:atqꝫ emuli fuerunt. Id totum ex iudicio:ꝛ quodam testimonio extrinsecus posito ad subsidium confluit argumenti. deinde ꝛ que eius rei sit lex:cõsuetudo.actio:iudiciũ sententia:artificium. Deinde queriẗ:si natura eiꝰ eue nire vulgo soleat.an insolenter ꝛ raro vtrum hominẽ id sua autoritate comprobare.an offendere in his cõsueuerint:ꝛ cetera:que factum aliquod similiter confestim;aut interuallo solent consequi que necesse est extrinsecus posita ad opinionem magis tendere:qꝫ ad ipsam rerum naturaꝫ. Itaqꝫ in his quattuor licet negocijs attributa diuidere:vt sint partim continentia cum ipso negocio:que facta esse superius dictum est;partim in gestione negocij:que nõ esse facta, sed factis adherentia dudum monstrauimus;partim adiuncta negocio.hec(vt dictum est)in relatione ponũtur.partim gestum negocium consequuntur. horum fides extrinsecus sumitur. Ac de rhetoricis qdẽ locis satis dictuꝫ est.nunc illud est explicanduꝫ que sit his similitudo cum dialecticis.que vero diuersitas.quod cum idonee conuenienterqꝫ monstrauero:propositi operis explicabitur intentio.primo adeo vt in dialecticis locis(sicut themistio placet)alij sunt qui in ipsis herent.de quibus queritur:alij assumuntur extrinsecus:alij ꝟo medij inter vtrosqꝫ locati sunt. sic in rhetoricis quoqꝫ locis alij in ipsis:atqꝫ negocio consistunt de quibus ex diuersa parte certatur:alij vero extrinsecus;vt hi,qui gestum negocium consequuntur.alij vero medij: Quorum quidem proximi negocio sunt hi qui ex circunstãtijs sicut reliqui in gestione negocij ꝯsiderantur. Illi ꝟo:qui in adiunctꝫ negocio collocantur.ipsi quoqꝫ inter medios locos positi sunt:quoniam negocium:de quo agitur:quadaꝫ affectione respiciunt.vel si quis ea quideꝫ que personis attributa sunt;vel que continentia sunt cum ipso negocio;vel que in gestione negocij considerantur:his similia locis dicat:qui ab ipsis in dialectica trahũtur de quibus in questione dubitatur. Consequentia ꝟo negociuꝫ ponat extrinsecus:adiũcta vero inter vtrũqꝫ constituat. Ciceronis vero diuisioni hoc modo fiet similis: Nam ea que continentia sunt cum ipso negocio;vel ea que in gestione negocij cõsiderantur:in ipsis herent de quibus queritur.ea ꝟo que iuncta sunt inter affecta ponuntur.sed ea que gestum negocium consequuntur:extrinsecus locata sunt:vel si quis ea quidem que continentia sunt cum ipso negocio:in ipsis herere arbitretur.affecta ꝟo esse ea que sunt in gestione negocij vel adiuncta negocio:extrinsecus vero ea:que gestum negocium consequitur.iaꝫ vero sunt ille perspicue communitates.qꝫ quidem ipsi pene in vtrisqꝫ facultatibus versantur loci:ut genꝰ:vt pars:vt similitudo:vt contrarium:vt maius:ac minus De communitatibus satis dictuꝫ est. Differentie vero ille sunt:qꝫ dialectici thesibus apti sunt Rhetorici tãtum ad hypotheses.i.ad questiones informandas circunstantijs assumuntur.naꝫ sicut ipse facultates a semetipsis vniuersalitate ꝛ particularitate distiicte sũt ita etiam eorum loci ambitu et contractione discreti sunt. Nam dialecticorum locorum maior est ambitꝰ:ꝛ quoniaꝫ preter circunstantias:sunt:que singulares faciunt causas:non modo ad theses vtiles sunt;verũ etiam ad argumenta:que in hypothesibus posita sũt eorumqꝫ locos:qui ex circunstantijs constant claudũt atqꝫ ambiunt.itaqꝫ fit;vt semper egeat Rhetor dialecticis locis.Dialecticus ꝟo suis possit esse contentus Rhetor enim:quoniam causas ex circunstantijs tractat:ex eisdem circunstantijs argumenta presumet:qꝫ necesse est ab vniuersalibus ꝛ simplicibus confirmari:qui sunt dialectici. Dialecticus vero:qui prior est:posteriore non eget:nisi aliquando inciderit questio persone.vt cum sit incidens.Dialectico ad probandã suam thesim causa circunstantijs inclusa:tum demum rhetoricis vtatur locis. Itaqꝫ in dialecticis locis:si ita contingat a genere argumenta sumuntur.i.ab ipsa generis natura. Sed in rhetoricis ab eo genere:quod:illic genus est:de quo agitur.nec nature generis:sed de re.s.ipsa:que genus est. Sed vt progrediatur:ratio ex eo pendet:qꝫ natura generis ante precognita est:ut si dubitetur:an fuerit aliquis ebrius.Dicetur si refellere velimus:non fuisse:quoniam nulla in eo luxuries antecesserit:ideirco nimirum:quia cuꝫ luxuries ebrietatis sit quasi quoddam genus:cum luxuries nulla fuerit:nec ebrietas quideꝫ fuit. Sed hoc pendet ex altero. Cuꝫ enim luxuries nõ fuit:ebrietas esse nõ potuit. Ex natura generis demonstratur.qꝺ dialectica ratio subministrat;Unde enĩ genus abest Inde etiam species abesse necesse est:quoniam genꝰ species non relinquit. ꝛ de similibus quidem.ꝛ de contrarijs eodem modo:in quibus maxima dissimilitudo in rhetoricos ac dialecticos locos. Dialectica cuꝫ ex ipsis qualitatibus,Rhetorica ex qualitate suscipiẽtibus rebus argumenta vestigat. vt dialecticus ex genere.idest ex ipsa generis natura. Rhetor ex ea re:que genus est. Dialecticus ex similitudĩe Rhetor ex simili.i.ex ea re.que similitudinem cepit. Eodem modo ille ex contrarietate hic ex contrario. Oĩbus igiẗ:que superius proposuimus expeditis, illud arbitror apponendum:qꝫ.Mar.Tullius Topica que ad.L.Trebatium peritum iuris edidit.non eo modo:quo de ipsis disputari possit disseruit:sed quemadmodũ Rhetorice facultatis argumenta ducerẽtur:quod in his cõmentarijs diligentius expediuimus:qui a nobis in eiusdeꝫ Ciceronis Topica conscripti sũt. Quo autem modo de his dialecticis rationibus disputeẗ:in his cõmentarijs:quos in aristotelis topica a nobis translata conscripsimus expeditum est.

FINIS


Incipit Boetij de sillogismo categorico liber prim⁹

Multa greci veteres posteris suis inconsultissimis reliquere tractatib⁹ in quibusdam prenisq; ad res densa caligantes obscuritate venirent: quasi quadam intelligentie luctatione preludunt. hinc per introductionem ē facilior discibiliorq; doctrina: hinc per ea que illi. προλεγομένα vocant nos predicta vel predicenda possumus dicere: ad intelligentiaz promptior via munitur. hanc igitur prouidentiam nō exosus statuí ego quoq; in res obscurissimas aliquem quodāmodo pontem ponere mediocriter quidq; delibans: ita vt si quid breuius dictum sit: id nos dilatatione ad intelligentiam porrigimus. si quid suo more aristoteles nominum verborumq; mutatione turbauit: nos intelligentie seruientes ad consuetum vocabulum reducamus: siquid vero vt ad doctos scribens summa tantū tangens designatione monstrauit nos id introductionis modo aliqua in eas res tractatione disposita perquiramus. sed si qui ad hoc opus legendum accesserit ab his petitum sit: ne in his que nunq; attigerunt: statim audeant iudicare: neue si quid in puerilibus disciplinis: acceperint: id sacrosanctuz iudicent: quādo quidez res teneris auribus accommodatas sepe philosophie senior tractatus diminuat. si quid vero ab his non videbitur ne statim obstrepant: sed ratione consulta quid ipsi opinentur: quid ue nos ponimus: veriore mentis acumine ⁊ subtiliore pertractata ratione diiudicent. Et hi quidem si nos (vt arbitror) non sufficimus: eos commentarios de quibus hec protulimus: degustent blando fortasse sapore subtilitatis eliciti: quamuis infrem ⁊ indomiti certatores sint: veterum virorum inexpugnabilibus auctoritatibus acquiescent: si quis vero grece orationis expers est in his: vt si qua horum sunt similia: desuadebit. Itaq; hec huius prohemij lex erit: vt forum nostrum nemo non intellecturus: ⁊ ob hoc culpaturus inspiciat. sed ne prohemij tempus nihil afferentibus teratur: inchoandū nobis est illo prius depulso periculo: ne a quoq; stilo culpetur oratio. Non enim eloquentie compositiones sed planiciem consectamur. Quod si hoc efficimus q̄libet incomposite loquentes intentio quoq; nostra nobis perfecta est. Sed quoniam syllogismorum prima est propositio: de propositionibus hoc libello tractat⁹ habebitur. Et quoniam propositionis partes sunt nomen ⁊ verbū: ps autē ab eo cuius pars ē prior est: de noīe ⁊ verbo: que prima sunt: disputatio prima ponatur. ¶ Nomen est vox designatiua ad placitum sine tempore cuius nulla pars extra designatiua est: vox autem dictum est quia vox nominum genus est. Oīs autem diffinitio a genere trahitur: vt si diffinias hominem: animal dicis. idest genus. Post vero rationale idest differentiaz. designatiua vero est dicta: quia sunt voces quedam: que nihil significant vt sunt syllabe. Nomen vero designat id cuius nomen est. Ad placitum vero quia nullum nomen aliquid per se significat: sed ad ponentis placitum. Illud enim vnaqueq; res dicatur: quod ei placuit: qui primus nomen illud impressit. Sunt enim voces naturaliter significantes vt canum latratus iras canum significat. sed nō sunt nomina: quia non sunt ad placitum significantes: sed natura. sine tempore vero: quod verba quidem voces sunt ⁊ designatiue ⁊ secundum placitum: sed distant quod nomina quidem sine tempore sunt: verba cum tempore. Cuius vero nulla pars extra designatiua est quod oratio ⁊ ipsa vox est: ⁊ designatiua: ⁊ secundum placitum: ⁊ aliquotiens sine tempore est: sed orationis partes significant: nominis vero partes nihil significant. In ciceronis enim nomine nulla extra pars designatiua est: neq; ci neq; ce neq; ro. Neq; si ex duob⁹ integris nomina sint. Quod enim in vno consignificat: id extra non significat. In nomine eniz magister magis ⁊ ter consignificāt: quia est magister. sublatuz ter ⁊ magis non erit alicuius significatio: nisi tibi hoc alij nomen dare placuerit. Omnia enim nomina non naturaliter sunt. sed ad placitum ponuntur. Sed de hoc in commentario libri. περὶ ἑρμηνείας Aristotelis dictum est: ⁊ maior eius rei tractatus est: quaz vt nunc queat expediri. Reuertamur igitur ad nomen. sed quoniam sunt quedam voces: que ⁊ designatiue sunt: ⁊ sm placitum ⁊ sine tempore: quaruz dubia sit natura. idest non homo: hoc enim significat equidem quiddam ⁊ secundum placitum: appositum est enim sed dubium est: cui subdi possit: nomen enim non potest. Omne enim nomen significat aliquid definitum Non homo autem quod definituz est perimit. oratio vero dici non potest. Omnis eniz oratio ex nominib⁹ ⁊ verbis constat. Non homo autez neq; ex nominib⁹ constat neq; ex verbis. sed multo magis esse non potest verbum. Omne enim verbum cum tempore est, non homo sine tempore est. quid sit ergo ita vidēdū est. Et quoniam non homo vox significat equidem quiddam: quid autem significet in homine ipso non continetur. Potest enim non homo ⁊ equus esse ⁊ lapis. ⁊ domus: ⁊ quicquid homo non fuerit: quoniam ea que significare potest infinita sunt: infinitum nomen vocatur Et quoniam sunt quedam voces ⁊ designatiue ⁊ ad placitum ⁊ definite ⁊ quarum partes extra nihil significant: vt sunt casus nominum vt ciceronis vel cicerone. ⁊c. hec nomina non erunt. ¶ Omne enim nomen iunctum cum est verbo aut verum aut falsum demonstrat. vt si dicas dies est: hoc vo aut verū aut falsum est. si vero casus iūgas neq; verū neq; falsum efficis. Si enim dicas dici est nihil quid sit aut non sit demonstrasti. Itaq; nihil ex hoc neq; verum neq; falsum efficies. Et merito dictum videtur. Quod enim primo vocabulum nomina rebus imponentes dixerint. id solum nomen vocabitur merito. Qui enim primus circo circum nomen imposuit ita dixisse videtur. dicatur hoc circus. Atq; ideo primus hic casus nominatiuus vocatur: quod nomen sit. Alijs vero nominibus non nominis ceteros casus appellauere. Ergo a capite reuoluendum est vocem dictam quod vox nominum genus sit designatiuam vero: vt ab his vocibus separetur: que nihil significant Ad placitum vero: vt ab his separetur: que naturaliter significant: vt sunt pecudum. Cuius vero nulla pars extra significat: vt diuideretur: ab oratione: cuius partes nomina sunt ⁊ verba: que significant: sine tempore vero dictum est ad diuisionē verbi: quod cū tēpore est. Finitaz vero vt ab infinitis separet̄. Rectā vero. vt a casibus destingueret̄. Et in verbo eadē fere oīa conueniunt. Est eniz verbuz vox significatiua ad

placitum cum tempore cuius pars nulla extra signi-
ficatiua est. ⁊ quia quedam vox significatiua ad placi
tum cum tempore cuius pars nihil significat vt non
albet. Non albet enim quod cum non iunctum consi-
gnificat: solum non significat: ⁊ quidem nihil desini-
tum monstrat. Quod enim non albet: potest ⁊ rube-
re: potest ⁊ nigrescere: potest: ⁊ pallere ⁊ quicquid si
non albet: ideo infinitum verbum vocatum est. facie
bat autem ⁊ facturos: vt superius in nomine non ver
ba: sed casus verborum sunt. Repetendum est igitur
ab initio verbum esse vocem dictum a genere signifi
catiua vero: vt ab non significatiuis vocibus diuide-
retur. Ad placitum vero vt ab illis que natura sunt
significatiue vocibus separaretur. Cum tempore ve
ro vt a nomine diuideretur. Presens vero aliquid
significare: vt a verbi casibus disiungeretur. fi-
nita vero. vt ab infinitis determinaretur. Restat er-
go quid sit oratio dicere. Hec enim ex nomine ⁊ ver-
bo componi videtur: sed prius vtrum nomen ⁊ ver-
bum sole partes orationis sint consideremus. alie sex
vt grammaticorum opinio fert: an aliquia ex his in
verbi ⁊ nominis iura vertantur: quod nisi prius con-
stitutum sit tota propositionum: ac deinceps ea ipsa
que ex propositionibus componitur sillogismorum ra
tio turbabitur. Nam si ex quo sint genere termini ne
sciatur totum ignorabitur. Nomen ⁊ verbū due sunt
partes putande: cetere enim non partes sed oratio-
nis supplementa sunt: non etiam partes vt enim qua
drigarum frena vel lora non partes sed quedam quo
dammodo ligature sunt: ⁊ vt dictum est supple-
menta non etiam partes sic coniunctiones ⁊ preposi
tiones ⁊ alia huiusmodi non partes orationis sunt: sꝫ
quedam colligamenta. Participium vero quod voca
tur verbi loco ponatur quoniam temporis demōstra
tiuum est. Aduerbium vero nomen est. cuiusdam enī
definite significationis est sine tempore: quod si per
casus non flectitur nihil impedit. Non enim est pro-
priū nominis flecti per casus. sunt enim quedam no-
mina que flecti non possunt que a grammaticis mo-
nor tota nominantur. sed hoc grammatice magis qꝫ
huius considerationis est. Oratio est vox designati
ua ad placitum cuius partes aliquid extra significāt
vt dictio nō vt affirmatio. Et orationi est commune
cum nomīe ⁊ verbo: quod vox est ⁊ designatiua: ⁊ ad
placitum. Cuius enim partes ad placitū sunt ea quo
qꝫ ipsa ad placitum est. Orationis autem partes sūt
nomen ⁊ verbum. Sed hec ad placitum. oratio igiꝰ
ad placitum est. Termini vero orationis a dialecticis
nomina ⁊ verba. Termini vero dicti sunt quod vsqꝫ
ad verbum ⁊ nomen resolutio partium orationis fiat
neqꝫ orationem vsqꝫ ad sillabas nominum vel verbo
rum temptet resoluere: que iam designatiue non sūt.
Distat autem a nomine vel verbo oratio quod illius
partes extra significāt: verbi ⁊ nominis partes extra
non designant. Est autem dictio vnius simplex voca-
buli nuncupatio: vel simplex affirmatio. Atqꝫ ideo di
ctum est orationis partes significare: vt dictionem. i.
vt simplicem vocabuli nuncupationem. In oratione
enim socrates ambulat: vtraqꝫ extra significat tantū
qu mitum simplex vocabuli nuncupatio designare qꝫ-
at. Quomodo autem vt affirmatio simplex non signi
ficari in commentario periermenias explicui. Quid
autem sit affirmatio ⁊ negatio paulopost explicabi-
mus: sunt vero species orationis in angustissima diui
sione. v. interrogatiua: ut putasne anima immorta-
lis est. Imperatiua ut accipe codicem. Optatiua uel
depcatiua et faciat deus. Vocatiua ut adesto deus.
Enunciatiua uero ut socrates ambulat. sed neqꝫ i il-
lis quattuor ueritas est: neqꝫ falsitas. Enunciatiua ue
ro sola: aut uerum aut falsum continet. Atqꝫ hinc pro
positiones oriuntur. Enunciatio autem in duas par-
tes secabitur: in affirmationem ⁊ negationem. Affir
matio est enunciatio alicuius ad aliquid. Negatio
est enūciatio alicuius ab aliquo. Et est affirmatio: ut
puta plato philosophus est. Negatio plato philoso
phus non est. Affirmatio enim ad platonem philoso-
phiam enunciat aliquam. idest platonem esse philoso
phum. Negatio uero ab aliquo platone aliquā philo
sophiam enunciando tollit. idest enunciat platonem
non esse philosophū. Enūciatiuarum igiꝰ orationū:
alie sunt simplices alie nō simplices. Simplices sūt ut
si dicas dies ē. nō simplices vt si dies ē lux ē. Affirma
tiones uero ⁊ negationes: alie sunt uniuersales: alie
sunt particulares: alie indefinite. uniuersales sunt q̄
aut omne affirmāt: ut ois homo animal est: aut om-
ne negāt: ut nullus homo animal est. particulares vo
que aliquē affirmant ⁊ aliquē negant: ut aliquis hō
animal est. aliquis homo animal non est. Indefinite ue
ro que neqꝫ uniuersaliter affirmant: aut negāt: neqꝫ
particulariter: ut homo animal est: homo animal nō
est. Diuidiꝰ autem simplex propositio in duas partes
in subiectū ⁊ predicatum: ut hō aīal est: homo subie-
ctū aīal predicatum de homine: hee autez partes ter
mini nominanꝰ. Quos diffinimus sic: termini sūt par
tes simplicis propositionis in quibus diuiditur princi
paliter propositio. Est enim simplicis ꝓpositionis ui
uersalis: secunda diuisio ut in propositione omnis hō
animal ē. ois hō unus terminus. alius uero sit aīal
est. Sed hoc secundo loco illud uero principaliter. nā
primi termini sunt sbm ⁊ p̄dicatum. Est enim ⁊ nō ē
non magis termini quā affirmationis uel negatōis
designatiua sunt: ⁊ ois uel nulꝰ uel aliquis non ma-
gis sunt termini quā diffinitionum utrum particula-
riter an uniuersaliter dictum sit designatiua sunt. Di
uiditur ergo ut dictū ē ꝓpositio i id qd sbm ē: ⁊ in id
qd p̄dicaꝰ. Dico aūt sbm ut in ois hō aīal est ꝓposi-
tione hominē. id vo quod predicatur animal. ⁊ semꝑ
quod predicatur: aut abundat: aut superest subiecto
aut equatur. Minus autem predicatū a sbo nūqꝫ re
peritur. Sed id quod diuersis demonstramus exēplis
subiecto p̄dicatū habūdat quotiēs genꝰ aliqd de ali-
quo predicatur: ut si dicas ois homo aīal est. Nō. n.
potest conuertere. oē aīal hō ē qꝛ animal ab homine
plus est ⁊ abundat. Equatur aūt predicatū subiecto
quotiens ꝓprium qddā cuipiam p̄dicatur: ut omnis
homo risibile est: pōt cōuertere oē risibile homo est.
ut aūt minus sit id qd p̄dicatur: fieri negꝰ. Diciꝰ. et p̄
cedere predicatum: sequi quod subiectū est idoneior
est enim p̄dicatio constituere ꝓpositionem: qꝫ id qd
subiectū est. Simplicium autem ꝓpositionū alie sunt
in nullo sibi participantes ut sunt: omnis homo aīal
est. Et uirtꝰ bōa ē: ⁊ alie huiusmodi ꝓpositiones. alie
vo q̄ participant. Participantiū alie sunt: que i utro
qꝫ termino ꝑticipant: alie q̄ in altero. ⁊ altero termi-
no ꝑticipāt tribꝰ modis vtroqꝫ vo duobꝰ. ostēdamꝰ er
go exemplis: quomodo altero tribus modis partici-
pant cōmunis. n. terminus ē: cū in una subtus sit: i al
tera p̄dicaꝰ: ut est ois homo animal est. ⁊ oē animal
animatum: in priore enim propositione animal predi
catur ad hominem: in posteriore predicatur ad aīal

aīatū

animatum & sit alias subiectus. Et est hic primus modus de eis que altero participant. Secundus vero modus in quo in vtrisque communis terminus predicatur: vt si quis dicat. omnis nix candida: & omnis margarita candida. Et enim in prima & secunda propositione candida predicatur: in prima ad niuem in secunda ad margaritam. Et hic secundus modus altero termino participantium. Tertius modus est: quotiens in vtrisque propositionibus communis terminus subiectus est vt si dicas. Virtus bonum est. virtus iustitia est: in vtrisque enim ad iustitiam & ad bonum virtus subiecta est: sunt igitur participantes ad alterum terminum his tribus modis. aut cum in vna communis terminus predicatur: in alia subiectus est: aut in vtrisque predicatur: aut cum in vtrisque subiectus est. Earum vero que ad vtrosque participant terminos duo sunt modi. Alie enim ad eundem ordinem: alie ad ordinis commutationem. Ad eundem sunt: que de eodē idem demonstrāt vel affirmatiue vel negatiue: vel vniuersaliter: vel particulariter. omnis voluptas bonum est. Nulla voluptas bonum est: & rursus particulariter: quedam voluptas bonum est. quedam voluptas bonum non est. Ad ordinis vero commutationem: quotiens qui in altera subiectus est terminus in alia predicatur vt omne bonum iustum est: & omne iustum bonum. Nam in priore bonum subiectum est: iustum predicatum. in secunda iustum subiectum est: bonum predicatum. Nunc ergo quoniam alie ad eundem ordinem alie ad ordinis commutationem sunt: prius dicemus de his: que ad eundem ordinem vtroque termino participant. & quoniam sunt propositiones alie affirmatiue alie negatiue: alie vniuersales alie particulares: alie indefinite: due sunt ex his: que qualitate differūt tres qui quantitate differunt. Et sunt que qualitate differunt: affirmatiua & negatiua: ad quantitatem que vero differunt: sunt vniuersales: particulares: indefinite: in affirmatiuis enim & negatiuis quale quid sit aut non sit ostenditur. In vniuersali particulari indefinita de omnium vel nullorum vel nō nullorū quantitate monstratur. Ex his ergo quinque differentijs. id est vniuersali particulari indefinita: affirmatiua: negatiua: sex coniunctiones fiunt: ita vt tribus que ad quantitatem dicuntur: due que ad qualitatem dicuntur aptentur: & fit vniuersalis affirmatiua: & vniuersalis negatiua: vt omnis homo iustus est: nullus homo animal est: & particularis affirmatiua: & particularis negatiua: quidam homo iustus est: quidam homo iustus non est: & indefinita affirmatiua: & negatiua: vt homo iustus est: homo iustus non est fiunt ergo duabus que sunt ad qualitatem: tribus que sūt ad quantitatem iunctis sex coniunctiones. vt quibus indefinitas affirmatiuas: & negatiuas separemus: & de solis vniuersalibus: & particularibus tractatus habeatur subscribantur etiam earum participantium que ad eundem ordinem vtroque termino participant due vniuersales propositiones: vna affirmatiua: & altera negatiua: & sit affirmatiua vniuersalis omnis homo iustus est. & contra ipsam vniuersalis negatiua nullus homo iustus est. Item sub his ponantur particularis affirmatio: & particularis negatio ita vt sub vniuersali affirmatiua ponatur particularis affirmatiua: & sub vniuersali negatiua ponatur particularis negatiua: & sit particularis affirmatiua quidā homo iustus est: & cōtra ipsam particularis negatiua quidā homo iustus non est: quod monstrat subiecta descriptio.



In superiori igitur descriptiōe vniuersalis affirmatiua & vniuersalis negatiua cōtrarie sunt. subcōtrarie vero particularis affirmatiua & particularis negatiua. subalterne vero dicūtur vlis affirmatiua & particularis affirmatiua: & item vlis negatiua: & particularis negatiua contraiacētes sunt angulares. id est vniuersalis affirmatiua & particularis negatiua. & item vlis negatiua & particularis affirmatiua: vt sunt oīs hō iustus est. Quidam homo iustus non est. Nullus hō iustus est. Quidam homo iustus ē. & sunt que hoc mō diffiniri possūt. Cōtrarie sunt que vniuersaliter eidē idē hec affirmat hec negat. subcōtrarie sunt que particulariter eidē idē hec affirmat: hec negat. subalterne sūt que eidē idem affirmant: vel negant hec particulariter illa vlr: cōtraiacentes sunt quando eidem eandem rē hec affirmat hec negat: vel hec negat. hec affirmat illa generaliter: illa particulariter & vocantur contrarie quod affirmatio vlr ponit: negatio vniuersaliter tollit. Subalterne vero quod illa vlr ponit & hec particulariter ponit. subcontrarie vero dicte sunt: vel quod naturaliter sub ipsis contrarijs posite sunt: vt descriptio docet: vel a contrarijs diuerse sunt: & ipsis contrarijs quodammodo cōtrarie. Nā cōtrarie vt vtreque sil' sint fieri nō pōt: vt vtreque oīno non sint fieri potest. cōtrariā vim obtinebūt subcontrarie. Nam vt vtreque oīno nō sint fieri non potest. vt vtreque sil' sint fieri pōt. Quod in sequentibus melius explicabitur cōtraiacētes nō dicuntur. quoniam vniuersalis affirmatio vel negatio particularem affirmationē vel negationem angulariter respiciunt.

Cū autem singule propositiones habeant duas differēnas: vnā ad qualitatem: alterā ad quātitatē: vt que vniuersalis affirmatiua est habeat differentiam ad quātitatē quia vniuersalis est & aliā ad qualitatē quia affirmatiua est. Eodē mō cetere propositiōes. habeāt binas differētias vnā secundum qualitatē: alteram secundum quātitatē. Subalterne que sūt: vna tātū differētia distāt quantitatis: quod hec particularis: illa vlis est. Nam qualitatis differentiam nullam retinet. vtreque enim affirmatiue sunt. ille vero alie. i. cōtrarie & subcontrarie ad qualitatem: quod illa affirmatiua: illa negatiua est. nā ad quātitatē nihil differunt. vtreque. n. contrarie vniuersales. vtreque subcontrarie particulares sunt. ille autem que cōtraiacentes dicuntur. vtrisque differētijs differunt. Nā & illa vniuersalis affirmatio ē hec particularis negatio: & illa vlis negatio ē hec particularis affirmatio. nunc quoniam que secundum qualitatem: vel secundum quantitatem: vel quō dictū ē differūt earū proprietates: que secundum verū falsumque sunt explicemus. igitur earū que subalterne sunt: si fuerit vera affirmatio vlis vera erit particularis affirmatio. Si enim omnis homo iustus ē: vera ē vera erit: & que dicit aliquis hō iustus est. Nam si omnis homo iustus est: & quidā. Et eodem modo negatiue

subalterne. nā si vniuersalis negatiua vera fuerit erit etiam vera negatiua particularis vt si nullus homo iustus est: vera fuerit erit etiam vera quidam homo iustus non est. nam si nullus homo iustus est: nec quidam: Conuerti autem non potest. nam si particularis vera fuerit: non necesse erit veram esse etiam vniuersalem. vt si quidam homo iustus est: vera sit non necesse erit veram esse: omnis homo iustus est possunt enim esse non omnes. Et eodem modo de negatiua. Nam si particularis negatiua vera fuerit: vt est quidam homo non est iustus non necesse erit vniuersalem nullus homo iustus est veram esse. Potest enī fieri vt quidam sint iusti. Ergo dicimus in subalternis propositionibus si vniuersales vere sint: veras etiam necesse est particulares. sed non conuertitur. Nam si particulares vere sint: non necesse est esse veras etiā vniuersales. Particulares vero ad vniuersales contrariam conuersionem habent. nam (vt superius) si vniuersales vere essent: vere essent etiam particulares: et si particulares vere essent non omnino vere essent etiam vniuersales. in particularibus si particulares false sint: false erunt etiam vniuersales. nam si particularis quidam homo iustus est: falsa fuerit: vniuersalis etiam omnis homo iustus est: erit falsa. nam si quidam homo iustus est: falsa est: vera est nullus homo iustus est. si vera est nullus homo iustus est falsa est omnis homo iustus est. Falsa igitur particulari falsa erit vniuersalis. Item si negatiua particularis falsa sit que est quidam homo iustus non est: falsa erit et nullus homo iustus est. nam si falsum est quidam homo iustus nō est: vera est quia omnis homo iustus ē: si vera est hec falsa est. nullus homo iustus est. falsa igitur particulari falsa erit et vniuersalis. Sed non cōuertitur: vt si vniuersales false sint: falsas esse necesse sit particulares. nam si vniuersalis. omnis homo iustus est falsa fuerit: non necesse est particularem quidam homo iustus est: falsam esse. Potest enim fieri vt si omnis homo iustus non fuerit: sit quidam iustus. et iterum si vniuersalis negatiua nullus homo iustus est: falsa fuerit: non necesse erit quidam homo non ē iustus: falsam esse. nam si falsa est nullus homo iustus est: verum est esse aliquos iustos: vera est etiam que dicit: quidā homo iustus nō est: quod sint quidam etiā non iusti. Repetens igitur a capite dicat quod in subalternis si vniuersales vere fuerint vere erunt etiā particulares. Sed non conuertitur. item si particulares false fuerint: false erunt etiam vniuersales sed non conuertitur. contrarie simul esse vere nunquam possunt Potest autē fieri: vt alias vtreque false sint: alias vna vera: et alia falsa. vtreque false sunt: vt si quis dicat. omnis homo grammaticus est falsa est. nam non omnis homo. nullus homo grammaticus est falsa est. nam nō nullus. est autem vna vera alia falsa: vt si quis sic dicat. omnis homo bipes est: hec affirmatiua vera est: nullus homo bipes est. hec negatiua falsa est. Et iterum omnis hō quadrupes est hec affirmatiua falsa est. Nullus homo quadrupes est hec negatiua vera est. Sunt ergo contrarie aliquotiens vtreque false. aliquotiens inter se verum: falsumque diuidentes: vt vtreque autem vere sint fieri nunquam potest. subcontrarie vero contraria patiuntur. Nam false nunquam reperiri queunt. Sed alias vere vtreque sunt: vt est quidam homo grammaticus est vera est: et quidam homo grammaticus non est et hec vera est. Potest enim alius esse grammaticus et alius non esse. Alias vna vera est. altera falsa. vera est enim affirmatio. quidam homo bipes est. falsa est autē negatio quidam homo bipes nō est. item falsa est affirmatio quidam homo quadrupes est. vera negatio quidam homo quadrupes non ē vt vero vtreque false sint. fieri nunquam potest. ¶ Restat igitur vt de contraiacentibus dicamus que neque false simul aliquando esse possunt neque vere: sed semper vna falsa vera est altera. quod facilius liquet si quis sibi quecunque fingat exempla. Res admonet: vt quādo de indefinitis propositionibus consideremus. indefinite etenim propositiones equam vim retinent particularibus propositionibus. Dictum est enim quod si vniuersalis vel affirmatiue: vel negatiue in subalternis propositionibus essent vere: essent quoque vere et particulares. Nunc vero dicimus: quod si vniuersales propositiones vere fuerint: vere erunt etiam indefinite. Nam si vera est. Omnis homo bipes est: vera est et quidam homo bipes est. vera erit etiam indefinita: homo bipes est. hoc etiam dictum est quod si particulares false essent: false essent etiam vniuersales. nunc vero dicendum est quod si indefinita falsa fuerit falsa erit etiā vniuersalis. Nam si falsa est que dicit. Homo quadrupes est: falsa erit et que dicit. quidā homo quadrupes ē Atque idē hoc etiā in negatiuis conuenire videt. Vnde constat quod oēs indefinite equam vim particularibus retinent propositionibus. Rursus dictum est quod subcōtrarie que particulares affirmatiue et negatiue sūt simul vere esse possūt: diuidere et verū falsūque valēt: simul vero falsas esse non posse. hoc idem indefinitis propositionibus expectandum est. Nam diuidunt verum falsumque iter se: vt si quis dicat hō bipes est vera ē homo bipes non est falsa est: et iterū homo quadrupes ē falsa ē. hō quadrupes non est vera est. vere autem inueniri possunt vt si quis dicat homo grāmaticus ē: si quis hoc dicat de donato: vera ē. Item homo grammaticus nō ē si hoc dicat de Catone verū ē: vt simul false sint nūquā reperiemus. Hic quoque ostendit idefinitas cū particularibus equali eē potentia. āplius quod dictum ē cōtraiacentes. i. vlem affirmatiuā et particularē negatiuā: et iterū vniuersalem negatiuam et particularē affirmatiuā neque veras simul esse neque falsas Sed iter se diuidere verū falsūque. idem hoc euenit in indefinitis. Nam vniuersalis affirmatiua et idefinita negatiua: vel idefinita affirmatiua et vniuersalis negatiua neque vere simul esse possūt: neque simul false. Diuidūt inter se verū falsūque. nam si dixeris: omnis homo bipes ē: vera ē: et si dicas hō nō est bipes falsa ē. Itē si dixeris hō quadrupes ē falsa ē: si dixeris: nullus homo quadrupes ē: vera ē. vnde hinc quoque colligere licet oēs idefinitas potestate: et vi equales eē particularibus. Sūt et quedā ppositiōes: que diuidūt quidē et ipse verum et falsum: vt deus fulminat deus non fulminat. Sed iste tunc diuidūt inter se verū et falsum: cum idē tempus: idem subiectum: idem predicatum sit. quod autem dico tale est. si equiuocum subiectum fuerit: nō diuidunt verum et falsum. Si quis enim dicat cato se vtice occidit: et respondeatur cato se vtice non occidit vtreque vere sūt: Nā et cato minor se peremit: cato censorinus se vtice non occidit. Sed hoc icirco euenit: quod Catonis noīe equoce dr̄. Dr̄. n. maior Cato cēsorinus et minor vticēsis. itē si equoca fuerit i ppositiōe pdicatio verū iter se affirmatio negatioque non diuidunt. Si quis enim sic dicat in nocte lucet. et respondeatur in nocte non lucet. fieri potest vt vtreque vere sint. Nam in nocte lucerna lucere potest: et sol lucere

non

non potest. hoc autem dico euenire: q lucere equiuo
ce & ad lucerne lumen: & ad solis dicitur. āplius si aliō
aliud in subiectis & predicatis tempus fuerit: verum
falsumqꝫ inter se affirmatio negatioqꝫ non diuidunt
nam si quis dicat socrates ambulat & respondeatur
socrates non ambulat possunt vtreqꝫ vere eē. potest
fieri enim vt socrates alio tempore ambulet: alio tem
pore non ambulet: sed aut stet aut sedeat: aut quodli-
bet aliud. in talibus ergo propositionibus quales sūt:
socrates ambulat. Socrates non ambulat: ille inter
se verum falsumqꝫ diuidunt que ad idem subiectum
ad idem predicatum ad idem tempus dicuntur. Sūt
etiam alie que contradictorie dicuntur que sunt huius
modi: quotiens affirmationem vniuersalem tollit ne
gatio particularis: vt est omnis homo iustus est: non
est omnis homo iustus: & rursus nullus homo iustus
est: & quidam homo iustus est. in his enim vniuersa-
lis determinatio tollitur. sed de his alias. Et quoniā
dictum est & de his que eodem ordine participant: di
camus nūc de his que ad ordinis commutationē par
ticipant. Earum quoqꝫ propositionum: que ad cōmu
tationem ordinis participant duplex modus est. Est
enim per contrapositionem conuersio: ut si dicas om
nis homo animal est. omne non animal non homo ē.
simplex conuersio est vt si dicas. omnis homo risibile
& omne risibile homo. sed in illis terminorum tantum
commutatio conuersionem facit: ī quibus neqꝫ predi
catum subiecto: neqꝫ subiectum predicato habundat
In hac enim propositione que dicit omnis homo risi
bile. homo subiectum risibile predicatum equam viz
habent & ideo conuerti potest: vt risibile sit subiectū
& homo predicatum: & dicatur omne risibile homo. I
quibus vnus terminus alio habundauerit: conuerti
propositio non potest. Nam si dicas omnis homo ani
mal est vera est: non tamen potest fieri: vt conuersa-
hec propositio terminis cōmutatis vera sit. falsum ē
enim dicere omne animal homo. Sed hoc cur euenit
quia homine animal habundat. Ista vero conuersio:
que per contrapositionem fit: hoc modo fit. quotiēs
quod in affirmatiua subiectum fuerit: idem mutatum
& factum predicatum ad negatiuam particulam poni
tur vt est omnis homo animal est. Hic homo subie-
ctum est & ad hoc animal predicatur. Si vero quis p
contrapositionem cōuertat: & faciat animal subiectū
hominem predicatum: & ad hominem particulam ne
gatiuam ponat hoc modo faciet. Omne non animal
non homo est: & erit ista conuersio omnis homo ani-
mal est: omne non animal nō homo est. sed de his po
sterius tractabimus: nunc ad simplices reuertamur.
Cum igitur sint quattuor propositiones. quarum due
vniuersales sūt idest affirmatiua & negatiua: due ve
ro particulares idest affirmatiua & negatiua particu
laris affirmatiua & vniuersalis negatiua commutatis
terminis sibi ipsa conuertitur. Cōuertuntur autē ille
(vt dictum est) quotiens commutatis terminis: vel si
mul vere sunt: vel simul false. Nam si quis dicat quidā
homo animal est vera est: Conuersio vero eius: que
est quoddam animal homo est vera est. Item quidā
homo lapis est falsa est quemadmodum conuersio eiꝰ
quidam lapis homo est: & ista falsa est. Et igitur par
ticularis affirmatiua que commutatis terminis sibi
ipsa conuertitur. Idem vero patitur vniuersalis ne-
gatio. Si quis enim dicat nullus homo lapis est vera
est Potest conuerti nullus lapis homo. nam & ista ve
ra est. Item nullus homo rhetor est: falsa est: & eiꝰ cō
uersio nullus rhetor homo est. falsa ē. In quattuor igi
tur his propositionibus due tantum contraiacentes
sibi ipse conuertuntur. idest particularis affirmatiua
& vniuersalis negatiua. Alie vero due sibi ipsis nō cō
uertuntur. Nam neqꝫ vniuersalis affirmatio: neqꝫ par
ticularis negatio sibi ipsa conuertitur. Si quis enim di
cat. Omnis homo animal est vera est. Si quis vero
conuertat. omne animal homo: falsum est. Non igitē
sibi ipsi conuerti potest. quoniam conuersa prioris ve
ritatem non recipit. Neqꝫ vero particularis negatio
sibi ipsi conuertitur. Nam si quis dicat quidam homo
grammaticus non est: vera est. si vero conuertat: qui
dam grammaticus homo nō est falsa est. Omnis enī
grammaticus homo est. Repetendum est igitur a ca
pite: q cū quattuor propositiōes sint affirmatio vniuer
salis: negatio vniuersalis: affirmatio particularis: ne
gatio particularis: particularis affirmatio: & vniuer
salis negatio que contraiacētes sunt. sibi ipsis cōuer-
ti possunt. Uniuersalis vero affirmatio & particula-
ris negatio: que ipse contraiacentes sunt nunquā pos
sunt. Nec hoc nos turbet: q quedam affirmationes
vniuersales: & quedam particulares negationes con-
uerti possunt. Potest enim dici omnis homo risibilis
est: omne risibile homo est. & vtreqꝫ vere sunt. Et ite
rum omnis homo hinnibilis est. falsa est. & omne hin
nibile homo. hec quoqꝫ falsa est. Item in particulari
negatione. quidam homo nō est lapis: vera est: & qui
dam lapis non est homo: vera est. Item quidam ho-
mo non est risibile falsa est: quidam risibile homo nō
ē rursus hec quoqꝫ falsa est. ergo videntur posse vni
uersales affirmationes: & particulares negationes cō
uerti & conuertuntur quidem: sed non vniuersaliter.
Generaliter autem dico propositiones posse conuer
ti. quotiens vniuersaliter in omnibus conuertuntur.
Iste autem in duabus solis materiebus conuerti pos
sunt. Si quis enim proprium cuiuslibet speciei ad ipsam
speciem cuius est proprium velut ad subiectum predi
cet. potest conuertere. Nam quia risibile proprium ē
hominis: si predices risibile & subiicias hominem: vt
est omnis homo risibile est: potes iterum subiicere ri
sibile & hominem predicare: vt si dicas omne risibile
homo. In illis vero simul false sunt generalium affir
mationum conuersiones in quibus id quod predicatē
ad subiectum nullo tempore dici potest. vt si quis di-
cat omnis homo lapis est falsa est. Et iterum omnis
lapis homo est falsa est hec. Quoniam nullo tempo-
re neqꝫ homo lapis neqꝫ lapis homo predicabitur. in
particularibus negatiuis contrarium est. nam cū fal
se sunt: cū proprium subiectum est aut predicatū: vt si
quis dicat. Quidam homo risibile non est: falsum est
Item quoddam risibile homo nō est. & hec quoqꝫ fal
sa est. In illis vere sunt: quando id quod affirmando
nullo tempore vere predicari potest ad subiectum pre
dicant. vt si dicas quidam homo lapis non est vera ē.
Iterum quidam lapis homo non est vera est. Ergo
vniuersales affirmationes tum sibi conuertuntur. vt
vere sint: cū propriū predicāt: tū sibi cōuertuntur: vt fal
se sint cum id quod nullo tempore ad subiectum vere
dici potest predicatē. Itē i particularibus negatiuis:
tū false sunt: cum propriū predicant: tum vere: cum id
quod nullo tēpore vere dici pōt: predicant. In his er
go solis conuerti possunt iste. In alijs vō cōuerti nō
possunt. Atqꝫ iō vniuersalr nō cōuertuntur remanet
ergo ī alijs rebus oībus vt superius dictum est: non
conuertuntur: hoc vero pspiciendū est. qd particula

ris affirmatio que sibi ipsi conuertitur. vniuersali affirmationi que sibi non conuertitur per accidens conuerti potest. Et item contraiacens vniuersali affirmationi particularis negatio: que sibiipsi non conuertitur conuerti potest per accidens negationi vniuersali: que sibiipsi conuertitur. Sed quomodo particularis affirmatio et vniuersalis negatio sibiipsis conuertantur ostendimus. Nunc vero quomodo particularis affirmatio vniuersali affirmationi per accidens: vel quomodo particularis negatio vniuersali negationi per accidens conuertantur demonstrandum est. Dictum est superius: quod si vera est vniuersalis affirmatio: vera est et particularis. et sequeretur particularis vniuersalem. Nam si vera est omnis homo animal est: vera est et quidam homo animal est. Si enim omnis et quidam sed particularis affirmatio sibi ipsi conuertitur. conuertitur etiam vniuersali affirmationi. Nam si omnis homo animal est et quidam homo animal est. Sed ista sibi conuertitur. hoc modo si dicas: quidam homo animal est. Potest igitur conuerti ad omnis homo animal est vniuersalem affirmationem particularis affirmatio: que est quidam homo animal est: vt dicas quoddaz animal homo. vtreqz enim vere sint et que dicit omnis homo animal est: et que dicit quoddam aial hō est. per accidens autem conuerti dicitur particularis affirmatio vniuersali affirmationi: quia particularis affirmatio sibiipsi particulariter conuertitur. Secundo vero loco vniuersali affirmationi conuertitur. Restat igitur: vt hoc monstremus. Quomodo particularis negatio que sibi nō conuertitur: vniuersali negationi que sibi conuertitur: per accidens conuertatur et hec eadem ratio est. Nam quoniam vniuersalis negatio si vera est: vera est etiam particularis vniuersalis vero negatio sibiipsi conuertitur: potest vniuersali negationi conuerse particularis conuerti negatio. Age enim vniuersalem negationem .i. nullus homo hinnibilis est: conuertamus: vt sit nullum hinnibile homo. Sed istam propositionem idest vniuersalem negatiuam: que est nullus homo hinnibilis est sequitur particularis negatio: quidam homo non est hinnibilis. Conuerte igitur vniuersalem: que est nullus homo hinnibilis est: et fac nullum hinnibile homo. conuerte huic particularem negatiuam que est quidam homo non est hinnibilis: et fac quoddam hinnibile non est homo. vtreqz ergo vere sunt. Nam nullum hinnibile homo est que est vniuersalis conuersio negationis vera est: et quoddam hinnibile non est homo: que conuersio particularis negationis est. Cur autem per accidens conuerti dicatur: superius dictum est. Liquet igitur talis conuersio per accidens: quod igitur habet vniuersalis affirmatio. hoc habet ei contraiacens particularis negatio. vtreqz enim sibi conuerti non possunt quod autem habet vniuersalis negatio. hoc habet ei contraiacens affirmatio particularis. vtreqz enim sibi conuerti possunt. Iuncte ergo que sibi conuerti possunt: et que sibi conuerti non possunt: vt que sibi conuerti potest iungatur ei que sibi conuerti non potest: et que sibi conuerti non potest: iungatur ei que sibi conuerti potest: fecerunt per accidens conuersiones que superius demonstrate sunt. Restat vt de his conuersionibus dicamus que per contrapositionem fiunt: et primum earum sit dispositio scriptione subiecta. generalis enim affirmationis: que dicit omnis homo animal est conuersio per contrapositionem est que dicit: omne non animal non homo est.

Item generalis negationis que dicit. nullus homo animal est. Conuersio per contrapositionem nullum nō animal non homo est. Item particularis affirmationis que dicit: quidam homo animal est. conuersio per contrapositionem est: que dicit quoddaz non animal non homo est. Item particularis negationis que dicit. quidam homo animal non est conuersio per contrapositionem est quoddam non animal non homo est: quod monstrat subiecta descriptio.

Oīs homo aīal est
Nullus homo aīal est
Quidam hō aīal est
Quidā hō aīal non est

Omne nō aīal nō hō est
Nullū nō aīal nō hō est.
Quoddā non aīal nō hō ē
Qddā nō aīal nō hō nō ē.

His ergo ita positis quomodo dictum est superius in simplici terminorum conuersione: quod particularis affirmatio: et generalis negatio sibi ipsis conuertent. Generalis vero affirmatio: et particularis negatio sibiipsis non conuertuntur: hic per contrapositionem conuersionibus contra est. Naz generalis affirmatio per contrapositionem conuertitur sibiipsi et particularis negatio sibiipsi conuertitur. Generalis vero negatio et particularis affirmatio. per contrapositionē sibi non conuertitur. Quod ita esse his exemplis probabimus. Si enim vera sit affirmatio generalis que dicit. Omnis homo animal est vera erit eius per contrapositionem conuersio que dicit. Omne nō animal non homo est. Quod enim animal non fuerit id homo non erit. Et si falsa fuerit generalis affirmatio que dicit: omne animal homo est: falsa erit etiam eius per contrapositionem conuersio que dicit: omnis nō homo non animal est. potest enim fieri vt quod homo non est animal sit. Illa enim negat esse animal quod homo non fuerit. Quod si cum vera est generalis affirmatiua: vera est eius per contrapositionem conuersio: et si cum falsa est generalis affirmatio falsa est eius per contrapositionem conuersio: non est dubium quin generalis affirmatio possit sibiipsi conuerti. Itē nunc ostendendum est: quomodo particularis negatio sibi ipsi per contrapositionem conuertitur. Nam si falsa ē que dicit. quidaz homo animal non ē: falsa erit etiā eius per contrapositionem conuersio que dicit. quoddam non animal non homo est. Hoc enim videtur hec propositio dicere: ac si diceret quedam res que animal non est homo est. qui enim dicit non homo si est: hominem esse significat quod animal nō sit. Hoc vero aperte falsum est. Omnis enim homo animal ē et si vera fuerit particularis negatio. que dicit. quoddam animal homo non est: vera est eius per contrapositionem conuersio. que dicit. quidam nō homo nō aīal non est. Equale est enim ac si diceret. res que hō non est: nō ē nō aīal. sed est aīal vt equus et bos hō non est: et non est non animal. Ergo si cum particularis negatio: falsa est: falsa est etiam eius per cōtrapositionē ꝯuersio: et si cū particularis negatio vera ē vera est eius per contrapositionem conuersio. Nō ē dubiū

quia

qꝛ pticularis negatio possit per contrapositiones sibi ipsa cõuerti. Nũc quoniã ostensum generalem affirmatiuã: ꝛ pticularem negatiuam per cõtrapositionẽ posse conuerti. Ostendamus generalem negatiuam: ꝛ particularem affirmatiuam per contrapositiones sibi non posse conuerti. Et primo de generali negatione dicendum est. Nam si generalis negatio vera erit: non necesse erit per contrapositionem sibi conuersam veram esse. Sed si falsa fuerit sibi per contrapositionem conuersam falsam esse necesse est. Nam si falsa est que dicit. Nullus homo animal ẽ falsa erit fortasse eius per cõtrapositionem conuersio: q̃ dicit: nullum non animal non homo est. Equale est. n. ac si diceret nulla res est que non sit animal: ꝛ non sit homo. quod est omnia res que animam nõ habet: homo est qđ aperte falsũ est. Itẽ si vera fuerit generalis negatio. falsa erit eius per contrapositionem conuersio. Nam si vera est nullus homo ẽ lapis. falsa erit eius per contrapositionem conuersio que dicit. nullus non lapis non homo est. Equale est enim ac si dicat. nulla res est que cum non sit lapis nõ homo est. quod est omnis res quecũqꝫ lapis non fuerit homo est. qđ falsum est. Innumerabilia enim inuenies: que nõ sũt lapides: quoniam homines non sunt ergo qm si generalis negatio vera vel falsa fuerit: falsa erit eius ꝑ cõtrapositionem conuersio: non est dubium generalem negationem sibi non posse conuerti. quod enim in aliquo fallit generaliter colligi nõ potest. Restat igitur vt id quod reliquum est monstremus particularez affirmationem per contrapositionem sibi non posse cõuerti. Cum enim fuerit particularis affirmatio vera vera erit eius per contrapositionẽ conuersio. Nam si vera est. que dicit. quidaꝫ hõ aĩal est: vera est ei⁹ per contrapositionem conuersio: quoddam nõ animal nõ homo est. Equale est enim ac si dicat quedã res: que animam non habet: homo non est: quod verum est. Lapis enim animam non habet: ꝛ tamen homo non est. Item si particularis affirmatio. Que dicit quidã lapis homo est: falsa est: vera erit eius per contrapositionem conuersio: que dicit quidam non hõ nõ lapis est. Equale enim est ac si diceret quedam res que homo non fuerit lapis non est: quod verum est. Equus enim hõ nõ est. Et tamen lapis non est ergo si cum in quibusdam particularis affirmatio vera fuerit vera erit eius per contrapositionem conuersio: ꝛ si cum in quibusdam falsa fuerit particularis affirmatio. vera erit eius per contrapositionem conuersio non est dubium particulares affirmationes per contrapositionem non posse conuerti. Generalis võ negatio ꝛ particularis affirmatio: que contraiacentes sunt: in per contrapositionem conuersionibus cõtraria patiunt. Nam in generalibus negatiuis siue generales negatiue vere fuerint siue false per contrapositionem conuersiones semper false sunt. in particularibus autem affirmatiuis: siue particularis affirmatio vera fuerit siue falsa: eius per contrapositionem conuersio vera est. Repetendum est igitur a superioribus ꝛ confirmandum qꝛ in simplicibus terminorum conuersionibus particularis affirmatio: ꝛ generalis negatio sibi conuerti possunt. Generalis vero affirmatio ꝛ particularis negatio sibi conuerti non possunt. in his vero conuersionibus: que per contrapositionem fiunt contra est. Nam generalis affirmatio ꝛ particularis affirmatio per contrapositionem sibi ipsis cõuerti possũt Generalis vero negatio: ꝛ particularis affirmatio ꝑ contrapositionem sibi ipsis conuerti non possunt. Et generalis negatio ꝛ particularis affirmatio: que sunt contraiacentes in veri falsiqꝫ distantia / vt demõstratum est / sibi ipsis inuicem contraria patiuntur hec de cathegoricorum syllogismorum cathegoricis propositionibus dicta sufficiant. Si qua vero his pretermissa sunt in periermenias. Aristotelis commentario diligentius subtiliusqꝫ tractata sunt.

¶De syllogismo cathegorico. Liber Secundus

Superioris series voluminis quod ad cathegoricorum syllogismorum propositiones attinebat explicuit. Nunc autẽ quantum introductionis patitur temperamentum ne ipsa cathegoricorum syllogismorum ratione tractabitur. ꝛ quoniam omnium compositorum firmitudo vel vitium: aut in his maxime reperitur ex quibus est compositum: aut penes bonam malam compositionẽ eius laus vituperatioqꝫ tenetur. Namqꝫ dom⁹ si sit fortibus lapidib⁹ debilibus ne cõstructa: ipsa quoqꝫ ẽ fortis aut debilis. Porro autem si artificis compositionem equabilem solertemqꝫ fuerit nacta: ipsa quoqꝫ constructio merito stabilis erit: ꝛ laudabile fundamẽtum. Si vero insolertior cõpositio fiat: tota quoqꝫ quãuis et bonis ordinata lapidibus: nulla sese gerens fabrica stabilitate nutabit. Nos quoqꝫ hanc eandẽ imaginem secuti prius de his quibus ipse syllogismus cõstat idest propositionibus explicuimus. Nunc de ipsa inter se syllogismorum coniunctione oppositioneqꝫ tractabimus. Illud vero meminisse debebis introducendis hic me prestitisse inchoantibus non introductis. Et primum quid sit esse in omni vel non esse paucis ostendam. Si qua enim res alterius generis fuerit: omnem intra se speciem continebit: ꝛ in toto species genere illa esse dicetur. Sit enim genus animal. homo vero species. homo ergo quoniã minus ẽ quã animal: in toto animali esse dicitur. Omnis enim homo animal est: Si quis ergo sic dicat aliquam rem de oĩ alia re predicari. conuersa vice nihil interest. Nam si erit in toto animali homo est: sic etiam animal de oĩ homine predicatur. in toto vero non esse est. quotiẽs alia res ab alia re omni disiuncta est. vt si dicas animal in nullo lapide est. nullus enim lapis animal est: ꝛ si dicas animal de nullo lapide predicatᷣ. de nullo .n. lapide animal dicitur. Diffinimus ergo in toto eẽ vel in toto nõ eẽ sic in toto esse: vel de toto ꝑdicari dicit quotiens non potest inueniri aliquid subiecti: ad qꝛ illud qꝛ predicatur dici non possit. Nam nihil hominis inuenitur: ad quod animal dici non possit. In toto vero non esse: vel de nullo predicari dicitur: quotiens nihil subiecti poterit inueniri ad qꝛ illud quod predicatur dici possit. Nihil enim lapidis inueniri potest: de possit animal predicari. Illud sane notandum est qꝛ esse in toto versa vice dicitur. Nam si aliquid de aliquo omni predicatur: illud de quo illud predicatur in toto illo esse dicitur quod predicatur: vt animal de oĩ homine dicitur. Homo non in toto est animali velut quedã pars intra totum animal latet. si quid in alio omni fuerit: in eo toto illa res de qua superius dicebatᷣ eẽ dr̃: vt idẽ aĩal cũ I oĩ sit homine: ꝛ de eo omni predicetur. Homo est in toto animali. His igitur positis quotiẽscũqꝫ ita dicim⁹: vt litteras pro terminis disponam⁹: pro breuitate hoc. ꝛ pro cõpẽdio facim⁹: id qꝛ per litteras dimõstrare volum⁹ vniuersaliter demõstram⁹. Nã fortasse I terminis aliquib⁹ falsum in

gerendum necesse sit. In litteris vero nūq̃ fallimur quoniam ad hoc utimur litteris quasi terminos poneremus. In litteris vero ipsis nisi terminorum coniunctio per se firma valensq; fuerit: ulla neq; veritas neq; falsitas reperietur. Quotiens igitur aliud de alio omni predicari volumus ostendere: sic ponimus: Sit primus terminus.a. Secundus.b.&predicatur.a. de omni.b. Hoc autem ita accepto tanq̃ si posuerimus a.animal.b.hominem. Eodem modo & de negatiuis Nam si dicamus.a.de nullo.b.predicatur: tale est ac si dicamus.a.q̄ est animal de nullo lapide predicatur q̄ est.b.& alia quecunq; huius consimilia. Omnis autem syllogismus simplex tribus terminis demonstratur atq; concluditur. Sed prius ipsorum syllogismorum figuras aspiciamus. Post vero de modis ordinibusq; eorum tractabimus. Tribus igitur terminis ita positis; ut prope se sibi connecti sint tres non ultra fieri complexiones necesse est hoc modo. Sit enim.a. sit.b.sit.c.aut enim.a.de.b.predicabitur.&.b.de.c.aut certe.a.&.de.b.predicabitur.&.de.c.vel isdem ipsis.a.terminus videbitur esse subiectus. Sit enim.a.bonū sit.b.iustum sit.c.virtus.aut enim.a.i.bonum erit in omni.b.i.iustum & dicetur.omne iustum bonum est & item.b.iustum. In omni.c.virtute.& dicetur.omnis virtus iusta est. Et erunt huiusmodi propositiones. Omne iustum bonum est.& omnis virtus iusta ē. aut a.i.bonum.de.b.q̄ iustum est.&.de.c.q̄ virtus est predicabitur.ut sit.omne iustum bonum est. Omnis virtus bona est: aut certe.a.bonum.b.iusto & virtuti.c.subiacebit. Ut dicatur.omne bonum iustū est.omē bonum virtus est. In hac enim complexiōe.b.&.c.de solo.a.termino predicātur. Ubi vero.a.de omni.b.termino.&.b.item predicatur de omni.c. Hanc figuram voco primam que diffinitur sic. Prima figura est: in qua is qui subiectus ē.de alio predicatur. Namq;.b.quidem.a.termino subiectum est.ad.c.item terminū predicatur. Extremitates vero dico huius figure q̄s predicatur & q̄ subiectum est.i.a.c. Namq;.a predicatur.de.b.termino.c.vero terminus.b.termino subiacet. Medium vero voco illud quod alij subiacet.& de alio predicatur.i.b. Nam.b.terminus.a.termino subiacet.de.c.vero termino predicatur. Maior vero extremitas est: que prima predicatur.i.a. Namq; idem a.de.b.termino predicatur. Minor vero que medio termino subijcitur.i.c. Namq;.c.terminus medio termino.i.b.subiectus est.de eo enim.b.medius terminus dicitur. Maior vero terminus.a.vocatus.est.i. qui predicatur: quoniam omne predicatum ab eo de quo predicatur maius est: Et in conclusione sicut ī prima propositione semper.a.terminus predicatur.a.n.bonum predicatur.de.b.iusto. Et dicitur omne iustū bonum est.b.vero medi⁹ terminus predicatur de.c.& dicitur omnis virtus iusta est. Ex his igitur concluditur in syllogismo.omnis virtus bonum est.&.a.bonum nominabitur de.c.virtute.atq; ideo a nobis maior extremitas appellatur. Id vero meminisse debemus: q̄ ea que paria sūt: retorqueri possunt & ad se inuicem predicari: & sicut id quod predicatur in eo q̄d subiectum est omni est ita rursus conuersum q̄ fuerat subiectum: in eo q̄ antea predicabatur omni erit Naz si.f.&.g.duo termini ita sibi sint equales: ut neuter neutro maior sit cum predicaueris.f.de omni.g.erit.f.terminus in omni.g.termino: Si vero cōuertas & predicas.g.terminum de.f.termino: erit verū.g.terminum in omni.f.termino esse.sit enim.f.risibile.g.homo. Ergo si predicas.f.risibile.&.g.hominem subijcias.f.risibile in omni.g.inuenitur. Omnis enim homo risibilis est. Si vero predicas.g.hominē ad.f.risibile.g.homo in omni.f.risibili reperitur. Omne enim risibile homo est. Quid autem termini sint: vel quid predicatio: aut quid subiectio priori de propositionibus libro satis dictum est. Sed ne forte errem⁹ q̄ videtur uniuersalis affirmatio: conuersa. Nam de hoc quoq; superius dictum est. Medio vero hoc solū monstrare volumus: quod que sunt in toto paria sola conuertantur. Hoc tamen prodest ad ostensionē syllogismorum que fit in circulo quam in analyticis dicimus. De prima categoricorum figura expeditum est. Secunda vero figura est quotiēs.a.termin⁹ de utrisq;.b.&.c.terminis predicatur hoc modo. Si.n.dicas a.bonū de omni.b.iusto ut sit hoc modo propositio Omne iustum bonum est. Et ita.a.bonū de oī.c.virtute: ut si dicas. Omnis virtus bonum est solum.a.de utrisq;.b.&.c.terminis predicasti: & erit secunda figura. Medius autem terminus in hac figura erit qui de utrisq; predicatur.i.a. Extremitates vero ea que subiecta sūt.i.b.&.c. Maior vero extremitas est de qua primo.a.terminus appellatur.i.b.iustum.vel si ad.c.primo predicabitur.c.terminus maior terminus inuenitur.idcirco q̄ ea extremitas: de qua medius terminus primo predicatur: in conclusione ipsa quoq; p̄dicabitur.ut superius demonstratum est. Minor vero extremitas erit ad q̄ medius terminus posterius predicabitur. Tertia vero figura erit quotiens.a.&.b.termini de uno.c.predicantur. Si quis enim predicet.a.i.bonum de.c.i.virtute: ut sit huiusmodi propositio. Omnis virtus bonum est. Itē.b.predicatur de.c.ut sit omnis virtus iustum est. Tertiam figuraz fecit. In hac vero figura medius termin⁹ erit qui utrisq; subiectus est.i.c. Namq; de.c.termino.a.&.b.termini predicantur. Maior vero extremitas est que prima predicatur.i.a. Minor vero que postea.i.b.vel si quem libuerit.b.prius.a.posterius predicare s̄m priorem posterioremq; predicationez maior minorue extremitas inuenietur: & hic quoq; maior extremitas in conclusionibus sicut in superioribus alijs figuris de minore predicatur. Expeditis igitur tribus syllogismorum figuris dicendum est: quis perfectus syllogismus est: cui ad integram probatamq; conclusionē ex superius sumptis & propositis nihil deest. Sed modo atq; ordine facta conclusio nihil de habens per ea q̄ antea proposuit terminatur. Imperfectus vero syllogismus est: cui: nihil eque ad perfectionem deest. Uerumtamen in his que in propositionibus sumpta sunt: aliqua desunt: cur ita esse videtur: sed & he diffinitiones omnes posterius liquebunt. Nunc autem unde he figure nascantur: breuiter explicandum est. Quoniam unde nascantur: in eadem iterum resoluuntur. Sed secunda & tertia figura de prima figura nasci & procreari videntur: Sit enim.a.terminus in omni.b.termino.& de omni eo predicatur.b.vero terminus de omni.c.termino predicatur.hec ut dictum est prima syllogismorum figura est. Si quis igit maiorem extremitatem propositionemq; conuertat: & q̄ fuerat antea predicatum faciat esse subiectum secundam faciet figuram. Nam quemadmodum.a.terminus predicatur de.b.termino ita.b.de.c. Si ergo conuertat & fiat ut.b.termin⁹ de.a.termīo p̄dicet. Inuenitur.b.terminus qui antea medius fuerat: &.a.termīo subiect⁹.de.c.vero termīo p̄dicatur: ad utrosq; terminos

terminos ꝑdicatiuˀ. Age enī quoniā .a. bonū de .b. iusto ꝑdicabatꝰ .b. vero iustū d̄ .c. vꝛtute ꝑdicabatꝰ: erat ppositio. omne iustū bonū est. omnis virtus iusta ē manēte ppositione que est. omnis virtus iusta est. prima ppositio. omne iustū bonū est cōuertatꝰ ⁊ fiat omne bonum iustum est. Inueniuntur igitur propositiones sic. omne bonū iustū est. omnis virtus iusta est iustū .a. b. de .a. ⁊ .c. terminis ꝑdicabitꝰ. Conuersa igitur maiore ꝓonis figure extremitate secūda syllogismorū figura pereatꝰ. Tertia vero figura nascitꝰ minori ppositione cōuersa. Nā si .a. bonū predicatꝰ de .b. iusto: vt dicatur. omne iustū bonū est .b. vero iustū predicatur de .c. virtute vt dicatꝰ. omnis virtˀ iusta ē si priore propositione manente. i. omne iustū bonū est Secunda que ē. omnis virtus iusta est. Conuertatꝰ ⁊ fiat. omne iustū virtus est. Inueniantꝰ omnes propositiones sic. Omne iustū bonū est. Omne iustum virtus. ⁊ de .b. iusto .a. ⁊ .c. termini ꝑdicantꝰ ⁊ fit tertie figure cōnectio. Conuersis igitꝰ primis posteriusq; extremitatibus prime figure: tertia vel secunda figura nascuntꝰ. At vero vnaqueq; harū triū figurarū hēt sub se plures syllogismorū modos: vt modi sub figuris ita sint: vt sunt spēs sub suis generibˀ. Habet enim prima figura sub se Aristotele auctore modos q̄tuor: ꝗs Theophrastus: vel Eudemus sup hos quatuor quinq; alios modos addidit Aristotele dante principium secūdo priorū analyticorum volumine ꝙ melius postmodum explicabitur. Secūda vero figura habet sub se q̄tuor modos. Tertia vero auctore Aristotele sex addunt etiā alij vnū sicut ipse Porphirius superiores .s. sequēs. Et qm̄ (vt supiore libro dictū ē) alie ppositiōes affirmatiue sunt alie negatiue ⁊ earū alie vniuersales: alie vero pticulares: sm̄ eas ipsas propositiones syllogismorum cōclusionesq; iunguntur.

¶ Itaq; ꝓme figure primus modus ē q fit ex duabus vniuersalibˀ affirmatiuis: vniuersalem affirmatiuā colligēs. Si enī .a. terminus fuerit i ol. b. termino: ⁊ si .b. terminus de ol. c. termino fuerit ꝑdicatus .a. terminus de omni .c. termino ꝑdicatur. Itaq; .a. bonū si ꝑdicetur de .b. iusto: vt sit: omne iustum bonum ē .b. vero iustum: si predicetꝰ de .c. virtute: vt sit ols virtus iustū ē: necessario cōcluditꝰ extremitatibˀ ad se inuicē ꝑdicatis. i. a. ⁊ .c. vt sit: omnis virtus bonū ē. Sūt igitur huiusmodi ppositiōes: atq; cōclusio. Si .a. ī omni .b. fuerit ⁊ .b. in omni .c. fuerit .a. terminus de omni .c. predicabitur. i. Omne iustum bonum est. Omnis virtus iusta est: ⁊ conclusio. Omnis igitur virtus bonum est: ⁊ hic prime figure modus primus. ¶ Secundus vero modus prime figure est quotiens ex prima vniuersali negatiua ⁊ secunda vniuersali affirmatiua: conclusio vniuersali negatione colligitur. Si enī sit .a. malum .b. bonum .c. iustum .a. terminus de nullo .b. termino ꝑdicabitꝰ. Nullū enī bonū malum ē .b. vero terminus de ol. c. termino predicabitur. Omne enim iustū bonū ē. Quare colligitꝰ nullū iustū malū est: ⁊ hoc modo ē. Si .a. terminus de nullo .b. termino predicatur .b. vero terminus de ol. c. termino fuerit predicatus .a. terminus de nullo .c. predicabitur: vt est. Nullum bonum malum est. Omne iustum bonum est. Nullum igitur iustum malum est. ¶ Tertiˀ vero modus prime figure est: quotiens ex vniuersali affirmatiua: ⁊ particulari affirmatiua: particularis affirmatiua colligitur. Nam si .a. virtus de ol. b. idest bono predicetur. ⁊ .b. de quodam .c. idest iusto fuerit ꝑdicatū pticulariter: erit quoq; cōclusio particulariter huiusmodi: vt .a. virtus de quodā .c. iusto particulariter ꝑdicetur. Si igitur fuerit .a. terminus i ol. b. ⁊ .b. terminus in aliquo .c. particulariter: erit .a. terminus in aliquo .c. particulariter: vt sit.

Omne bonum virtus est.
Quoddam iustum bonum est.
Quoddam igitur iustum virtus est.

¶ Quartus modus prime figure est talis: quotiens ex vniuersali negatione: ⁊ particulari affirmatione particularis negatiua colligitur. Nam si .a. terminus de nullo .b. termino predicetur .b. vero terminus de quodā .c. termino ꝑdicetꝰ .a. terminˀ de quodā .c. termino nō ꝑdicabitꝰ: qđ monstrat subiecta descriptio. Nam sunt huiusmodi propositiones.

Nullum bonum malum est.
Quoddam iustum bonum est.
Quoddam igitur iustum malum non est.

¶ Hos ergo quatuor. In prima figura modos in analyticis suis Aristoteles posuit. Ceteros vero quinq; modos Theophrastus vel Eudemus addiderunt quibus Porphirius grauissime vir Auctoritatis visus ē cōsensisse q sūt huiusmodi. Nam quia particularis affirmatiua sibiipsi conuertitur: quisqs ostenderit in conclusiōe .a. terminū de quodā .c. termino pticulariter ꝑdicari. In eadē ipsa cōclusione monstrauit. ꝙ .c. terminus de .a. termino rursus pticulariter ꝑdicetꝰ Nā sibi pticularis ppositio cōclusione conuertitur. Si .a. terminˀ in quodā .c. termino fuerit .c. terminˀ de quodam .a. termino ꝑdicabitꝰ. Item quisquis vniuersalē negatiuā in conclusione probauerit: necesse ē eū ipsius quoq; conuersionē in eadē conclusiōe ꝓbasse. Uniuersalis enī negatio semper sibi cōuertitꝰ. Nā si quis probauit ꝙ .a. terminˀ de nullo .c. termino ꝑdicetꝰ: nō est dubiū quin in hac conclusiōe illud quoq; probatū sit. ꝙ .c. terminus de nullo .a. termino predicetur. Sēper enī (vt dictū ē) vniuersalis negatiua sibiipsi conuertitur. vniuersalis quoq; affirmatiua duplici cōclusiōe cōtinetur. Nā quisquis ostēdit .a. termini de ol. c. termino ꝑdicari. Illud quoq; ostēdit ꝙ .c. terminˀ de quodā .a. termino pticulariter ꝑdicetꝰ. Si qs. n. ꝓbauerit alal de ol hoīe posse ꝑdicari ita dicēs. Ois hō alal est: illud quoq; necessario mōstrauit particulariter: qm̄ quoddā alal hō ē. Ita semp vniuersalis negatiua ⁊ vniuersalis affirmatiua vel particularis affirmatiua dupliciter cōcludūtur. Alie enī sibiipsis cōuertūtur: q̄ pticularis ē pticulariter q̄ vniuersalis vniuersaliter. Alia vero eā ipā vlis sit pticulariter sibiipsi cōuertitꝰ. Particularis āt negatiua nūq̄ sibiipsi cōuertitꝰ. Atq; iđ simplicē i se retinet cōclusionē. Hoc āt qđ nup dictum ˀi secūdo ꝑmo rum analyticorū libro ab Aristotele mōstratꝰ. Qđ soli Theophrastus ⁊ Eudemus pncipiū capiētes ad alios i ꝑma figura syllogismos adijciendos animū adiecere q sūt huiusmōi q κατα ἀνάκλασιν vocantꝰ. i. ꝑ refractionē quādā cōuersionēq; ppositiōis. Et est primus quoq; modus ex duabˀ vniuersalibˀ affirmationibus particularē colligēs affirmatiuā hoc mō. Si .a. fuerit ī oi. b. ⁊ .b. fuerit ī ol. c. posset equidē cōcludi ꝙ .a. est in omni .c. Sed qm̄ ista vniuersalis propositio (vt dictum ē) particulariter cōuertitur ꝑtermisso eo ꝙ .a. terminus de ol. c. termino ꝑdicatꝰ: cōclusio esse dicitꝰ ꝙ .c. terminus de quodam .a. termino ꝑdicatur: qđ hoc exēplo monstrādū ē. Si enim sint ppositiōes sic omne iustū bonū ē: omnis virtus iustum est: posset etiam concludi ꝙ omnis virtus bonum ē. Sed quā ita

⁊

ꝓpositio sibi conuertitur vt sit quoddam bonū virtus ē particulariter: particularis syllogismus cōclusioq; colligit̃ ex duab⁹ vl̃ibus affirmatiuis. Eius vo forma talis ē. A. terminus i oi. b. ⁊ b. terminus i oi. c. igitur. c. terminus in quodam. a. vt est.

Omne iustum bonum est.
Omnis virtus iusta est.
Quoddam bonum virtus est.

Per cōuersionē vo retractio. ēq; dicunt̃: qm̄ q̄ vniuersaliter colligebat̃ cōuersū ꝑticulariter collectū ē.

Sextus mod⁹ ē ꝓme figure qui fit ex vl̃i negatiua: ⁊ vl̃i affirmatiua vniuersalē cōclusionē ꝑ cōuersionem colligēs. Nā si. a. termin⁹ i nullo. b. fuerit. b. vo terminus: i omni. c. termino fuerit possit equidē colligi qm̄ termin⁹. a. i nullo. c. termino ē. Sed qm̄ vniuersalis negatiua conuertitur dicimus quoniam. c. terminus in nullo. a. termino est: vt sit hoc modo.

Nullum bonum malum est.
Omne iustum bonum est: posset colligi.
Nullum iustum malum est. sed ex his per conuersionem colligimus. Nullum malum iustum est.

Septimus modus est prime figure qui ex vniuersali affirmatiua ⁊ particulari affirmatiua per cōuersionē particularē colligit affirmatiuā. Si eni fuerit. a. terminus in oi. b. ⁊ b. terminus de quodā. c. termino ꝑdicet̃. potest. a. terminus de quodā. c. termino predicari. Sed qm̄ particulare affirmatiuū sibiipsi conuertit̃ ꝑ cōuersionē fit cōclusio: ⁊ dicetur. c. terminus de quoddā. a. termino ꝑdicari: vt fit sic. Omne bonū virtus est: quoddā iustū bonū ē. Posset etiā concludi qm̄ quoddā iustū virtus ē. Sed qm̄ particulare affirmatiuū cōuertitur: dicimus qm̄ quedā virt⁹ iusta est.

Octauus modus ē ꝓme figure: quotiēs ex vniuersali affirmatiua: ⁊ vniuersali nagatiua particulariter colligitur. Si eni. a. terminus de oi. b. termino ꝑdicatus fuerit. b. vo terminus de nullo. c. termino ꝑdicetur: nō posset colligi qm̄. a. terminus de nullo. c. termino ꝑdicat̃. Cū āt nō possit i resolutorijs dictū ē. Sz qm̄ vl̃is negatiua sibiipsa cōuertit̃. Pōt dici ⁊ cōuerti: qm̄. c. termin⁹ de nullo. b. termino predicat̃. b. vo termin⁹ de quodā. a. termio dicit̃: qm̄ vniuersalis affirmatiua particulariter sibiipsa cōuertit̃: q̄re. c. termin⁹ de quodā. a. termino n̄ ꝑdicabit̃: vt fit sic. Oē bonū iustū ē: nullū malū bonū ē: nō posset colligi qm̄ nullū malum iustum ē. Sed conuertitur sic.

Nullum bonum malum est.
Quoddam iustum bonum est.
Quoddam igitur malum non est.

❡ Tertiadecima ꝓpositio his terminis cõnectenda est vt. a. qdẽ ꝑter. b. at vero. c. ꝑter. d. esse possit. a. vero atq. c. ⁊. b. atq. d. ita simul esse non possint: vt si alterũ eorum non fuerit alterum esse necesse sit: ita namq fiet: vt cum. a. negatum sit. b. negetꝰ. cum. c. affirmatum sit. d. affirmetꝰ: vt si sit. a. irrationabile. b. egꝛ. c. rationabile. d. sanum. Irrationabile nãq ꝑter egꝛ ⁊ rationabile preter sanitatẽ esse pōt: irrationabile vero atq rationabile: ⁊ egrum atq sanum simul eẽ nõ possunt: si tñ alteꝛ coꝛ non fuerit: alterũ esse necesse est. itaq fit vt si irrationabili denegato egꝛ denegetꝰ rationali posito sanum ponatur. ❡ Quartadecima ꝓpositio his terenda membris est: vt. a. quidem ꝑter. b. ⁊. c. ꝑter. d. esse possint. Sed. a. atq. c. simul esse nõ possint ita vt cũ alterũ non fuerit alteꝛ esse necesse sit. D. vero preter. b. esse non possit. Fit igitꝰ vt si cũ sit. a. denegatum. b. denegetꝰ. cũ sit. c. non sit. d. vt si sit. a. inanimatum. b. artifex. c. animatum. d. medicus Inanimatũ qdẽ ꝑter artificẽ: animatũ vero ꝑter medicum eẽ potest. ĩanimatũ vero cũ aĩato nõ cuenit: medicꝰ ab artifice nullo modo separatur. Fit igitur vt si cum nõ ẽ ĩanimatũ: non artifex sit: cũ sit animatũ nõ sit medicus. ❡ Quintadecima ꝓpositio hos terminos habere debet vt. a. quidem si non sit. c. non esse necesse sit. B. vo atq. d. talis sint vt altero eorũ negato alteꝛ eoꝛ eẽ necesse sit. Ita nãq fiet: vt si cũ sit. a. denegatum. b. negetur cũ negabitur. c. affirmetur. d. vt si sit. a. quidem irrõnale. b. sanũ. c. inanimatũ. d. egꝛ. irrationale quidem si non sit: non est ĩanimatũ: sanũ ãt atq egꝛ simul eẽ non possunt: ⁊ q sanũ negauerit egrum necesse est affirmet. Itemq e diuerso est igitur vt si negato irrationabili negetꝰ sanũ: negato inanimato egꝛ ponatꝰ. ❡ Sextadecima ꝓpositio ẽ: que his terminis cõstat: vt. a. quidẽ ꝑter. c. at. vo. d. preter. b. esse non possit. a. vo cũ. b. ⁊. c. esse nullo modo possint. Euenit igitꝰ vt si. a. quidem negato negabitꝰ. b. denegato. c. d. terminus abnuatur: vt si sit. a. inanimatũ. b. artifex. c. inutale. d. medicus: inanimatũ preter inutale ⁊ medicꝰ preter artificem eẽ non potest: inanimatũ vo cũ artifice ⁊ inutale cum medico eẽ non poterit. Si igitur negato ĩanimato negetꝰ artifex: negato inutali negetꝰ medicꝰ ❡ Atq hec quidem ratio ꝓpositionum quarum superius exẽpla descripsimus: iccirco intelligatur assumpta: vt earũ natura clarescere: nõ quo aliter termini inter se eẽ nõ possint. Nã vt superius dictũ ẽ: non sufficit quolibet modo iungere terminos: vt fiãt hypotheticẽ ꝓpositiones ex duabus conditionalibꝰ cõiuncte. Neq. n. si quis dicat si cũ hõ est: aĩal ẽ: cũ dies est lucet: talẽ fecerit ꝓpositionẽ que duabus conditionalibus constet: iccirco qꝛ prior conditio non est secunde cã conditionis. hoc igitur superius positarum propositionũ rõ demõstrat: quẽadmodũ fit: vt conditio cõditionẽ consequatur. Que cũ ita sint de eaꝛ dicendũ est sillogismis. ❡ Fit igitꝰ ex pria ꝓpositione sillogismꝰ hoc modo. Si cum est. a. est. b. cum sit. c. est. d. At qui cum sit. a. est. b. cum igitur sit. c. erit. d. vel ita atqui cum sit. c. non est. d. cum igitur sit. a. non est. b. Posse vero hanc esse assumptionem superius descripta ꝓpositionũ natura demõstrat. ❡ Item ex scda ꝓpõne. si cum est. a. est. b. cum sit. c. non est. d. at qui cum sit. a. ẽ. b. Cũ igitꝰ sit. c. non est. d. vel ita. atq cũ sit. c. est. d. cum igitur sit. a. non est. b. ❡ Ex tertia. Si cum sit. a. ẽ b. cũ non sit. c. est. d. atqui cũ sit. a. est. b. cũ igitꝰ nõ sit. c. est. d. vel ita. atqui cum non sit. c. nõ ẽ. d. cũ igitꝰ sit. a. non est. b. ❡ Item ex quarta si cũ sit. a. est. b. cũ non sit. c. non est. d. Sed cum est. a. est. b. Cum igitur non sit. c. non est. d. vel ita. Atqui cum non sit. c. est. d. cum igitur sit. a. non est. b. ❡ Ex qnta propositiõe fiunt quattuor collectiões. ita nãq termini ponũtꝰ: vt vtrobiq fiat rata conclusio hoc modo. Si cũ est. a. non ẽ b. cum sit. c. est. d. At qui cũ sit. a. non est. b. cum igitꝰ sit. c. est. d. vel ita. Atqui cum sit. a. est. b. cum igitꝰ sit. c. ẽt est. d. vel ita. atqui cum sit. c. non est. d. cum igitꝰ sit. a. est. b. vel ita. atqui cum sit. c. est. d. cũ igitꝰ sit. a. non est. b. ❡ Ex sexta si cum est. a. non ẽ. b. cũ sit. c. nõ est. d. sed cum est. a. non est. b. Cum igitur sit. c. non ẽ. d. vel ita. Atqui cum sit. c. non est. d. Cum igitur sit. a. est. b. ❡ Ex septima itẽ fiunt quattuor sillogismi hoc modo. si cum est. a. non est. b. cũ nõ sit. c. est. d. Atqui cũ est.

cũ est.a.non est.b. Cum igitur non sit.c.est.d.vel ita. Atqȝ cum sit.a.est.b.cum igitˀ nõ sit.c.nõ est.d.vel ita Atqȝ cum non sit.c.nõ est.d.cum igitur sit.a.est.b. vel ita. Atqui cum sit.c.ē.d. Cum igitur.a.sit non est. b.

¶Ex octaua propositione: si cum ē.a.non est.b.cuȝ nõ sit.c.non est.d.at cum est.a.non est.b.cum igitur non sit.c.nõ ē.d.vel ita.at cũ non sit.c.est.d.cum igitˀ sit. a.est.b. Hactenus qdē de hmõi ꝓpositionibus: que. a.esse proponebant: atqȝ ita ceteros termios affirmã do negandoqȝ variabant ostēdimꝰ q̃ fierēt sillogismi. Hinc ex his ꝓpositionibus qui nã sillogismi fiant di cendũ est que ita ceteros terminos variant: vt.a.qdē non esse proponant. ¶Ex nona.n.propositiõe fit sillo gismus ita.si cum non est.a.est.b.cum sit.c.est.d. atqȝ cum non sit.a.est.b.cum igitˀ sit.c.est.d.vel ita at cuȝ sit.c.non est.d.cum igitur non sit.a.non est.b.

¶Itēȝ ex decima.si cum non est.a.est.b.cum sit.c.non est.d.at cum non est.a.est.b.cum igitˀ sit.c.non est.d. vel ita.at cum est.c.est.d.cum non sit.a.igitˀ non ē.b.

¶Ex vndecima.si cum non est.a.est.b.cum non sit.c. ē d.at cum nõ sit.a.est.b.cum igitˀ non sit.c.ē.d.vel ita at cum nõ sit.c.non est.d.cum igitˀ non sit.a.non ē.b.

¶Ex duodecima: si cum non sit.a.sit.b.cum non sit. c. non est.d.at.cum non sit.a.est.b.cum igitur nõ sit.c. non est.d: vel ita.at cuȝ non sit.c.ē.d.cuȝ igitˀ nõ sit.a. nõ ē.b. ¶Ex tertiadecia q̃ q̃ttuor colligit syllogismos hoc modo. Si cum non est.a.non est.b.cum sit.c.est. d.at cum non est.a.non est. b. Cum igitˀ sit.c. est .d. vel ita at cum nõ sit.a.ē.b.cum igitˀ sit.c.non ē.d.vel ita at cum sit.c.est.d.cum igitur non sit.a.nõ ē.b. vel ita at cum sit.c.non est.d.cum igitˀ non sit.a.est. b.

¶Item ex quartadecima: si non est.a.nõ est.b.cum sit a.non ē.d. At cum non est.a.non est.b. Cum igitˀ sit. c.nõ ē.d.vel ita. At cum sit.c.est.d.cuȝ igitˀ nõ sit.a. ē b. ¶Quintadecima rursus quattuor colligit sillogis mos.hoc mõ. Si cuȝ non est.a.non ē.b.cũ si sit.c.est. d.at cum non est.a.non est.b.cum non sit.c.est.d.vel ita.atqui cum non sit.a.est.b.cum igitˀ non sit.a.ē .d. vel ita. Cũ non sit.c.nõ est.d.cũ igitˀ non sit.a.est . b. vel ita at cum non sit.a.est.d.cum igitˀ non sit.a.si est b. ¶Ex sextadecima propositione. Si cum non sit. a. non est.b.cũ non sit.c.non est.d.at qui cuȝ nõ sit.a nõ est.b.cuȝ igitˀ non sit.c.non est.d.vel ita.atqui cuȝ nõ sit.c.est.d. Cum igitˀ non sit.a.est.b. Ex quibus oĩbus quadraginta conclusiones fiunt. Sexdeciȝ quidem as sumpta prima conditione ita vt in prima propositio ne est posita. Sexdeci vo assumpta secũda conditiõe cõtrario modo atqȝ in ꝓpositiõe est collecta. Octo vo ex qnta septima: tertiadecima ⁊ qntadecima ꝓposi tionibus fiunt assũptis primis qdē cõditionibꝰ cõtra rio modo atqȝ in ꝓpositione ꝓferebantˀ. secũdis vo conditionibus eodē mõ assumptis vt in propositione fuerant collocate: vt igitˀ oĩum propositionum con clusionumqȝ ratio clarescat: omnes huiusmõi enũcia tiones cum proprijs proposuimus exemplis.

Si cum sit.a.homo est.b.medicus cum sit.c.animatꝰ est.d.artifex.

Si cuȝ sit.a.hõ est.b.niger.cũ sit.c.alatus si ē.d.albꝰ

Si cum sit.a.animatum est.b.medicus cuȝ non sit.c. inanimatum est. d.artifex.

Si cum sit.a.homo est.b.nigrum: cum non sit. c .in animatus non est.d. album.

Si cũ sit.a.hõ non est.b.eger cũ sit.c.alatꝰ ē.d. sanꝰ

Si cum sit.a.homo non est.b.artifex cuȝ sit.c. anima tus: non est.d.medicus.

Si cum sit.a.animal non est.b.sanus: cum non sit.c.i animatus est.d.eger.

Si cum sit.a.animatus non est.b.artifex cum non sit c.inanimatus non est.d.medicus

Si cum non sit.a.inanimatum: est.b.medicus cũ sit. c.animatum est.d. artifex.

Si cum non sit.a.inanimatum est.b.nigrum cum sit. c.inanimatum non est.d.album.

Si cum non sit.a.inanimatus est.b.medicus cum nõ sit.c.inutale est.d.artifex.

Si cum non sit.a.inanimatum est.b.album cum non sit.c.inutale non est.d.nigrum.

Si cum non sit.a.irrationale non est.b.eger: cum sit. c.rationale est.d.sanum.

Si cum non sit.a.inanimatum non est.b.artifex cũ sit c.animatum non est.d. medicus.

Si cum non est.a.irrationale non est.b.sanum : cum non sit.c.inanimatum est.d.egrum.

Si cum non sit.a.inanimatum non est.b.artifex ⁊ cũ non sit.c.inuitale: non est.d.medicus.

¶Ac de his qdē qui p cõnexionē fiunt hec dicta sint hi vo qui in disiunctione sunt positi: illis videntˀ adiuncti: eorũqȝ modos: formasqȝ suscipiunt quos superius in cõnexione positos ex his propositionibus fieri diximus: que duabus simplicibus iungerentˀ. Si igitur ĩ disiunctione proposita cum propositionũ ad causaȝ similitudinē demonstrauero: que in connexione posite ex simplicibus copulate sunt: quot modi: qlesqȝ cõclusiones sunt in vnaquaqȝ illarum: que per cõnexionē fiunt ꝓpõnuȝ: tot ēt in his esse necesse est que per disiũctionē: pronũciate eādē vim cõnexis habere mõstrantur. Quattuor igitˀ superiꝰ differentias per connexionē enũciataȝ propositionum esse diximus: si ex simplicibus propositionibus copularentˀ hoc modo. si est.a.est.b.si non est.a.non est.b.si ē.a.nõ ē.b. si non est.a.est.b. ¶Per disiunctionem quoqȝ propositiones quattuor tenent differentias hoc modo. Aut ē.a. aut est.b.aut non est.a.aut non ē.b.aut ē.a.aut si ē.b.aut nõ est.a.aut ē.b. Quarum quidem ea que prima ē ꝓponit aut ē.a.aut ē.b. In his tñ dici põt: in quibus alteȝ eoȝ eē necesse ē velut ĩ cõtrarijs medietate carentibus similisqȝ ei ē ꝓpositioni: que dicit. Si non ē. a.est.b. Que enim ꝓponit aut ē.a.aut ē.b.id ĩtelligit neqȝ simul vtraqȝ esse posse: ⁊ si alterum non fuerit: consequi vt sit alterum. Itaqȝ si non sit.a.erit.b.sed hoc vna est eaȝ propositionum: q̃ in hisque per cõnexionē fiunt superius numerauimus. Quicũqȝ igitˀ sillogismi in ea ꝓpositione fiunt: que est si non ē.a.ē. b. Hi etiam in ea faciendi sunt: q̃ p disiunctionē proponitur: vt cum dicimus aut est.a.aut ē.b. Fiant autem ĩ superiore quattuor modis. Quãlibet enim ptē ꝓpositionis assumpseris: siue precedentem: siue etiam consequentem. siue negatiuo modo: siue affirmatiuo faciet sillogismum. Nam si hec ꝓpositio sit si non est.a. est.b. siue non sit.a.erit.b.siue sit.a.non erit.b.siue si sit.b.erit.a.siue sit.b.non erit.a. In ꝓpositione quidē disiunctiua idē ē. Nam cum dicitur aut est.a.aut est. b.si quidem.a.fuerit.b.non erit q̃ si.a.non fuerit.b. erit: ⁊ si.b.non sit erit.a.si.b.fuerit nõ erit.a. Id quoqȝ tali declaratur exemplo. Nam si sit propositio: aut eger est aut sanus: quicquid hoȝ in assumptione assumptum fuerit vel negatum altera pars vel affirmabitˀ vel negabitˀ hoc modo. Nam si sanus ē nõ ē eger si nõ ē sanus: est eger: si eger est non est sanus. si non est eger est sanus. Itē ea disiunctiua que ꝓponebatˀ

aut.a.non ẽ aut.b.nõ ẽ fit quidẽ de his:que quolibet
modo simul esse non psit ⁊ si nõ alterum eorum eẽ ne
cesse sit:similisq̃ ẽ ei propositioni connexe per quã ita
ꝓponit̃:si ẽ.a.non ẽ.b. Que.n.sic enuntiat:aut non ẽ
.a.aut non est.b.id nimirum sentit q̃ si.a.sit.b.esse ñ
possit.id ita probatur. Cum enim proponitur hoc mo
do:aut non est.a.aut non est b.si assumatur eẽ.a. nõ
erit.b. Quocirca ei ꝓpositioni cõnexe similis est que
ita enunciat si sit.a.non esse.b. In hac vo ꝓpositiõe
due tñ complexiones sillogismos creabant. Naꝫ si es
set.a.non erat.b. ⁊ si esset.b.nõ erit.a. Si eum nõ eẽt
a.non necesse erat esse vel non esse.b. Siue autem nõ
esset.b.non necesse erat esse vel non esse.a. Quocirca
⁊ in disiunctiua ꝓpositione totidem syllogismos eẽ ne
cesse est:totidem vo incollectibiles complexiones.nã
cum ita ꝓponitur:aut non est.a.aut non est.b.ita di
citur si sit.a.non erit.b.si sit.b.non erit.a. Siue autẽ
non sit.a.non necesse erit eẽ vel nõ esse.b.siue nõ sit.
b.non necesse erit vel esse vel nõ eẽ.a.velut in his ap
paret exemplis. Si enim quis dicat:aut nõ est albũ:
aut nõ ẽ nigꝝ:sed assumat. At qui est albũ nõ erit ni
grum:vel rursus atqui est nigꝝ:non erit albũ. Siue
autẽ albũ non esse assumpserit:non necesse erit eẽ vl
non esse nigrum siue nigꝝ non esse assumpserit vt sit
vel non sit album:nullã faciet necessitatẽ. ¶ Item ea
propositio per quã ita proponit̃:aut est.a.aut non est
b.dicitur quidẽ desinet adherentibus proponiturq̃ i
his propositionib⁹ que a maioribus ad minora tẽdũt
similisq̃ est ei propositioni cõnexe:que dicit. Si nõ ẽ
a.non est.b. Nã q̃ꝫ diu dicit:aut est.a.aut non est.b.
non assumat atqui nõ est.a.modis oibus non erit .b.
Si igitur non sit.a.non erit.b. Id.n.hec disiunctio ꝑ
mittebat.in hac vo siquidẽ.a.negaret̃ vel affirmare
tur:hoc fiebat aliquis sillogismus. Siue aũt.a. affir-
maret̃ siue.b.negaretur:nulla erat in conclusione ne
cessitas.idẽ ꝓuenit in disiunctis. Nam cum ꝓponitur
aut ẽ.a.aut non est.b.siquidẽ non sit.a.non erit.b. Si
vo sit.b.erit.a.q̃ si sit.a.vel non sit.b.nihil est neces-
sarium.id.vo i his terminis approbat̃:si quis ita pro
ponat:aut aĩal est aut nõ hõ.si nõ sit aĩal non erit hõ
si hõ sit aĩal ẽ:siue autẽ aĩal sit non necesse est eẽ ho-
minẽ siue hõ non sit non necesse est aĩal interire. Ea
vo ꝓpositio que dicit:aut nõ est.a.aut est.b.in his q̃
sibi adherent propositioni pōt ⁊ a minoribus ad maio
ra contẽdit ⁊ est silis ei propositioni cõnexe que dicit
Si est.a.est.b. Nam cum ita quis enunciet siquidem
assumatur eẽ.a.statim consequitur vt sit.b. Sꝫ i hac
propositiõe siqdẽ affirmet̃ esse.a.ꝯsequetur vt sit.b.
Quod si negaret̃.b.sequebat̃ vt non eẽt.a. Siue aũt
negaret̃.a.siue affirmaret̃.b.nihil necessarium vide
bitur accidere. Et in ea igit̃ ꝓpositione disiuncta q̃ di
cit:aut nõ est.a.aut est.b.siquidẽ fuerit.a.erit.b. si ñ
fuerit.b.non erit.a. Siue aũt non sit.a.siue sit.b.nul-
la est necessitas sillogismi.vt in hoc declaratur exem-
plo:aut nõ est hõ:aut aĩal est. Si igitur assumamus
atq̃ est homo erit aĩal. Si negemus esse aĩal:non erit
homo si autẽ hoiem negemus:vel animal affirmem⁹
nihil necessarium euenit. Quocirca ex his que superi
us dicta sunt declaratur:quot disiunctarum proposi
tionum syllogismi sunt:vel quibus ab his que cõnexe
sūt differentijs segregent̃. Que enim cõnexe sunt q-
dam in eo q̃ est eẽ vel nõ eẽ ꝯsequẽtiã mõstrant.que
vo per disiunctionez proponũtur:ita sunt vt sibimet
consentire non possint. Inuenias quoq̃ ꝑ cõnexionẽ
propositiones:que id itelligi volũt:vt a se nequeãt se
parari vt cum ita proponimus.si est.a.est.b. Id nimi
rũ hec propositio itelligit q̃ si eẽ poterit.a. statim cõ
seq̃t̃ vt sit etiã.b. Nulla vero earum que in disiunctio
ne sunt ita ꝓponitur:vt simul esse videant̃. Cum eñ
dicim⁹ aut est.a.aut.b.est.aut easdẽ ꝓpositiões quo
libet mõ alio variamus:id aũt cõniunctio que disiun-
ctiua ponit̃:sentit sil' eas esse nõ posse. Et cũ late eaꝝ
pateat differentia:ideirco nunc de eisdẽ pauca subiũ
xim⁹:qm̃ totidem syllogismos fieri dicebamus. I his
ꝓpositionib⁹ que ꝑ disiũctionẽ fierent:quot etiam fie
rent in cõnexis. Et qm̃ de oib⁹ quoquomodo possint
fieri hypotheticis syllogismis sufficienter dictum est
Hic operis lõgitudinẽ terminemus. Explicit.

¶ Incipit liber Boetij ad Simachũ quo mõ trinitas
est vnus deus ⁊ non tres dij.

¶ Prologus.

Inuestigatam diutissime q̃õnem quãtũ
nr̃e mentis igniculum lux diuina digna-
ta ẽ formatã rõnib⁹ litterisq̃ mandatã
offerendã vobis cõicandãq̃ curaui:tam
vestri cupidus iudicij:q̃ꝫ nostri studio-
sus inuenti. Qua in re q̃d mihi sit animi
quotiẽs stilo excogitata cõmendo:tum ex ipsa mate-
rie difficultate:tũ ex eo q̃ꝺ raris.i.vobis tñ q̃ꝺ loquor
itelligi pōt. Neq̃ enim fame iactatione ⁊ inanibus vul
gi clamoribus excitamur. Sꝫ si quis est fructus exte-
rior:hic nõ aliã pōt nisi materies silẽꝫ sperare siliam.
Quocũq̃ igit̃ a vobis deieci oculos. Parti ignaua
segnities:parti callid⁹ liuor occurrit:vt cõtumeliã vi
dear diuinis tractatibus irrogare:qui talibus homi-
nũ mõstris non agnoscenda hic potiusq̃ ꝓculcãda ꝓ
iecerim. Iccirco stilũ breuitate cõtraho ⁊ ex intimis sũ
pta phĩe disciplinis:nouoꝝ verboꝝ significatiõibus
volo. Ut hec mihi tñ vobisq̃ si q̃ñ ad ea conuertitis
oculos colloquãtur. Ceteros vo ita submouimus:vt
qui capere intellectu nequiuerint ad ea etiã legenda
videant̃ indigni. Sed nec tñ a nobis queri oportet.
quãto humane rõnis intuitus ad diuinitatis valet cel
sa conscendere. Nã ceteris quoq̃ artibus idẽ quasi q
dã finis est constitutus:quousq̃ pōt via rõnis accede
re. Neq̃ enĩ medicina semꝑ egris affert salutẽ:ꝫ nul
la erit culpa medẽtis.si nihil eoꝝ que fieri oportebat
omiserit. Idemq̃ fit in ceteris. Ac quãtũ hec diffici-
lioꝛ questio est:tã facilior debet esse ad veniã. Uobis
tñ ẽt illud ispiciendũ est:an ex beati augustini scripti
scia rõnũ aliquos in nos venĩẽs fructus intulerit. ac
de proposita questione hinc sumamus initium.

¶ Explicit prolog⁹ Incipit liber primus de trinitate

Christiane religionis reuerẽnã plures vsur
pãt:sed ea fides pollet maxie ac solitarie ⁊
que tũ ꝑꝑ vniuꝫ ꝑcepta regulaꝝ quib⁹ eius
dẽ religionis intelligatur auctoritas. Cum
propterea q̃ eius cultus per oẽs pene mun
di terminos emanauit catholica vel vniuersalis voca
tur. Cuius h̃ de trinitatis vnitate sentẽtiã pater inq̃
unt deus:filius deus spiritus sanctus deus. Igit̃ pater
filius spiritussanctus vnus deus:non tres dij. Cui⁹ cõ
iunctiõis ratio est in differentia:eos enim differẽtia
comitat̃:qui vel augent vel minuunt:vt arriani. Qui
gradibus meritorum trinitatẽ variantes distrahunt
atq̃ in pluralitatẽ deducũt. Principium.n.pluralita
tis alteritas ẽ:ꝑter alteritatẽ enim nec pluralitas q̃d
sit itelligi pōt. Trium nãq̃ rerũ in quolibet tum ge-
nere tũ specie:tum numero diuersitas constat. Quo-
tiens idẽ dicit̃ totiens diuersum etiam predicat̃. Idẽ
vero

vo dr̃ tribus modis. Aut genere vt idem hõ ꝙ equ⁹ q̃ idem genus vt alal: vel spẽ vt idem Cato qđ Cicero q̃ cadẽ spẽs vt hõ vel numero vt Tullius ⁊ Cicero q̃ vnũ est numero. Quare diuersum etiã vel gñe vel spẽ vel numero dr̃: sed numero differentiam accidentiũ varietas facit. nam tres hoïes neq̃ gñe neq̃ spẽ. ꝫ suis accidentibus distant. Nã vel si alo cuncta ab his accidentia separemus: tñ loc⁹ cũctis diuersus est: quẽ vnũ fingere nullo mõ possumus. Duos enim corpora vnũ locũ non optinebũt: qui est accidẽs atq̃ ideo sunt numero plures: q̃ñ accidẽtib⁹ plures fiũt:

Capitulum secundum

Age igit̃ igrediamur ⁊ vnũquodq̃ vt itelligi atq̃ capi põt discutiam⁹. nã sic optĩe dcm̃ vr̃ eruditi ẽ hoïs vnũquodq̃ vt ipsũ ẽ ita de eo fidem capere ⁊ tentare. Nã cũ tres sint speculatiue partes nalis in motu ĩ abstracta ibidẽ. Considerat enim corpoꝝ formas cũ mã que corporibus actu separari nõ possũt. Que corpora in motu sũt vt cũ terra deorsũ ignis sursũ ferẽ: hẽtq̃ motus forma mãe ꝯiuncta. Mathematica sine motu in abstracta. Hec.n. formas corpoꝝ speculaẽ sine mã ac ꝑ hoc sine motu. Que forme cũ ĩ mã sint ab his separari nõ possũt. Theologia sine motu abstracta atq̃ sepabilis. Nã dei suba ⁊ mã ⁊ motu caret. In nãlibus igit̃ rõnaliter: in mathematicis disciplinaliter: in diuinis itellectualiter versari oportebit. Neq̃ deduci ad imagines: ꝫ potius ipsam inspicere formã q̃ vere forma: neq̃ imago est: ⁊ que eẽ ipsũ ẽ: ⁊ ex qua eẽ ẽ.

Capitulum tertium.

Omne nãq̃ eẽ ex forma est. Statua enĩ nõ scđm es qđ est mã. sed scđm formã q̃ in eo insignita est effigies alalis dicit̃: ipsũq̃ es non scđm terrã ꝙ ei⁹ mã: ꝫ dr̃ scđm eris figurã: Terra quoq̃ ipa nõ scđm mãm dr̃: sed scđm siccitatẽ grauitatẽq̃ q̃ sunt forme: Nihil igitur scđm mãm esse dicit̃: sed scđm ꝓpriam formã. Sed diuina suba sine materia forma est: atq̃ ideo vnum: ⁊ est id qđ est. reliqua enim non sunt. id qđ sũt. Vnũquodq̃.n. hꝫ eẽ suum ex his ex quibus est idest ex ꝑtibus suis ⁊ est hoc atq̃ h.i. ptes sue cõiũcte: sed non h vel h singulariter: vt cum hõ terrenus cõstet ex ala ⁊ corpore corpus ⁊ ala ẽ: non vel corpus vel ala. Igit̃ in ꝑte nõ est id qđ est: qđ vo non est ex h atq̃ hoc: ꝫ tm̃ ẽ hoc. Illud vo est id qđ ⁊ ẽ pulcherrimum fortissimũq̃: q̃ nullo nitit̃ Quocirca hoc vere vnũ ĩ quo null⁹ nũer⁹ nullũ in eo aliud ꝑterq̃ id qđ est: neq̃.n. subiectuꝫ fieri põt forma enĩ est. forme vo subiecte esse non pñt Nam ꝙ cetere forme: subiecte accidentibus sint vt humanitas: non ita accidentia suscipit in eo qđ ipa est: sed eo qđ mã ei suba est. dum enim mã suba humanitati suscipit qđlibet accidẽs: ipsa hoc suscipere videt̃ humanitas. forma vo que est sine mã non poterit esse subiectum: nec non vo inesse materie. Neq̃ enĩ esse ⁊ forma: sed imago. Ex his enĩ formis q̃ preter mãm sunt iste forme venerunt. q̃ sunt in mã ⁊ corpus efficiunt. Nã ceteras que in corporibus sunt abutimur formas vocantes: dũ imagines sint. Assimilantur enim formis his que nõ sunt in materia ꝯstitute.

Capitulum quartum.

Nulla igit̃ in eo diuersitas: nulla ex diuersitate pluralitas: nulla ex accidẽtib⁹ multitudo. atq̃ iccirco nec numerus. Deus. vo a deo nullo differt nec vel accidentibus vel substãtialib⁹ differẽtijs in subo positis distat: vbi vo nulla est differẽtia nulla ẽ oĩno pluralitas. Quare nec numerus. Igit̃ vnitas tm̃. Nã cũ tertio repetit̃ de⁹: cũ pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus nuncupat̃ tres vnitates non faciunt pluralitatem numeri in eo qđ ipse sũt Si aduertamus ad res numerabiles: ac non ad ipm nũerũ. Illic.n. vnitatũ repetitio nũerũ facit. Tres.n. vnitates ternariũ faciũt: q̃ ipse numerus ex vnitatibus collectus est. In eo aũt nũero qui in rebus nãlib⁹ ꝯstat: repetitio vnitatũ atq̃ pluralitas multe facit numerabiliũ rerũ numerosã diuersitatem. Numer⁹ enĩ duplex est: Unus quidẽ quo nũeramus: alter vo q̃ in rebus numerabilibus ꝯstat. Etenim vnũ res est vnitas qua vnũ dicim⁹. Duo rursus in rebus sũt: vt hoïes vel lapides dualia mihi: sed tñ dualitas: q̃ duo hoïes vel lapides fiũt duo: ⁊ in ceteꝫ eodẽ mõ. ergo in nũero quo numeram⁹ repetitio vnitatũ facit pluralitatẽ: in reꝝ vo numero nõ facit pluralitatẽ vnitatũ repetitio: vel vt si de eodẽ dicam. Gladius vnus Mucro vn⁹: Ensis vnus: põt enim vnus tot vocabulis gladi⁹ agnosci. Hec enĩ vnitatũ repetitio: iteratio potius est q̃ꝫ nũeratio. velut si ita dicam⁹: ensis: mucro: gladius: repetito quedã est eiusdẽ nõ numeratio diuersoꝝ. Velut si dicã sol: sol: sol: non tres soles effecerim. Sed vno totiens predicauerꝫ. Non igit̃ si de patre ⁊ filio ⁊ spiritusancto. tertio ꝑdicat̃ de⁹ iccirco tria numeratio numerũ facit. hoc enĩ illis vt dictũ ẽ iminet: qui inter eos distãtiã faciũt meritoꝝ. Catholicis vo nihil in differentia constituentib⁹: ipsãq̃ formã vt est eẽ ponentibus: neq̃ aliud eẽ quã est ipm ꝙ est opinantibus. Repetitio recte de eodem: q̃ꝫ enũeratio diuersi vr̃ cũ dicit̃ de⁹ pater: deus filius: deus spiritussanctus. Atq̃ hec trinitas est vnus de⁹: velut ensis atq̃ mucro vn⁹ gladius. velut sol sol sol vn⁹ sol Sed hic interim ad eã dcm̃ sit significationẽ mõstrationẽq̃ qua ostẽdit̃ nõ omnẽ vnitatũ repetitionẽ: numerũ pluralitatẽq̃ perficere. Nõ vo ita dr̃ pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus quasi multiuocũ qddã. Nã mucro ⁊ ensis ⁊ ipse est ⁊ idẽ. Pater vo ac filius ⁊ spiritussanctus idem eqdẽ est nõ vo ipse in qua re paulisꝑ considerãdũ est: requirentib⁹ enĩ ipse est pater q̃ fili⁹ minime inqũt. Rursus idẽ alter q̃alter negat̃: nõ ẽ igit̃ inter eos in re oĩ in differentia. Qua subintrat queꝫ numerus ex subiectoꝝ diuersitate confici superius explanatũ ẽ: De q̃ re breuiter ꝯsiderabim⁹ si pri⁹ illud queadmodũ ne deo vnũquodq̃ ꝑdicat̃ ꝑmiserimus.

Capitulum quintum.

Decem oĩno predicamenta traduntur: q̃ de rebus oĩbus vniuersaliter predicant̃. i. substãtia: qualitas: q̃ꝫtitas: ad aliqd: vbi quando habere: situm: facere: pati. Hec igitur talia sunt q̃lia subiecta permiserint.

Capitulum sextum.

Nam pars eoꝝ in reliquaꝝ reꝝ ꝑdicatione suba est: ꝑs in accidentiuꝫ numero est. Ad hec cũ q̃s in diuinaꝫ verterit predicatiõeꝫ cuncta mutãtur q̃ ꝑdicari possunt: aliquid vo oĩno nõ ꝑt ꝑdicari. Nam suba in illo non est vere substantia: sed vltra substantiã. Itẽ qualitas ⁊ cetera que euenire queunt quoꝝ vt amplior fiat intellectus. Exẽpla subdẽda sũt. Nã cũ dicimus deus: substantiã quidẽ significare videmur: sed eã q̃ sit: vltra subam:

Capitulum septimum.

Cum vero iust⁹ qualitatẽ quidem: ꝫ nõ accidentẽ: sed eã que sit substantia. Sꝫ vltra substantiã. Neq̃ enim aliud est ꝙ ẽ aliud

est q̄ iustus est: sed idē est esse deo q̄ iust⁹. itē cū dr̄ magnus vel maximus quātitatē quidē significare videmur: ſ3 eam que sit ipsa substantia talis qualem eē diximus vltra substantiā. Idē est enī esse deo q̄ magnus: ne forma enim eius superi⁹ demōstratū ē: q̄m his sit forma ⁊ vnū vere nec: vlla pluralitas. Sed hec predicamenta talis sunt: vt in quo sint ipsū eē faciāt q̄ dicitur diuise quidē in ceteris: in deo cōiūcte atq3 copulate hoc mō. Nam cū dicimus substātia vt hō vel deus ita dicitur quasi illud de quo predicatur ipz sit substantia: vt substantia hō vel deus. Sed distat. Quoniā homo non integre ipsū hō est: ac p hoc nec sūba. Qd̄ enim est aliis d3: que non sunt hō. Deus v̄o hoc ipsum qd̄ est deus est. Nec enim aliud est nisi qd̄ est: ac per hoc ipsum deus est.

Capitulum octauum.

Ursus iustus quod est qualitas: ita dicitur quasi ipse hoc sit de quo p̄dicatur: idest si dicamus homo iustus: vel deus iustus ipsum hominem vel deum iustus esse proponimus: sed differunt q̄ homo alter alter ē iustus: deus v̄o est idem ipsum est qd̄ iustū. Magn⁹ etiam hō vel deus dicitur atq3 ita qua ipse sit homo magnus: vel deus magnus. Sed hō tm̄ magnus: de⁹ v̄o ipsū magnus existit: reliqua v̄o neq3 de deo neq3 de ceteris predicantur.

Capitulum nonum.

Am vbi vl de deo vel de hoīe p̄dicare pōt De hoīe vt in foro: de deo vt vbiq3. Sz ita vt non quasi ipsa sit res id qd̄ predicat̄ de qua dr̄. Nō eni ita hō dr̄ esse in foro: quēadmodū esse alb⁹ vel longus: nec quasi circunfusus: ⁊ determinatus proprietate aliq̄ q̄ designari se possit; ſ3 tm̄ qd̄ sit illud aliis īformatū reb⁹ p hāc predicationē ostenditur de deo v̄o non ita. Nā quod vbiq3 est ita dici videtur nō q̄ in oī sit loco. Oīno .n. in loco esse non pōt; sed quod ei omnis locus adsit ad eum capiendū. cum ipse non suscipiatur in loco. Atq3 ideo nusq3 in loco esse dicit̄; q̄m vbiq3 ē: ſ3 nō in loco. Qn̄ v̄o eodem prediatur modo vt de homine heri venit: de deo vero semper est hoc quoq3 non quasi eē aliquid dicitur illud ipsum: de quo hesternus dr̄ aduētus: sed quod ei s̄m tempus accessit predicat̄. Qd̄ v̄o de deo dicitur semper est; vnū quidem significat q̄si oī preterito fuerit: omni quoquomodo sit presenti: oī futuro erit qd̄ de celo ⁊ de ceteris īmortalib⁹ corporibus s̄m p̄hos dici potest. At de deo nō ita. Semp enī est q̄m semper presentis est in eo tempus. Tātūq3 inter nostrarum rerū presens qd̄ est nūc interest ac diuinaru3: q̄ nostrum nunc quasi currens tēpus facit sempiternitatem. Diuinum v̄o nunc permanēs neq3 mouens sese atq3 consistens: ⁊ eternitatem facit. Cui nomini si aducias semper facies eius q̄ est nunc iugem indefessumq3 ac per hoc perpetuum facies cursum quod est sempiternitas.

Capitulum decimum.

Ursus habere vel facere eodem mō. Dicimus enī currit vestitus de homine de deo cuncta possidens regit. Rursus nihil de eo q̄ est esse de vtrisq3 dictum est. Sed hec omnis predicatio exteriorib⁹ dat̄ omnia q3 hic quodāmodo referantur ad aliud. Cuius predicationis differentiam sic facilius inter nos scim⁹. qui hō est vel deus refertur ad substantia3 qua est aliqd idest hō vel deus. Qui iust⁹ est refertur ad qualitatē qua. s. est aliquid. i. iustus. Qui magnus ad quātitatē qua est aliquid. i. magnus: Nam in ceteris p̄dicatōib⁹ nihil tale est. Qui enī dicit esse aliquē in foro vl vbiq3 refert quidē ad predicamentū quod est vbi: ſ3 non in quo aliquid est velut iustitia iustus. Itē cū dr̄ eo currit vel regit vel nunc ē vel semper est referē q̄dem vel ad facere vel ad tempus. Si tamen interi diuinū illud semper tempus dici potest. Sed nō ī quo aliquo aliquid est velut magnitudine magnum. Nā3 situum passionēq3 requiri non op3 in deo. Neq3 enim sūt. iā ne patet que sit differētia p̄ditionū ⁊ patet q̄ alie qdē quasi rem monstrent. Alie v̄o quasi circūstantias rei. Quodq3 illa que ita predicantur vt esse aliqd̄ rem ostendant. Illa v̄o vt non esse: sed potius extrinsecus aliquid quodāmodo affigant. Illa igit̄ q̄ aliqd̄ esse designat s̄m rem predicationes vocētur: q̄ cū de rebus subiectis dicuntur vocantur accidentia s̄m res. Cum vero de deo qui subiectus nō est s̄m substantiā rei predicatio nuncupatur.

Capitulum vndecimum.

Ade nūc de relatiuis speculemur p q̄b⁹ eē quod dictum est sumpsimus ad disputationem. Maxime enim hic non videntur s̄m se facere predicationem: que perspicue eē alieno aduentu constare perspiciuntur. Age enim q̄m dominus ⁊ seruus relatiua sunt videamus vtrum ne ita sit vt s̄m se sit predicatio an minime. Atq3 si auferas seruu3 abstuleris quoq3 dominū Ac non etiam si auferas albedinem abstuleris quoq3 album Sed interest q̄ albedo accidit albo: q̄ sublata pit nimirū albū. At in domino si seruum auferas pit vocabulū quo dominus vocabatur. Sed non accidit seruus domīo vt albedo albo: sed potestas q̄dā q̄ seruus coercetur: Que q̄m sublato deperit s̄uo. cōstat non eam per se domino accidere sed per seruorū quodāmodo extrinsecum accessum. Non igitur dici pōt p predicationem relatiuam quicq3 rei de qua dicitur s3 se addere vel minuere vel mutare: que tota non in eo qd̄ ē esse ꝯsistit. S3 ī eo q̄ ē ī cōparatiōe aliquo mō se habere. Nec semper ad aliud: sed aliquotiēs ad idē Age. n. stet quisq3: igit̄ si accedā dexter ero ei sinister Ille ad me comparatus. erit dexter non q̄ ita sit p se dexter velut longus aut alb⁹. sed quod ego dexter accesserim. Rursus ego sinister accedo. Item erit ille dexter: nō q̄ ille sit p se dexter velut alb⁹ ac lōg⁹: ſ3 q̄ me accēte fit dexter: atq3 id q̄ ē a me ⁊ ex me ē: minime vero ex se. Quare s̄m rei alicui⁹ que in eo qd̄ ipsa ē p̄prietatē non faciunt predicationē nihil alternare vel mutare queunt: nullāq3 omnino essentiā variare Quocirca si pater ac filius ad aliqd̄ dicūtur: nihilq3 aliud vt dictū ē differt nisi sola relatiōe. Relatio v̄o non predicat̄ ad id de quo predicat̄ quasi ipsa sit ⁊ s3 rem de qua dicit̄ nā faciet alteritatē rei de qua dicitur. Sed si dici pōt quo quidem modo id qd̄ vix intelligi potuit interpretatum est personarum.

Capitulum duodecimum.

Omino enī magna regula ē veritas ī reb⁹ incorporalib⁹ distātias effici differētiis nō locis. neq3 accessisse dici p̄t aliqd̄ deo vt pater fieret: si enī cepit eē vnq3 pater eo q̄ substātialis quidē ei ē productio filii. Relatiua v̄o predicatio patris ac si meminimus omnium ī priorib⁹ de deo sententiarum. Ita cogitemus processisse quidem ex deo patre

patre filium dictum ⁊ ex vtrisqȝ spiritumsanctū: hos quoniam incorporales sint minime locis distare quoniā vero pater deus ⁊ filius deus ⁊ spiritussanct⁹ de⁹ Deus vero quoniā nullas hȝ differentias quibus differat a deo a nullo eorum differt. Differentie vo vbi absūt abest pluralitas: vbi abest pluralitas: adest vnitas. Nihil aūt aliud gigni potuit ex deo nisi deus ⁊ in rebus numerabilibus repetitio vnitatū nō facit modis oībus pluralitatē. Triū igit̄ idonee constituta est vnitas. Sed quoniam nulla relatio ad seipsum referri potest: iccirco ꝙ ea s̄m seipsum est ꝑdicatio que relatione caret. Facta quidē est trinitatis numerositas in eo ꝙ est predicatio relationis: sed seruata est substantie vnitas in eo ꝙ est in differentia vel substātie vel operationis vel oīno eius que s̄m se dicit̄ ꝑdicationis. Ita igitur substantia continet vnitatē relatio multiplicat trinitatem: atqȝ ideo sola sigillatim ꝓferunt̄ atqȝ separatim que relationis sūt. Nā idē pater qui filius non est: nec idem vterqȝ qui spiritussanctus. Idē tā deus est pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus: idem iust⁹ idē bonus: idem magnus: idē oīa que s̄m se poterūt ꝑdicari. Sane sciendū est nō semꝑ talē esse relatiuā predicationem vt semper ad differens predicet̄ vt est seruus ad dn̄m: differt enim. Nā oē equale eq̄li eq̄le est: ⁊ simile simili simile est: ⁊ idē ei qd̄ est idem idem est: ⁊ similis est in trinitate relatio patris ad filium ⁊ vtriusqȝ ad spiritumsanctum vt eius quod est idē ad id qd̄ est idē. Quod si in cunctis alijs rebus nō pōt inueniri: facit hoc cognata caducis rebus alteritas. nos vo nulla imaginatione deduci sed simplici intellectu erigi ⁊ vt qdqȝ intelligi potest: ita aggredi etiā intellectu oportet. Sed de proposita questione satis dictū ē Nūc vestri normā iudicij expectat subtilitas questionis: que vtrū recte diuersa sit an minime vestra statuat pronūciationis auctoritas. Quod si sententie fidei fundamentis sponte firmissima opitulante gratia diuina idonea argumentorum adiumenta prestitim⁹ illuc perfecti operis letitia remanebit vnde venit affectus. Quod si vltra se humanitas nequiuit ascēdere quantum imbecillitas subtrahit vota supplebunt.

¶Explicit liber primus.

¶Incipit secundus eiusdem ad Joannem diaconum ecclesie Romane vtrum pater ⁊ filius: ac spiritussanctus de diuinitate substantialiter predicentur.

Uero an pater ⁊ filius ac spiritussanct⁹ de diuinitate substantialiter predicent̄: an alio quoqȝ modo. viamqȝ indaginis hinc arbitror esse sumendam vnde rerū omnium manifestum constat exordium: idest ab ipsis catholice fidei fundamentis. Si igitur interrogem an qui dicitur pater substātia sit: respondetur esse substantia. Quod si queram an filius substantia sit idē dicitur. Spiritumsanctū quoqȝ substantiam esse nemo dubitauerit. Sed cum rursus colligo patrem filium spiritū sanctum non plures sed vna occurrit esse: vna igit̄ substantia triū nec separari vllo modo aut disiungi potest: nec velut partibus in vnum coniuncta est: sed est vna simpliciter. ¶ Quecunqȝ igitur de diuina substantia predicant̄ ea tribus oportet esse communia idqȝ erit signi que sint que de diuinitatis substantia predicētur. Quod quecunqȝ hoc modo dicuntur de singulis in vnum collectis trib⁹ singulariter predicabitur hoc modo. Si dicimus pater deus est: filius deus est: spiritussanctus deus ē: pater filius ac spiritussanctus vn⁹ de⁹. Si igitur eorum vna deitas vna substantia est: ꝫ dei nomē de diuinitate substantialiter predicari. Ita pater veritas est: filius veritas est spiritussanctus veritas ē. pater filius spiritussanctus. Non tres veritates sed vna veritas est. Si igitur vna in his substantia vna est veritas necesse est veritatē substantialiter predicari: de bonitate de incommutabilitate: de iustitia: d omnipotentia ac de ceteris omnibus que tam de singulis q̄ȝ de omnibus singulariter predicamus. manifestum est substantialiter dici. Unde apparet ea que cum in singulis separatim dici conuenit: nec tamen in omnibus dici queunt non substantialiter predicari sed alio modo. Qui vero iste sit posterius queram. Nam qui pater est hoc vocabulum nō transmittit ad filium neqȝ ad spiritumsanctum. Quod fit vt non sit substantiale nomen hoc indictum. Nam si substantiale est vt de⁹: vt veritas: vt iustitia vt ipsa quoqȝ substantia de ceteris diceretur. Item filius solus hoc recipit nomen. Neqȝ enim cū alijs iungitur: sicut ī deo sicut in veritate: sicut in ceteris superius dixi. Spiritus quoqȝ sanctus non est idem qui pater ac filius. Ex his igitur intelligimus patrem filium ac spiritumsanctum: non de ipsa diuinitate substantialiter dici: sed alio quodam modo. Si enim substantialiter predicaretur ⁊ de singulis ⁊ de omnibus singulariter diceretur. Hec vero ad aliquid dici manifestum est. nā ⁊ pater alicuius pater est: ⁊ filius alicuius filius est ⁊ spiritus alicuius spiritus. Quo fit vt nec trinitas substantialiter de deo predicetur. non enim pater trinitas qui enim pater est filius ac spiritussanctus non ē: nec trinitas filius nec trinitas spiritussanctus s̄m eūdem modum. Sed trinitas quidem in personarū pluralitate consistit: vnitas vero in substantie simplicitate. Quod si persone diuise sunt: substantia vero diuisa sit necesse est ꝙ vocabulum ex personis originē capit id ad substantiam non pertinere ad trinitatem ꝑsonarum diuersitas facit. trinitas igitur nō pertinet ad substantiam. Quo fit vt neqȝ pater neqȝ filius neqȝ spiritussanctus nec trinitas de deo substantialiter predicentur. Sed vt dictum est ad aliquid. Deus vero veritas: iustitia: bonitas: omnipotentia substantia immutabilitas virtus sapientia ⁊ quicquid huiusmodi excogitari potest substantialiter de diuinitate dicitur. Hec si recte se ex fide habent: vt me instruas peto. Aut si aliqua re forte diuersus es diligētius intuere que dcā sūt ⁊ fidē si poteris rationemqȝ coniunge.

¶Explicit liber secundus de trinitate.

¶Incipit prologus in librum de hebdomadibus.

Postulas vt ex hebdomadibus nostris ei⁹ questionis obscuritatem que continet modū quo substantie in eo qd̄ sint: bone sint: cum vero sint substantialia bona digeras ⁊ paulo euidentius monstrem. Idqȝ eo dicis esse faciendum: ꝙ non sit omnibus notum iter huiusmodi scriptionum. Tuus vero testis ipse sum q̄ȝ hic viuaciter fueris ante complexus. Hebdomadas vero ego ipse mihi cōmētor potiusqȝ ad memoriā mihi speculata conseruo q̄ȝ cuiq̄ȝ participo: quorum lasciuia ac petulantia nihil a ioco risuqȝ patitur esse coniunctum. pro hinc tu ne sis obscuritatib⁹ breuitatis aduersus: que cum sint archani fida custodia tamen id habent cōmodi. ꝙ cum his solis qui digni sunt colloquuntur. Ubi igitur in mathematica fieri solet ceterisqȝ etiam disciplinis preposui terminos regulasqȝ quibus cuncta que sequuntur efficiam.

¶ Incipit liber de hebdomadibus. Cap. i. ꝛ ꝓpõ. pria.

Communis animi cõceptio est enũciatio q̃s
qs quã probat auditam. Harũ duplex mo
dus est. Nam vna ita communis vt ẽ olũz
hominũ sit veluti si proponaz hãc. Si duo
bus equalibus equalia auferas que relin-
quãtur equalia esse nullus id intelligens neget. alia
vo est doctorũ tm̃ que tamen ex talibus cõmunis ai
cõceptionibus venit vt est. Que incorporalia sunt in
loco nõ esse ꝛc. que tamẽ vulgus sed docti cõprobant
ij. ¶ Diuersum est esse ꝛ id qꝺ est. Ipm̃. n. eẽ nõdũ est
at vo qꝺ est accepta essendi forma est atq̃ ɔsistit. iii.
¶ Quod est participare aliquo potest. Sed ipm̃ esse
nullo modo aliquo ꝑticipat: fit enim ꝑticipatio cum
aliquid iã ẽ: est aũt aliqd cũ esse susceperit. iiii. ¶ Id
quod est habere aliqd preter q̃ȝ quod ipsum est põt
ipsum vero esse nihil aliud preter se habet admixtũ.
v. ¶ Diuersũ est autem esse aliquid ꝛ esse aliquid ĩ eo
quod est: illic. n. accidẽs hac ſba significatur. vj. ¶ Oẽ
quod ẽ ꝑticipat eo qꝺ ẽ esse vt sit. alio vo ꝑticipat vt
aliquid sit. At per hoc id quod est participat eo quod
est esse vt sit. Est vero vt particeps alio quolibet oẽ
simplex esse suum ꝛ id qꝺ est vnũ habet. vij. ¶ Oĩ cõ
posito aliud est esse aliud ipsum est. viij. ¶ Oĩs di-
uersitas est discors similitudo vero quedã appetenda
est. Et qꝺ appetit aliud tale ipm̃ esse naturaliter osẽ-
dit quale ẽ aliud hoc ipȝ qꝺ appetit. Sufficiunt igit
que premisimus a prudente vero rõnis ĩterpꝰte suis
vnumquodq̃ȝ aptabitur argumentis.

¶ Capitulum secundum.

Questio vero huiusmodi est. ea que sunt bo
na sũt. Tenet eniȝ cõis snĩa doctoꝝ oẽ qꝺ
est ad bonum tendere. Oẽ autem tendit ad
simile: que igitur ad bonum tendunt bona
ipsa sunt. Sed quemadmodum bona sunt inquirẽdũ
est vtrum ne participatione an substantia. Si partici
patione per seipsa nullo modo bona sunt: nam quod
participatione album est per se: in ea quod ipȝ est al
bũ non est: ꝛ de ceteris qualitatibus eodeȝ modo. Si
igitur participatione sunt bona ipsa per se nullo mo
do bona sunt: non igitur ad bona tendunt. Sed con-
cessũ ẽ: non igitur participatione sunt bona: sed sub-
stantia. Quoꝝ vero substantia bona est id quod sunt
bõa sũt: id qꝺ sunt ante hñt ex eo quod est esse. Esse
igit ipsorum bonoꝝ est: oĩum igit reꝝ ipsũ esse bonũ
est. Sed si esse bonum est: ea que sunt in eo qꝛ sũt bo
na sunt: idemq̃ȝ illud est esse quod bonum esse. Sub-
stantialia igitur bona sunt quoniã non participãt bo
nitate. Qꝺ si ipsuȝ esse in eis bonum est: non ẽ dubiũ
quin etiam substantialia cũ sint bõa primo sint bono
similia ac per hoc ipȝ bõa erũt: nihil est illi ꝑter seipȝ
simile est: ex quo fit vt omnia que sunt deus sint: qꝺ di
ctu nephas est. Non sunt igitur substãtialia bona: ac
per hoc non in his est esse bonum. Nõ sunt igitur in
eo qꝺ sunt bona: sed nec participant bonitatẽ: nullo
. n. modo ad bonũ tenderẽt: nullo igit modo sunt bo-
na. Huic questiõi talis poterit adhiberi solutio. mul
ta sunt que cum separari actu non possunt: animo ta
mẽ ꝛ cogitatione separantur. Ut cum triangulus vel
cetera subiecta materie nullꝰ actꝰ separat: mẽte tñ se
gregans ipm̃ triangulũ ꝓprietatẽq̃ȝ eius preter ma
teriam speculatur: amoueamus igit primi boni presẽ
tiam paulisper ex aĩo quod esse quidem contingit: id
q̃ȝ oĩuȝ doctoꝝ indoctorũq̃ȝ sententia: barbaraꝝ quo
q̃ȝ gentium religionibus cognosci potest. Hoc igitur
paulisper amoto: ponamus oĩa esse que sunt bona: at
q̃ȝ ea consideremus quemadmodum bona esse possẽt:
si a primo bono minime defluxissent. Hinc intueor aliud
in eis esse quod bona sunt aliud quod sunt. Ponatur
enĩ vna eademq̃ȝ substantia bona esse alba: grauis: ro
tunda: tunc aliud esset ipsa illa substantia: aliud eiꝰ ro
tunditas: aliud color: aliud bonitas. Nam scilicet sin-
gula idem essent quod ipsa substantia: idem esset gra
uitas quod color: quod bonum: ꝛ bonum quod graui
tas: qꝺ fieri natura non sinit. Aliud igit tũc ĩ eis eẽt
eẽ: aliud aliquid esse: ac tunc bona quidẽ eẽnt: esse tñ
ipȝ minime haberent bonũ. Igitur si nullo modo es-
sent: nõ a bono ac bona eẽnt ac nõ idẽ eẽnt qꝺ bona:
sed eis aliud est eẽ: aliud bona esse. Qꝺ si nihil oĩno
aliud essent nisi bõa: neq̃ȝ grauia: neq̃ȝ colorata: neq̃ȝ
spacij dimensione distenta nec nulla in eis qualitas es
set: nisi tñ bona essent: tunc non res sed reꝝ videren
tur esse principiũ: nec potius viderent sed videret.
Unũ . n. solũq̃ȝ est huiusmodi qꝺ tñ bonũ nihil aliud
q̃ȝ sit. Que non sunt simplicia nec esse oĩno poterãt:
nisi ea id quod solum bonum est esse voluisset. Iccir-
co quoniã esse eoꝝ a boni voluntate defluxit: bona eẽ
dicuntur: primum enim bonum quoniã est eo quod ẽ
bonum est sin. vero bonum quoniam ex eo fluxit cuiꝰ
ipsum esse bonum est ipm̃ quoq̃ȝ bonũ ẽ: sed ipm̃ esse
oĩum rerum ex eo fluxit quod est primum bonum: ꝛ
qꝺ bonũ tale est: vt recte dicat in eo qꝺ est eẽ bonum
Ipsum igitur esse eoꝝ bonum est. Tunc enim in eo
quod essent non essent bona: si a primo bono minime
defluxissent. Qua in re soluta questio est. iccirco eniȝ
lȝ in eo qꝛ sint bona sint: non sunt tamen similia primo
bono. Qm̃ non quoquomodo sint res ipsum esse eaꝝ
bonum est. Sed quoniam non potest esse ipsum esse
rerum: non a primo esse defluxerit. i. a bono: iccirco
ipsum esse bonum est: nec simile ei a quo est. Illud. n.
quoquomodo sit bonum est in eo quod est: non enim
aliud est preterq̃ȝ quod bonum ẽ: hoc autem non ab
illo nisi eẽt bonũ fortasse esse posset. Sed bonũ in eo
quod est esse non posset. Tunc enim participaret for
sitan bono: ipm̃ vo esse quod non haberẽt a bono: bo
nũ habere nõ possent. Igit sublato ab his primo bo
no mente ꝛ cogitatione: ista licet eẽnt bona: tñ in eo
quod essent: bona esse non possent. Et quoniam actu
non potuere existere nisi illud ea qꝛ vere bonũ est ꝓ-
duxisset: iccirco ꝛ esse eorum bonum est: ꝛ non est sĩe
substantiali bone id quod ab eo fluxit. ꝛ nisi ab eo flu
xissent licet essent bona tamen in eo quod sunt bona
esse non possent: quoniam ꝛ ꝑter bonum ꝛ nõ ex bo-
no eẽnt cũ illud ipm̃ bonũ primũ ẽ ꝛ ipȝ esse sit: ꝛ ipȝ
bonũ ꝛ ipm̃ esse bonũ. Aut non etiã alba in eo qꝛ sũt
alba esse oportebit ea que alba sunt quoniã ex volun-
tate dei fluxerunt vt essent alba minime. Aliud est. n.
esse ꝛ aliud alba eẽ: hec ideo qm̃ qui ea vt essent effe-
cit: bonus quideȝ est minime vero albus. Uoluntatẽ
igitur boni comitata sunt vt essent bona in eo qꝛ sũt.
Uoluntatem vero albi non sunt comitata vt talis eiꝰ
esset ꝓprietas vt esset album in eo quod est: neq̃ȝ. n.
ex albi voluntate defluxerunt. Itaq̃ȝ qꝛ voluit esse ea
alba q erat non albus sunt alba tantum. Quia vero
voluit esse ea bona qui bonus erat: sunt bõa in eo qꝺ
sunt. Secũdũ hanc igit rõnem: cuncta oportet eẽ iu
sta quoniam ipse iustus est: quia ea esse voluit. ne hec
quidem. nam bonum esse ad essentiam. Iustum vero
esse ad actum respicit. Idem autem est in eo esse qꝺ
agerent: idem igitur bonum esse quod iustum: nobis
vero

vero non est idem esse quod agere. Non enim simplices sumus: non est igitur nobis idem bonos esse qꝫ iustos: sed idem esse est nobis omnibus in eo quod sumus: bona igitur omnia sunt non etiam iusta. Amplius bonum quidem generale est: iustum vero non speciale: nec species descendit in omnia. Idcirco alia quidem iusta: alia non. omnia vero bona.

¶ Explicit liber de hebdomadibus.

¶ De vnitate ⁊ vno.

